Tu hic nos, dum hic eximus, interea opperibere.
Idem Eun.5,2,55. — viſne interea, dum is venit,
Domi opperiamur potiùs, quàm ante oſtium?
Interea: *tamen*. Virg.1, Georg.17.
Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.
Interea loci: *Idem quod Interea*. Terent. Heaut.2,3,16,
Dum ego propter te errans patriâ careo demens, tu interea loci
Collocupletaſti te, Antiphila. Idem Eunuch.1.2,46.
INTEREMPTIO, INTEREMPTVS.] Vide INTERIMO.
INTEREO.] emorior. Plaut. Amph.16,49.
Vigilans ſomnio, viuos & ſanus intereo. Cæſ.8.bel. Gal.80, Multa millia interijſſe. Et 3.bel. Ciuil.107. Interire naufragio.
Aeſtas interitura. Horat.4, Carm. Ode 7,1.
Morte interire. Ouid. in Ibin,61.
Naufragus interijt. Ouidius 11, Metam.138.
Domus interitura. Ouid.3, de Ponto, eleg.2,22.
Segetes intereunt. Virg.1, Georg.31.
Ira interit morâ. Ouid.1. de Arte,75.
Verba interitura. Horat.4. Carm. Ode 9,1.
¶ Interitus: *paſſiuè*. apud Claudium: Pugna acriter commiſſa, & multis vtrinque interitis.
¶ Interitus: Mors,
Interitu gaudeat illa tuo. Propert. lib.2, eleg.9,4.
Ad interitum redigere aliquid. Lucretius libro 5.176.
INTEREQVITO.] In medio equito. Liu. bel. Maced.16. interequitantes alarij non patiebantur. Curtius: In conſpectu omnium duces interequitans alloquebatur.
INTEREST.] vtile eſt, vel ad rem pertinet.
Tantum intereſt, ſubeant radij, an ſuperueniāt. Plinius libro 2, cap.16,9.
*Iungitur omnibus genitiuis*. Plinius libro 2, cap.1,1. Mundi extera indagare, nec intereſt hominum, nec cap thumanæ coniectura mentis.
Intereſt, *ſine caſu*. Plinius libro 19, cap.8,7. Seri etiam radices illitas fimo, intereſt Celſus: Quia non interſit, quid faciat morbum, ſed quid tollat.
Capturæ intereſt. Plinius libro 9, cap.16,2.
Intereſt in infinitum. Senec. de Benefic. libro 2. cap.6.
Intereſt ſtulto intelligens: *id eſt, differt à ſtulto*. Terent. Eunucho,2,2,2,
Intereſt. *ſine caſu ſubſequente*. Terent. Adelph.1,1 51.
Hoc pater, ac dominus intereſt. Plinius in Præf.7.
Intereſt tibi & mihi Seneca 1. Natur. quæſt. Quid vobis & nobis intereſt, niſi exigui menſura corpuſculi?
¶ Interſum: præſens ſum. Cæſar 7, bel. Gal.50, Intereſſe rebus diuinis. Liu.2, ab Vrbe,162 Spectaculo.
Intereſſe poſteritati ſuæ Plin. epiſt.25.
Intereſſe nobis dicitur deus. Seneca de Prouident. in Præfation. Quum præeſſe vniuerſis prouidentiam probatemus, & intereſſe nobis deum.
Intereſſe: *in medio eſſe vel interiacere* Liu. 2, de bel.8, Punico. Id morati victoriam rati, quòd intereſt amnis. Col. Arbores, quæ interſunt, ablaqueabuntur. Plin. Quod intereſt, tenent Arabes.
Intereſt triduum. Plaut. Bacchid.8,57.
Intereſt inter duos amnes Artemidorus. Plinius libro 6, capite 19,6.
¶ Interfuturus. Valerius lib.2, cap.2, De honore impenſo ſenibus à iuuenibus: Inuitati ad cœnam, diligenter quærebant, quínam ei conuiuio eſſent interfuturi.
INTERFACIO] Liu.5, bel. Pun.55, Reliquit tamen modicum præſidium, vt ſimul interfaciendo muro adiuuaret.
INTERFARIS.] Loquentem interrumpo. Liu 3. ab Vrbe. 195, Priùs quàm aut ille poſtulatum peragerer, aut Virginio reſpondendi daretur locus, Appius interfatur. Ibid. 7,173. Conſul Claſſico ad concionem conuocat, orſusq; meritas Decij laudes, interfante ipſo Decio, diſtulit concionem. Virg.1, Aen.78,
— nec plura querentem
Paſſa Venus, medio ſic interfata dolore eſt.
¶ Interfatio. Quint. lib.4, cap.2 Interim expediat narrationes breuiter interfatione diſtinguere.
INTERFICIO.] Occido. Cæſar 7, bel Gal.8 Equitem Romanum, qui rei frumentariæ iuſſu Cæſaris præerat, interficiunt.
Feras interficere. Lucretius libro 5,251.
Aliquem vita & lumine. Plaut. Trucul,10,39. Gel. libro 12, capite 5.
Peſſumis exemplis. Plaut. Moſtel.4,35.
Interficere meſſes. Virg.4, Georg.66.
Fet ſtabulis inimicum ignem, atque interfice meſſes.
Interfectus vſus ædium Plaut. Merc.21,4.
INTERFIERI] pro Conſumi & interire, apud Lucr.3,179
— vt aut putreſcat corpore poſto,



Aut flammis interfiat, malíſve ferarum.
INTERFLVO.] Per medium fluo. Plinius: Flumine medium oppidum interfluente. Idem lib.3, cap.5,39. vtrâq; ciuitate fœderata, anguſto freto interfluente.
¶ Interfluus. Plinius libro 6, cap 26,7. Interfluo Euphrate. Solinus cap.66, Scinditur amne interfluo.
INTERFODIO.] Lucretius libro 4.
— quæ quum ſunt oculis immiſſa leonum
Pupillas interfodiunt.
De gallis & leonibus.
INTERFOEMINEVM] Vtitur Apuleius pro genitalibus muliebribus: quòd inter fœmina ſint.
INTERFRINGO.] Infringo. Cato cap 44 Qui locus rectè ferax erit, quæ arida erût, & ſi quid ventus interfregerit, ea omnia eximito. Plinius lib.o 17, cap.18,3.
INTERFVRO.] Stat.1, Achil.79.
— dumq; arma parantur.
Dorica, alteram & Mauors interfuret orbem.
INTERFVSVS.] Plinius libro 2 Idem Oceanus interfuſus, intrat per tot maria Idem libro 3, cap.8,1.
Styx interfuſa. Virg 4, Georg.96.
Genas interfuſa maculis Virg 4, Aen 129.
INTERGERO.] Plinius libro 13. cap 12 7. Diligentior cura, molli panis fermentati colata aqua feruente, minimum hunc modum intergerit. De glutino.
¶ Intergerinus. Intergerini parietes, à Vitruuio appellantur, qui intergerunt, hoc eſt, ferunt & ſuſtinent onera. Plinius libro 35. cap.14,6.
INTERIACEO.] In medio iaceo. Plin. epiſt.250. Et duo publica opera quanquam via interiacente. Liuius 7, bel. Pun.221, Interiacebat campus: colles imminebant nudi. Plinius libro 5, cap.4,5, Et à regione, quæ duas Syrtes interiacet. Col. lib.11, cap 3, . Vt in id ſpatium, quod ſulcis interiacet, inclinentur. De ſeminibus
Interiacet hæc inter eam. Plinius libro 4, cap.12.10.
INTERIBI.] Interea Plaut. Capt.16.31.
Vos lauate interibi. Gel, lib.3, cap.7.
Conſul interibi, dum ea pugna fit, ſe in locos ſubducit tutos atque editos.
INTERIICIO.] Interpono. Colum. lib.1, Vt ſi qua interiecta ſunt ſtramentis aut paleis ſpinarum, vel germinum ſemina intercant.
Interijcere inter. Cæſar 7. belli Gal 324. Galli inter equites, raros ſagittarios, expeditosque leuis armaturæ interiecerant.
¶ Interiectus: Participium. Cæſar 7. bell. Gall.87. Neque inter ſe contingant trabes: ſed paribus intermiſſæ ſpatijs, ſingulæ ſingulis ſaxis interiectis, arctè contineantur.
Interiecto ſpatio. Liu.2, ab Vrbe, 74. Liu.1. ab Vrbe, 253. Paucis interiectis diebus, Sex. Tarquinius, inſcio Collatino, cum comite vno Collatiam venit.
¶ Interiectus: Verbale. Colum. lib.3, cap 21,1. Si verò interiectibus capere cuiuſque generis fructum aucat.
Interiectus temporis. Tacitus libro 3.
¶ Interiectio. Quint. libro 4. cap.2, Ne ſententiâ quidem, velut fatigatum intentione ſtomachum iudicis, reficere diſſuaſerim maximè quidem breui interiectione. Idem libro 8. cap.2.
INTERIM] Terent. And.1,1,100.
— funus interim Procedit; ſequimur.
Interim: *Aliquando: ſiue Interdum*. Quint. li.1, ca.9, Sed quia interim excuſantur hæc vitia, aut conſuetudine, aut.
Interim, *geminatum*. Quint. lib.1, cap.3, Interim el. buntur, interim ſuę memoriæ intentos à noua inuentione declinant.
Interim: *Repentè*. Terent Hecyra,1.2.101,
— primum dies compluſculos
Bene conueniebat ſanè inter eas, interim
Miris odiſſe cœpit Soſtratam.
Cùm interim: *pro Cum tamen*. Quintil. libro 12, cap.10, Sicut quatuor generaliter ventos totidem mundi cardinibus accepimus flare: Cùm interim plures ſint intermedij. Liuius: Cùm interim ſi quis exiſtimare velit.
Interim: *Diſcretio eſt eius rei quæ ad narrationem pertinet*. Terent. Andr.1,1,81.
Curabat vnà funus, triſtis interim
Nonnunquam conlachrumabat.
INTERIMO.] Interficio Liuius 1, ab Vrbe,14, Stirpem fratris virilem interimit.
Interimere vitam. Plaut. Caſin 16,29. Antiquè.
Interimi veneno. Plin. libro 7, cap.13,3. Et lib. 1, cap,37,57.
Ad nihilum interimat res. Lucretius libro 1,44.
Mors interimit res. Lucretius libro 2,200.
Interimit me hæc oratio. Plaut. Merc 21,11,
Diſperij: nam illæc interemit me modò oratio.
¶ Interemptus. Plaut. Mercat.21,

INTERIOR.]

INTERIOR.] Vide INTER.
INTERITVS.] Vide INTEREO.
INTERIVNGO.] Subſiſto. Mart.lib.2,6.
Et quum currere debeas Bouillas,
Interiungere quæris ad camœnas.
Interiungere equos: *Diſiungere.* Mart.lib.3,25.
Interiungere dextras: *iungere.* Liu.2,bel.Pun.133.
INTERLINO.] Delere vel interlinere. Vlpian. Si vnus rationes hæreditarias deleuerit, vel interlinerit. Corrupiſſe tabellas rectè dicetur, & qui eas interlinerit.
INTERLOQVOR.] Terent Heaut.4,3,13.
Antiphila mea nubet mihi. S. ſiccine mihi interloquere?
Interloqui (inquit Sipontinus) eſt aliquid inter agendum definire Gel.lib.14.cap.2. Aliter atq; aliter eadem in cauſa, eodemq; in tempore ſentire, & interloqui videatur.
¶ Interlocutio. Gel.lib. 14,cap.2, An ex vſu exq; officio ſit iudicis, rem cauſamq;, de qua cognoſcit, interlocutionibus ſuis ita exprimere atque conſignare. Quint.lib.5,cap.7. Breui interlocutione patroni refutandus eſt.
INTERLVCEO.] Liuius 9,bel.Pun.66. Duos ſoles viſos:& nocte interluxiſſe.
Interlucet: *per translationem.* Liu.1, ab Vrbe, 186, Quibus inter gradus dignitatis, fortunæque aliquid interlucet, poſteri fama ferrent.
Corona interlucet non ſpiſſa viris. Virg 9. Aen.105.
INTERLVCO.] Ramos ſeu plantas inutiliter pullulantes reſeco. Plin.lib.17,cap.23,15. Deputantur cum vite pariter interlucata denſitate ramorum, qui ſint ſuperuacui.
¶ Interlucatio Plin lib. 17 cap.27.5. Interlucatio arboribus prodeſt; ſed omnium annorum trucidatio inutiliſſima.
INTERLVNIVM.] Plin lib.16.cap.39,3. Inter omnes conuenit, vtiliſſimè in coitu lunæ; quē diem alij interlunium; alij ſilentis lunæ appellant. Horatius Carm. ode 25,5.
Thracio bacchante magis ſub inter — Luna vento.
INTERLVO.] Interfluo. Claud.1.de rap.Proſ.29.
Rupit confinia Nereus
Victor, & abſciſſos interluit æquore montes.
Pontus interluit vrbes. Virg 3.Aen.84.
Interluere manus: *Interim lauare.* Cat. de Re ruſt. Manus interluito: poſtea vinum ſumito.
¶ Interluuies, Solinus cap.35, quotquot ſunt, omnes anguſta interluuie diuiduntur.
INTERMANEO.] Lucan.lib 6.10.
Defeſſus Cæſar medijs intermanet agris
INTERMEDIVS.] Varro 3,de Re ruſt cap.5,9. In lateribus dextra & ſiniſtra porticus ſunt, primoribus columnis lapideis, intermedijs arbuſculis humilibus ordinatæ.
INTERMENSTRVVS.] Vide INTERMESTRIS.
INTERMEO.] Plin.libro 5,cap.30,7. Longeq; clariſſimum Aſiæ Pergamum, quod intermeat Silenus.
INTERMESTRIS.] Plinius libro 16, cap.39,6. Niſi intermeſtri luna atque dimidiata, ne tangas materiem.
¶ Intermenſtruus: Idem. Varro 1.de Re ruſtica cap 37,1. Quod à noua luna creſcit ad plenam, & indè rurſus ad nouam lunam decreſcit, quoad veniat ad intermēſtruum, à quo die dicitur luna eſſe extrema, & prima. Luna intermenſtrua, Plinius libro 18,cap.32.
INTERMICO.] In medio ſplendeo. Claud.libr.1.39,
— rutilum ſquammis intermicat aurum.
INTERMINOR.] Valde minor. Terent Eunuch 5.1,14,
Iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi? Idem Heaut.4,1,13.
Interminari, ne. Terent. And.3,2,10,
Interminatus ſum, ne faceres? num veritus?
Interminari vitam alicui. Plaut. Caſina,15,8.
INTERMISCEO.] Plinius lib.19,cap.4,8. Interміſceri ſatureiam, quoniam meliùs proueniat. Columel.libro 11,cap.3.47.
Doris amara ſuam non intermiſceat vndam. Virgil. eclog. 10,5.
Intermiſti hoſtibus. Liu.10,ab Vrbe,94.
Turbam indignorum canditatorum intermiſcendo dignis Liu.4,ab Vrbe,240.
INTERMITTO.] Plinius libro 10, cap 46, 1. Bibunt aues ſuctu ex iis, quibus longa ſunt colla, intermittentes, & capite reſupinato veluti infundentes ſibi.
Intermiſit dare. Cæſar.4 bel.Gal 576.
Bella diu intermiſſa Horat.Carm.4,Ode 1,1.
Curam rerum intermittere Tacitus libro 4.
Diem. Terent. Adelph.3,1,6.
Nam nunquam vnum intermittit diem, quin ſemper veniat.
Neque diem neq; noctem intermittit, peditatumq; ſe ſubſequi iubet Cæſar 5,bel.Gal.141.
Iter non intermittere Cæſar 3,bel.Ciuil.49.
Intermittere: *neutrum, pro Intromitti.* Cæſar lib.1, Reliquum ſpatium, quà intermittit, mons continet magna altitudine.
Opus intermittere. Cæſar 3, bel. Gal.461.
Otium. Plinius epiſt.151,a, Eademq; firmitate animi laboribus ſuffecit, qua nunc otium patitur. Quod quidem paulìſper cum magna ſua laude intermiſit, & poſuit.
Prælium. Cæſar 3,bel Gal 370.
Profectionem. Cæſar 5,bel.Gal.28.
Tempus. Cæſar 5,bel Gal.44.
Tempus à labore. Cæſar de bello Ciuili.
¶ Intermiſſus: Participium. Intermiſſus ordo Plinius libr. 37.cap.12.1, Et lib.17,cap.5,6. Quoties intermiſſa cultura quieuit.
Intermiſſa tecta. Plin.epiſt.41,l.
Verba intermiſſa. Ouidius 1, Metam.150.
¶ Intermiſſus: Verbale Plinius libro 10.cap.29.5. Luſcinijs diebus ac noctibus XV. garrulus ſine intermiſſu cantus.
INTERMORIOR.] Cato cap. 61,2. Nam ſi defringes, ſtirpes fient, & intermorientur. Plinius lib. 19,cap.8,21, Nam ſi defringatur, ſtirpeſcere, & intermori.
¶ Intermortuus: Qui inter mortem vitamq; ex dolore procumbit. Sueton. de Nerone: collapſus, animoque malè fracto, diu & ſine voce & propè intermortuo iacuit.
Res intermortua. Ouid.2,de Ponto, eleg 5,1.
Intermortui mores: *Perditi corrupti* Plaut. Trinum 3,5.
INTERMVRALES.] Liu.lib 4. Decad.5, ad finem: diuiſa eſt intermurali amni, & eadem ponte iuncta.
INTERNASCOR.] Plinius libro 18,cap.16,5. Inter naſcentesq; herbas excludi.
¶ Internatus: Tacitus libro 20. Virgulta poſtremò, & ſtirpes, & internatas ſaxis herbas vellentes, miſeriarum patientiæque documentum fuere.
Internata virgulta Liu.8,bel.Pun.7.
Internatum corpus Plinius libro 27,cap.17,1.
INTERNECO.] Plaut. Amph. 4.35. Duello extincto maximo, atque internectis hoſtibus.
¶ Internecio. Liu.lib.9. Lucerini ac Samnites ad internecionem cæſi.
¶ Internecinus: Internecinum bellum: Quod ad deſtructionem fit vnius aut alterius partis. Liu.9,ab Vrbe,133. perindeac ſi internecino bello certaſſet. Plin. lib. 8. cap.24.1. Habet deinde internecinum bellum cum ichneumone.
INTERNECTO.] Stat.8,Thebaid.34, (De aſide.
— vix magna lauare,
Vulnera, & efflantes libet internectere plagas.
INTERNIDIFICO.] Plin.libro 10, cap 33,3, Tertium eſt earum genus, quæ ripas excauant, atq; ita internidificant.
INTERNIGRANS.] Stat.6,Thebaid.68.
— noctemque diemq;
Aſſimulant, maculis internigrantibus albæ.
INTERNITEO.] Plin.libro 37,cap.5,4. Tunc enim tellure internitent, quia ijs ventis maximè harenæ mouentur. De gemmis. Curtius: Cœli fulgor tempore æſtiuo ardenti ſimilis, internitens. *Alibi*: Armorum internitentium fulgor.
INTERNODIVM.] Spatium inter nodum & nodum. Plin. lib.7,cap.2,11. Arundines verò tantæ proceritatis, vt ſingula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant Colum.de Arb.cap 3,3 Breuia internodia.
Longa internodia crurum Ouidius 11, Metam.157.
Mollia nodoſus facit internodia poples Oui.6, Metam.52.
¶ Internodius Colum.libro 3, cap.3,5. Internodius quoq; rarior, largis fructibus à minore ſuperatur.
INTERNOSCO.] Plaut.Amph.3.142.
INTERNVNDINVM.] Spatium quod inter nundinas eſt. Varro: Quoties priſcus homo ac ruſticus Romanus internundinum barbam radebat. Lucilius: Paucorum atque hoc pacto, ſi nihil guſtat internundinum.
INTERNVNTIVS.] Terent. Eunuch 2,2,56,
— eho, númnam tu hic relictus cuſtos,
Nequis fortè internuntius clàm à milite ad iſtum curſitet?
Cæſar 1.bel.Ciuil.77. Pòſt paulò tamen internuntijs vltrò citroque miſſis, quæ ignorabant de L. Domitij fuga, cognoſcunt.
Internuntius & miniſter rei alicuius. Liu.3, bel. Maced 45.
¶ Internuntio. Liu. libro 2. Decad. 5, Pauliſper internuntiando cunctatio fuit, vtri tranſgrederentur.
INTERO.] Varro 2. de Re ruſt. cap 9,8. Nec non ita panem ordeaceum dandum, vt non potiùs eum in lacte des intritum. Cato cap.156 Et eo cyminum interito.
Terent. Phorm.2,2,4.
Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum.
¶ Intrita. Plinius libro 9. cap.8,13, de delphinis: Nec piſcibus tantum, ſed intrita panis è vino ſatiantur. Colum.lib. 12,cap.40.
Aqua intrita facta. Var.3,de Re ruſt. cap 9,11.
Plin lib.36,cap.23, Intrita quoq; quò vetuſtior, eo melior.

Legitur & Intritum, libro 35. cap. 13. pro terra ipſa, vnde lateres finguntur.

Intrita: *emplaſtrum ad inſitionem*. Plinius libro 17, cap. 16, 2. Cortices ſcalpro excidi quatuor digitorum longitudine, & trium latitudine; atque ita coagmentati, & illa ſua intrita oblini.

INTERORDINIVM.] Spatium quod eſt inter duos ordines. Colum. libro 3, cap. 13, 2, Et ſi foſſore tantùm terra verſetur; minimum eſt quinque pedum interordinium; ſeptem maximum. Idem lib. 5. cap. 5. Sed de ſpatijs ordinum eatenus præcipiendum habemus, vt intelligant agricolæ, ſiue aratro vineas culturi ſint, laxiora interordinia relinquenda.

INTERPATEO.] Macrob. libro 7, Saturn. cap. 15. Propterea meatibus diſtinctus eſt, & interpatet rimis.

INTERPEDIO.] Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 12. Calor ſenſum occupat, & guſtatum linguæ feruor interpedit.

INTERPELLO.] Interpellare ſtuprum: *Impedire*. Liu. 3. ab Vrbe.

Interpellare partam victoriam: *Impedire*. Cæſar. 3, bel. Ciuil. 261.

Interpellata dulcedo alicuius. Liu. 9, ab Vrbe, 72 Itaq; apud infenſos, ob interpellatam dulcedinem iræ, confeſtim oratio habita eſt.

Interpellare debitorem: in iudicium vocare. Pomponius: Si nemo ſit, qui à parte promiſſoris interpellari traiectitiæ pecuniæ poſſit.

Interpellare: *Rogare*. Valer. Max. lib. 3, Iterum deinde, ac ſæpiùs interpellatus, in propoſito perſtitit.

Interpellandi locus hic erat. Horat. 1. Serm Sat. 2. 6.

¶ Interpellatus: participium. Lucrum interpellatum. Hirtius de bell. Alexan. Sibiq; quod rapuerant, acceptum ferebant: quod interciderat, aut erat interpellatum, Caſſio aſſignabant.

¶ Interpellatio. Plin. epiſt. 213. Inopportuna interpellatio.

INTERPENSIVA.] apud Vitruuium, Perticarū, tigillorum aſſerūmve genera ſunt, quæ ab angulis parietum ad angulos lignorum, ad imbres in colliquias deriuandos, vel aliū quemuis vſum, interlocantur. Interpenſiui verò parietes ſunt, qui ſupra contignationem ſtruuntur, nec in ſolo fundamentum habent; ſed in pendenti ſurgunt.

INTERPLICO.] Stat. 4. Thebaid 44.

Albaque puniceas Interplicat infula criſtas.

INTERPOLO.] Immuto, & nouam formam addo. Vlpianus in l. præcipiunt ædiles. ff de ædilitio edicto. Quia igitur vænalitiarij ſciunt, facile decurri ad nouitiorū emptionem: idcirco interpolant veteratores, & pro nouitijs vendunt. Albaria tectoriorum interpolantur. Plinius libro 35, cap. 16. 3.

¶ Interpolatio. Plinius libro 13. cap. 12. 1. Hanc excepit Romæ Fanij ſagax officina, tenuatumq; curioſa interpolatione principalem fecit è plebeia.

¶ Interpolis: interpolatus. Plinius libro 19, cap. 2, 3. Eſt quidem eius natura interpolis, rurſusque quamlibet vetuſtum nouo miſcetur. De ſparto. Plaut Moſtel. 4, 117.

Nam iſthæc veteres, quæ ſe vnguentis vnctitant, interpoles,

Vetulæ, edentulæ; quæ vitia corporis fuco occultant.

¶ Interpolus: Idem Vlpian. in l Labeo libro. ff. de contrah. empt. & vend. Si veſtimenta interpola quis pro nouis emerit.

¶ Interpolatrix, Pompon. Interpolatricem acceſſire oportet, quæ huic veſtem adducat.

INTERPONO.] Interponere aquam. Martial. lib. 1, 177.

Condimentis. Plinius libro 20, cap. 15, 3. Nanque & panibus Alexandrinis ſubigitur, & condimentis interponitur.

Conſilium ſuum conſilio alterius Liu. 6, bel. Maced. 140.

Dies intercalares menſibus. Liu. 1, ab Vrbe, 80.

Fidem alicui. Cæſar 5, bel. Gal. 24.

Iuſiurandum. Liu. 4. bel. Maced. 94.

Magnaque fluminis interpoſita mora. Cæſar 1. bell. Ciuil. 240.

Suſpicionem. Cæſar 4. bel. Gal. 578.

¶ Interpoſitus. Participium. Plinius libro 18. cap. 16, 5. Interpoſitis quinis diebus. Varro 3, de Re ruſt. cap. 9, 8. Diebus aliquot interpoſitis.

Spatium interpoſitum. Lucretius libro 4, 114.

INTERPREMO.] Intercludo, Plaùt. Rud. 16, 39.

Quid ſacerdotis ſceleſtus fauces interpreſſerit.

INTERPRES.] Internuntius. Plaut. Curcul. 8, 63, Quod te præſente iſtic egi, teq; interprete.

Interpres pacis. Liu. 1, bel. Pun. 47.

Lingua interpres. Horat. de Arte, 23.

Malus interpres. Ouidius 4, de Ponto, eleg. 14. 9.

Interpres: *Qui obſcura exponit*. Plaut. Pœn. 5, 35.

Nam iſti quidem hercle orationi Oedipo opus

Eſt coniectore, qui Sphyngi interpres fuit. Virgilius 3, Aeneid. 72.

Troiugena interpres diuûm.

Interpres curarum, Virg 4, Aen 122.

Hominum, diuûmq; interpres. Virg. 10, Aen. 33.

Somniorum, atque omnium interpretes, coniectores vocamus. Quint. lib. 3, cap. 6. 23.

Sanctiſſimus legum interpres. Iuuen. Sat. 4, 8.

¶ Interpretor: Expono, explico.

In diuerſum aliquid interpretari. Quint. libro 3, cap. 6. 62.

Obſcure dicta. Quint. lib. 3, cap. 4. 2

Nomine aliquo. Plinius libro 13. cap. 22, 2.

Ad voluntatem. Liu. 9. bel. Maced. 103.

Malè. Senec. epiſt. 64.

Rectè an perperam interpreter, fuerit iſta eius deliberatio, qui bellum ſuſcepit. Liu. 1, ab Vrbe, 95.

Interpretatur numen ſuum violari: Plin. in Paneg. 54.

Peruersè interpretaris. Plaut Trucul. 4. 39.

Quum huius verba interpretor. Plaut Bacchid. 13, 15.

Interpretari memoriæ alicuius. Plaut. Epid. 11, 25.

¶ Interpretatio. Dura interpretatio. Quint. lib. 2, cap. 14. 2.

Interpretatio: *Coniectura & indicium*. Liu. 2, ab Vrbe, 37, Nec traditur certum, nec interpretatio eſt facilis.

¶ Interpretamentum. Gellius: Ex quibus diuerſa Latinæ linguæ interpretamenta collegimus. Idem libro 6. cap. 2. Interpretamētum obſcurius. idem lib. 5, cap. 18. Latinum interpretamentum.

¶ Interpretandus Iulianus in l. quum in teſtamento. ff. de hæred. inſtituendo. Hæc verba ſic interpretanda ſunt.

INTERPVRGARE.] Plinius libro 18, cap. 26, 11, Ficus interpurgari, ſeminaria fieri.

INTERPVTO.] Colum. lib. 3, Sed omnibus annis fodi ante Calendas Martias, & interputari oportet. Cato cap. 50. Ficos interputato, & in vinea ſiccos ſuccidito alte, ne eas vites ſcandant.

INTERQVESTVS.] Liu. Decad. 4, lib. 3. Aetolorum principes interqueſti ſunt, quòd non idem erga ſuam gentem Romanorum animus eſſet poſt victoriam, qui in bello fuiſſet.

INTERQVIESCO.] Cato cap. 158. 1. Indidem ſume tibi ſextarium tepidum: adde vini Coi cyathum vnum: bibe; interquieſcet. De alno deijcienda.

INTERRADO.] Col. de Arboribus, cap. 19. 2, Nec ſic ipſæ fructuoſæ erunt, niſi eas interraſeris. Plin. libro 15, cap. 1. 4. Oleæ attondetur, ſicut & vites: atq; etiā interradi gaudet.

Interradere: *pro Limare & polire*. Plinius libro 33, cap 11, 11. Iam vero menſas repoſitorijs imponimus, & ad ſuſtinenda obſonia interradimus altera: & intereſt quam plurimum lima perdiderit. Idem libro 35, cap. 1, Interraſum marmor.

¶ Interraſilis: Limatus Plin. lib. 12. cap. 19, 7. Coronas ex cinnamomo, interraſili auro incluſas.

INTERREGNVM.] tempus quo regnum vacat. Liuius, 1, Decad lib. 1, 71. Plinius de Viris illuſt 3. Poſt conſecrationem Romuli, quum diu interregno ſeditiones orirentur.

Interregnum, *per metaphoram, quum loco magiſtratus interrex creatur*. Liuius: Quum ſine Curuli magiſtratu Reſp. eſſet, patritij coiere, & interregem creauere: contentio, Conſuleſne, an Tribuni militum, crearentur in interregno, rem compluries dies tenuit.

Inire interregnum. Liuius.

INTERRITVS.] Vultus interritus. Quint. lib. 1, cap. 3. 5.

Mens interrita lethi. Ouidius 10. Metam. 122.

Sola eſt interrita virgo. Ouidius 6, Metam. 9.

INTERROGO.] Plaut. Epid. 5, 66. Ibi illa interrogat illam; Quiſ eſt? qui id dixit tibi?

Interroga, ſi venerit. Plaut. Pœnulo, 10, 19.

Interrogo an audiuerit, an viderit. Plin. in Pan. 109.

Interrogare, *pro Accuſare*. Tacitus libro 13, Sane pepigerat Pallas, ne cuius facti in poſterum interrogaretur. Legibus interrogari: *pro Poſtulari*. Liuius lib. 8, bel. Macedon.

¶ Interrogatio. Acuta interrogatio. Quint. libro 5, cap. 7. 28.

Circunſpecta Quint. libro 5, cap. 7. 21.

Opportuna. Quint. lib. 5. cap 7, 8.

Longiùs repetita. Quint lib. 5, cap 7. 11.

Scitæ interrogationis. Quint. lib. 5, cap. 7, 20.

Inſtare interrogationi. Quint lib. 5, cap. 7. 11.

Inſtare interrogatione. Quint lib. 6, cap. 3, 26.

INTERRVMPO.] Liu. 2, ab Vrbe 44, Itaq; monere prædicere, vt Pontem ferro, igni, quacunque vi poſſent, interrumpant.

Ordinem interrumpere. Columel. libro 1. cap. 21. 1. 19.

Somnos. Plin. libro 28, cap 4. 21.

Singultus interrumpens pias querelas. Ouidius 11, Metamorph. 85.

Inter-

Interrumpere: *aliquid dicentem facientémue impedire.* Cæſar 1.bel.Ciui.278.Improuisò ad vallum aduolat; colloquia interrumpit; noſtros repellit à caſtris. Idem 3.bel.Ciuil. 77.Mediam orationem interrumpere. Plaut. Trinum.17. 26.Sermonem interrumpere.

¶ Interruptus. Liu.6.bel. Pun.26. Ne interrupta Romanis acies videatur.

Amnis interruptus aquis.Lucan.lib.2,43.

Ignes interrupti.Virg.9,Aen.49.

Itinera interrupta,& imperuia.Tacitus libro 3.

Pendent opera interrupta, Virg 4,Aen.18.

Inter quaſi rupta.Tacitus libro 5,50.

INTERSCALMIVM.] ſpatium inter remiges. Vitruuius libro 1.cap.2 Nauibus interſcalmio,&c.

INTERSCINDO.] Liu. 8 bell. pun.31. Arcto freto interſcindi.Gellius lib.12,cap.1.

INTERSCRIBO.] Plinius libro 7,epiſt.129,b, Poteris &, quæ dixeris, poſt obliuionem retractare: multa detinere: plura tranſire: alia interſcribere; alia reſcribere.

INTERSECO.] Vnde,Interſectio. Vitruuius libro 3. cap. vltimo.

INTERSEPIO.] Liuius 4.bel. Macedon.155, Pertriduum inſequens territauit eos, nunc prælijs laceſſendo, nunc operibus interſepiendo quædam, ne exitus ad fugam eſſet.Idem 1.ab Vrbe, 118.Id factum magnæ parti peditum Romanorum conſpectum abeuntis Albani exercitus interſepſit.

Interſepire vrbem vallo.Liu. 5.bel.Pun.55.Et lib.4,105.

INTERSERO.] implanto.Colum lib,3,cap.17,1.Coæquato deinceps paſtinato, malleolus ordinarijs vitibus interſerendus eſt.

Medijs interſerit oſcula verbis.Ouidius 10Metam.111.

Omnia pomis interſita. Lucretius libro 5,277.

Interſita peregrinatio.Plin.epiſt.63.

INTERSERO.] Interpono. Plin.epiſtol.63,a, Prædia agris meis vicina,atque etiam interſerta,venalia ſunt.

INTERSISTO.] Quint.lib.8,cap.3, aut interſiſtere nos indecentiſſimè cogit; aut continuata cum inſequente in naturam eius corrumpitur. Item lib.9,cap.4. Interſiſtentes clauſulæ.

Interſiſtitur. *Imperſonale.* Quint.lib.9, cap.4. Tum longè per ſe.& veluti optimæ ſyllabæ; aliquid etiam medij temporis inter vocales quaſi interſiſtatur,aſſumunt.

INTERSPIRO.] Cato cap.112. vbi impleuerit dolium; operculo operto, relinquito qua interſpiret.

Interſpiratio.Plinius libro 23.cap.1,17.

INTERSTERNO.] Iuſtinus lib.1. Hæc Babyloniam condidit murumque vrbi cocto latere circundedit; arena, pice, bitumine interſtrato.Plinius libro 29,cap.2,5.

INTERSTINGVO.] Apul. Iamque protinus obliſis faucibus interſtinguere eum debuiſſet.

¶ Interſtinctus. Martian. Stellantibus oculis interſtinctos.

Spatia interſtincta columnis.Stat.3.Sylu.5,18.

INTERSTITIVM.] Diſtantia & interuallum. Macrobius: Cum quatuor ſint elementa, ex quibus cōſtant corpora; terra,aqua, aer, ignis: tribus ſine dubio interſtitijs ſeparantur.

Interſtitium lunæ: interlunium. Apul. Difficultas itineris, ac globoſi ſideris interſtitium.

¶ Interſtitio: Ceſſatio. Gell.lib. 20. cap.1. Velut quoddam iuſtitium: id eſt,iuris inter eos quaſi interſtitionem quandam,& ceſſationem.

INTERSTREPO.] Virg.9,eclog.8.

Digna ſed argutos interſtrepere anſer olores.

INTERSTRINGO.] Plaut.Aulul.24.31,Ibo intrò, atq; illi tuo ſocieno iam interſtringam gulam.

INTERSTRVO.] Silius lib.10,30.

— Teleſinus ad oſſa
Illiſo ſaxo,qua ſpina interſtruit artus; Occumbit.

INTERSVM.] Vide INTEREST.

INTERTALEO.] Diuido.Varr de Re ruſt lib 1.Nam etiam nunc ruſtica voce intertaleare dicitur diuidere,vel excidere ramum ex vtraq; parte æquabiliter præciſum.

INTERTEXTVS.] Quintilian.lib.8. cap.5. Neminem deceat intertexta pluribus notis veſtis.

Flores intertexti hederis.Ouidius 6,Metam.26.

Telæ intertextæ Stat.3 Sylu 5,2.

INTERTIGNIVM] Interuallum quod eſt inter tigna.Vitruuius lib.4 cap.2.

INTERTINGO.] Plinius libro 36,cap. 8,3, Thebaicus intertinctus aureis guttis, inuenitur in Africæ parte, Aegypto adſcriptæ.

INTERTRAHO Plaut Amph,8,39. Ni ego illi puteo,ſi occepſo,animam omnem intertraxero.

INTERTRIGO.] quum femina atteruntur aduruntur que. Colum. libr.7, capit.5, Subluuies & intertrigo pice per ſe liquida, vel alumine & ſulphure atque aceto miſtis, ritè eruentur.

INTERTRIMENTVM.] Varro libro 4.de ling. Lat. Intertrimentum,ab eo,quòd duo,quæ inter ſe trita ſunt,etiam diminuta ſunt.Terent.Heaut.3,1,39.

Nunc,quum ſine magno intertrimento non poteſt
Haberi,quiduis dare cupis.

Intertrimentum, *pro Euanida argenti parte, quæ in excoctione deperit.* Liu.2 bel.Maced.26. Pecunia Romæ mutua ſumptâ,intertrimentum argenti ſuppleuerunt.

Intertrimentum, *pro eo quod in vnaquaq; re deperditur, ac decedit.* Liu.lib.4.bel.Maced.In auro verò, in quo præter manus precium nihil intertrimenti ſit, quæ malignitas eſt?

¶ Intertritura: Idem.Scæuola in l, pignori §.vl.ff.de pignor. actione. Quæro, intertrituram, quæ ex operis facta eſt, vtrum Titius debitor,an Seius,agnoſcere debeat.

INTERTVRBO.] Terent.And.4, 1,39. Quis homo iſtuc? P.Dauos. C.Dauos? P.interturbat.

¶ Interturbatio. Liuius 3.bel. Pun.33. Ipſiq; valetudinem excuſans patri,animi quoque eius mirabilem interturbationem quum quæreret.

INTERVACO.] Colum.libr.6,cap,32. Balbus trepidancis interuacantibus ſpatijs obrutus, anno celeriùs maturam perticam præbet.

INTERVALLVM.] Plinius libro 6,cap 22.2, Septem dierum interuallo taxato.Cæſar 1.bel.Gal.219, Paribusque interuallis Harudes,Marcomanos,&c. omnemque aciem ſuam rhedis & carris circundederunt.

Interuallum annuum regni.Liu.1,ab Vrbe,171.

Interualla permittere.Plin.in Paneg.104.

Interuallum fuit. Plaut Rud.4,49.

Aeris interuallum.Lucretius libro 4,38.

Siderum interualla.Quint.libro 2,cap.17,24.

Per interualla.Plin.Iunior, de Viris illuſt.4,a. Singulos per interualla interfecit.

Interuallis paribus. Plinius libro 2,cap.11,2.

Ex interuallo Liu.lib.3.Cur ex tanto interuallo rem deſuetam vſurparent.Idem 3.ab Vrbe cond.230.

Interuallum deinde haud magnum populationibus fuit. Liu.2.ab Vrbe, 217.

Interuallo facto.Liu.2,ab Vrbe,7.

Dare alicui interuallum ſoluendi. Vlpian.in l.ſi verò. §. ſi poſt.ff.mandati,vel contra.

¶ Interuallatus. Gel lib.17.cap.12, Hæc biduo medio interuallata febris.

INTERVELLO.] Plinius libro 17,cap.27,9.

Omnia poma interuelli,melius eſt. Colum. lib.4,cap.33.2.

Interuellere barbam.Seneca epiſt. 115.Quod faciunt ij, qui barbam vellunt, aut interuellunt.

INTERVENIO.] Terent in Prologo Hecyr.

— hæc quum data eſt
Noua,nouum interuenit vitium & calamitas.

Interuenio, *cum accuſatiuo.* Tacitus libro 3. Lepida ludorum diebus, qui cognitionem interuenerant, theatrum cum claris fœminis ingreſſa.

Interuenit cogitatio minor maiori.Liu.9,bel.Pun.29.

Interueniunt iræ. Plaut.Amph 10.59.

Interuenit deinde ijs cogitationibus auitum malum, regni cupido.

Interuenit nox.Liu 3,bel.Pun.83.Plures cecidiſſent, ni nox prælio interueniſſet.

Plangor interuenit omni verbo.Ouidius 11.Metam.42.

Interuenire cœptis.Liu.1.ab Vrbe.

Interuenire malo.Plaut.Milite.20,23. Malóne interueneris quæſo.Dum reſipiſcit?

Interuenire: *pro, Se interponere.* Sueton. in Cæſare: Verùm neq; Senatu interueniente, & aduerſarijs magiſtratibus, vllam ſe de Repub. facturos pactionem, in citeriorem Galliam tedijt.

Interuentum eſt alicui de improuiſo.Terent.Heaut.2,3,40.

¶ Interuentus Cæſar 3,bel,Gal.411.Noctis interuentu.

¶ Interuentor: Fideiuſſor. Vlpianus l.licet.de obſequijs à liberis & libertis præſtandis. Lampridius in commodo: Paternum autem (inquit) huius cædis authorem, &, quantum videbatur, paratæ necis. Commodi conſcium & interuentorem.

¶ Interueniens.

Interueniente flumine Plinius libro 5,cap.1,15.

Interuenientibus deſertis Plinius libro 5,cap.7,3.

INTERVENIVM.] Spatium quod eſt inter venas terræ. Vitruuius lib.8.Sed non per interuenia dilabantur & decreſcant.Idem libro 2,cap.6.

INTERVERTO.] Callidè ſurripio. Plaut. Aſin.6.103,

Vnde ſumam? quem interuertam? Idem Pſeudulo, 13,112.

Vt me, ſi poſſet,muliere interuorteret. Marcellus in l.ſi duo

l.ſi duo. ff. depoſiti. Si duo hæredes rem apud defunctum depoſitam dolo interuerterint.

Poſſeſſionem interuertere Marcellus in l.ſi quis rem,quam. ff.de acq.vel amit poſſeſſ.

¶ Interuertere: *Subuertere, euertere.* Paulus in l.amiſſione. ff.de capitis diminutione. Quæ ſalua ciuitate accidit, per quam publica iura non interuerti conſtat. Idem in l.tutelas.ff.de capitis diminutione. Legitimæ tutelæ ex XII.tab.interuertuntur eadem ratione qua & hæreditates.

Interuertere *pro Decoquere.* Tacit.li.18 Nouies millies ſeſtertium paucisſimis menſibus interuertiſſe creditur.

INTERVIGILO.] Senec.epiſt.1.lib.12: Somno parciſſimo vtor,& quaſi interuigilo.

INTERVIREO.] Claud.de raptu Proſerp.lib.2.20,

Semita diſcretis interuiret humida nimbis. De arcu cœleſti.

INTERVISO.] Plautus Aulul.7.25,

—nunc hic eam rem volt,ſcio,

Mecum adire ad pactionem: verùm interuiſum domi. Idem Sticho,3.90, Imò interuiſam priùs domum.

INTERVLA.] Camiſia Apuleius lib. 8. & Valer.in Epiſt.ad Rufinum:& Martianus Capella lib.1.vbi ſcribit, Tritonia Pſyche donaſſe interulam.

INTERVNDO.] Solinus cap.27, Hoc fuluum nigrantibus ſegmentis interundatum,varietate apprimè decet.

INTERVOMO.] Lucret.lib.6.179. Quod dulces inter ſalſas interuomit vndas. Hoc eſt,interfundit.

INTERVSVRIVM] vſura medij temporis. Vlp.in l. ſed ſi §. vlt.ff.de pecul.Vt medij temporis interuſurium magis creditor conſequatur.

INTESTATVS.] Paulus de verb.ſignif.l.inteſtatus. Inteſtati propriè appellantur,qui,quum poſſent teſtamentum facere, teſtati non ſunt. Vlpianus in l. 11. ff. de ſuis & legitimis hæredibus.Iuuenal.Satyr.3.27,

—poſſis ignauus haberi,

Et ſubiti caſus improuidus,ad cœnã ſi Inteſtatus eas.

Inteſtatorum parentum liberi hæredes ſint. Quintil.lib.3. cap.6.68.

Ab inteſtato:in l.cùm ij §. hæc oratio. ff. de transact. Siue à teſtato factis,ſiue ab inteſtato

¶ Inteſtatus: *Cuius verbis non adhibetur fides.* Pomponius Pictoribus: Ipſus cũ vno ſeruo ſenex inteſtato proficiſcitur.

Inteſtatus: *Nullis teſtibus conuictus.* Plaut Curc.15.17. Hoccine pacto indemnatum atque inteſtatum me arripi? Idem Milite,22.23.

¶ Inteſtatò: Sine teſtamẽto Scæuola, l.Titius inteſtatò moriturus. Paulus l. Vt legata, quæ ei dederat inteſtatò moriens,reſtitueret.

¶ Inteſtabilis. Plaut.Milite,22.24.Vt viuam ſemper inteſtabilis. Caius, in l cum lege. ff. de teſtamentis. Quum lege quis inteſtabilis iubetur eſſe, eò pertinet, ne eius teſtimonium recipiatur.Vlpian.in l.is cui lege.ff.de teſtamentis.Si quis ob famoſum crimen damnetur, Senatuſconſulto expreſſum eſt,vt inteſtabilis ſit.

Inteſtabilis: *pro Deteſtabili.* Gell.lib.7.cap.18. Eos tamen,qui ad Annibalem non rediiſſent, vſq; adeò inteſtabiles,inuiſosq; fuiſſe,vt tædium vitæ cœperint,necemq;, ſibi conſciuerint. Vlpianus in l.ex Cornelio. ff. de iniurijs. Si condemnatus ſit is, qui librũ ad infamiam alicuius pertinentem ſcripſit,compoſuit,edidit, &c. inteſtabilis ex lege iubetur. Plin.lib.30,cap.2.4. de arte magica: Proinde ita perſuaſum ſit; inteſtabilem, irritam, inanem eſſe: habentem tamen quaſdam veritatis vmbras.Horat.2.Serm.Satyr.3.36,

—vter ædilis fueritue

Veſtrûm Prætor, is inteſtabilis & ſacer eſto. Tacit.libro 25,Inteſtabilis & conſceleratus. Idem, lib. 20. Quum interim inteſtabilior & ſæuior exortus eſt.

Inteſtabilis & infandus.Plin.lib.28,cap.8.1.

INTESTINVS.] Inteſtina dicuntur, quæ interiori corporis parte clauduntur: quæ etiam interanea appellantur. Celſ. lib.4.A viſceribus ad inteſtina veniendum eſt.

Perurere inteſtina alicuius. Catull ad Rufum,epigr.72.1.

Latum inteſtinum interdum glutinatur. Celſus li.7,cap.16.

Tenent inteſtina. Celſ.lib.4.cap.16. In hoc vtique adhibere oportet comprimentia, quò faciliùs tenendi aliquid inteſtinis vis ſit.

Inteſtinum tenue. Celſ.lib.2,cap.1, Tenuioris inteſtini morbus;quem ileon nominant.

Inteſtinus, *maſculino genere.* Plin.lib.11, cap.37,67. Inteſtinus enim,quibuſdam ab ore incipiens, quadam via eódem reflectitur:vt ſepiæ,polypo.

¶ Inteſtinus: Interior. Inteſtina peſtis,apud Liuium: pro cõſpiratione maxima & periculoſiſſimá. Et,Inteſtina diſcordia,apud eundem lib.9.

Inteſtinum odium.Liu.2.ab Vrbe,94.

Inteſtinum opus.Varro lib.3.de Re ruſt.cap.1,7. Quum villam haberes opere tectorio, & inteſtino, ac pauimentis nobilibus lithoſtrotis ſpectandam.

INTEXO.] Virg. lib.3. Georg.5,

—vtque

Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

Intexere literas veſtibus.Plin.lib.13,cap.11,6.

Frondes canis intexere filis.Ouid 15,Metam 76.

Facta alicuius intexere chartis. Tibull.ad Meſſalam,lib 4.

INTIMVS.] Vide INTRA.

INTIMO.] Denuntio. Liu.4 ab Vrbe.Intimaſſe filio,vt milites ſcriberet. Martianus: Hæc cum Iuno,affixa Ioui, acclinatis eius auribus intimaret.

Intimare apud præſidem l.2.C.de adoptionibus. Adrogatio etenim ex indulgentia principali facta,perinde valet apud Prætorem vel præſidem intimata, ac ſi per populum iure antiquo facta eſſet.

Intimari, *pro Ingredi.* Solinus cap.45.Indè,vſque dum mari intimatur,Nili nomen tenet.

INTINGO.] Madefacio. Plin.lib 20,cap.17,10.de aniſo: Viride,aridumue, omnibus condiuntur, quæq; intinguntur, deſideratum.

Intingere in acetum. Cato cap.156. 1 de braſſica.

Intingere calamum; de ſcribente dixit Quint.

¶ Intinctus, Condimentum ad cõdienda obſonia. Plin.lib. 15,cap 29.1,Eademque origine aprorum ſapor commendatur,plerumq; ad intinctus, additis myrtis. Idem lib.20. capit.9,3.

Nutriat intinctos miſſa patella cibos Ouid.2,Faſt 127.

INTOLERABILIS.] Mala intolerabilia. Lucret.lib 6,233.

Intolerabilis ſæuitia Liu.1.ab Vrbe,231.

¶ Intolerabiliter. Col lib 1,cap.4.8. Sunt quædam loca, quę ſolſtitijs minùs concaleſcunt; ſed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent.

¶ Intolerandus Intolerandá hyems.Liu.5.ab Vrbe,67. Libido.Liu.7.bel.Pun.174.

¶ Intolerans: Impatiens. Liu 9 ab Vrb.93. Et loquimur de Alexandro,nondum merſo ſecundis rebus; quarum nemo intolerantior fuit.

Intolerantior ſeruitus. Tacit.lib.3.

Intolerantiſſima laboris corpora.Liu.10.ab Vrbe,136.

INTONDEO.] Circumtondeo. Col.lib.11.cap.3.25 Vt antè; quàm translatum deponas, omnes radiculas amputes, & fibratum ſummas partes intondeas. De porro.

¶ Intonſus: Nõ tonſus Plin.lib.6,cap.28.20, Arabes mitrati degunt;aut intonſo crine barba abraditur, præterquam in ſuperiore labro

Capilli intonſi.Horat Epod.15.2.

Caput intonſum. Ouid.4,Faſt.131.

Crinis intonſus.Tibull.lib.1.eleg.4,8.

Deus.Ouid.3,Triſt.eleg.1,12.

Intonſi homines & inculti.Liu.1.bel.Pun.118.

Intonſæ oues.Colum.lib.7.cap.3.6.

INTONO.] Intonuit ingenti latratu canis. Plinius libro 8. cap.40,9.

Hyems intonata Eois fluctibus.Horat Epod.1.11.

Intonare: *Iracundè dicere.* Liu 3.ab Vrbe,199.

Minas intonare Ouid.1.Amor.eleg 7,10.

INTONSVS.] Vide INTONDEO.

INTORQVEO.] Colum de Arboribus,cap.23.2.Alio modò; quum iam matura mala fuerint, antè quàm rumpantur, peciolos,quibus pendent, intorqueto.

Intorquere,Iacere.Virg.2.Aeneid.46,

—ſacrum qui cuſpide robur Læſerit, & tergo ſceleratum intorſerit haſtam. Sic ibidem, Intorquere iaculũ. Plin.de Viris illuſt.65.

Iaculum intorquens emittit in auras.Virg.9.Aen.11.

Telum intorſit in hoſtem.Virg.10,Aen.175.

¶ Intortus: Inflexus.Intortus caudex. Plin.lib.12,cap.15.1.

Intorti capilli.Mart,lib.8,14.

Intorta cauda ſum. Plin.lib.8.cap.51,3.

Crines intorti.Silius lib.3,58.

Intortæ fauces.Plin.lib.7,cap.44,3.

Funes intorti.Ouid.3,Metam.136.

Intortum circùm læuum brachium paludamentum. Liu,libro 5.bell.Pun 94.

Intorta oratio.Plaut.Ciſtell.10,70.

Intortus vertex.Plin.lib 9,cap.33,2.

¶ Intortè. Plin. lib. 16. cap. 16. Sed bruſcum intortiùs criſpum:molluſcum ſimpliciùs ſparſum.

INTRA.] Lucret. lib. 5. 49.

Intra caſtrorum timuit tentoria ductor.

Intra diem mortis vt aliquid fiat, ſi quis dixerit, ipſe quoque dies, (inquit Vlpianus) quo quis mortuus fuerit numeratur.

Intra viginti dies. Plaut. Curcul. 8.77, Plin. epiſt. 249, Qui igitur intra hos proximos decem annos damnati.

Intra decimum diem. Liu. 6. belli Maced. 40.
Intra paucos dies. Liu. 3. bell. Pun. 189.
Intra famam. Quintil lib. 11. cap. 3. Hortenſij ſcripta tantùm intra famam ſunt.
Eſſe intra fortunam ſuam. Propert lib. 3. eleg. 8. 1.
Intra hæc enim eſt omnis vituperatio. Quintilianus libro 6. capite 4.
Rapere aliquem intra iuuentam. Tacit. lib. 2.
Intrà me futurum eſt. Plin. epiſt. 10. lib. 3.
Intra loquendi modum. Quint. Ne dicamus omnia clamoſè; quod inſanum, aut intra loquendi modum, quod motu caret.
Intra quàm modicum. Plin. lib. 9, cap. 55. Huius villam intra quàm modicam quadragies piſcinæ venierunt.
Intra tecta vocare aliquem. Virg 7, Aen. 35.
Intra terminos. Liu. 4. bel. Maced.
Intra verba peccare. Curtius lib. 7.
¶ Intra: Intrinſecus. Columel libro 12, capit. 43, Hæc vaſa & opercula extrinſecus & intrà diligēter picata eſſe debebāt.
Intra, *pro Inter*. Liu. 5. bell. Pun. Hæc eſt nobilis ad Traſimenum pugna, atque intra paucas memorata Populi Romani clades.
¶ Interior. Domus interior. Virg 1, Aen. 129.
Interior, & familiaris vita. Sueton. in Auguſto, cap. 61.
Medulla interior. Catul. ad Libellum, epig. 33, 3.
Tectum interius. Virg. 4, Aen 99.
¶ Interius: Aduerbium. Seneca de Benef. 7. Poſſim de natura queri, quòd aurum & argentum non interiùs abſconderit.
¶ Intimus. Plaut. Trucul. 11, 40. Traxi ex intimo ventre ſuſpirium.
Angulus intimus. Horat. 1, Carm. ode 9, 5.
Pectore vritur intimo. Catull. in Epithal. Mallij, 56. 36.
Præcordia intima. Ouid. 4, Metam. 102.
Intimus ſum illi: id eſt familiaris. Plautus Trucul. 3. 45,
—nam me fuiſſe huic fateor ſummū, atq; intumū.
Intimus es conſilijs noſtris. Terent. And. 3, 3, 45.
Conſiliorum intimum. Tacit. lib. 15.
¶ Intrarius. Plautus: Charos mihi, atque intrarios amicos.
INTRACTABILIS.] Plinius libro 19, cap. 5. 21, Virus illi intractabile eſt.
Animus intractabilis. Seneca Hipp. 2, 38.
Bruma intractabilis. Virg 1, Georg 43.
INTREMO.] Plin. lib. 2, cap. 8, Intremunt verè & in manibus poſita, æque quàm in ædificijs.
Palluit, & ſubito genua intremuēre timore. Ouidius 2. Metamorph. 56.
Aſpicis alternos intremuiſſe pedes. Ouid. 3. Triſt. eleg. 1. 12.
Vndæ intremuēre. Virg. 3, Aen. 134.
Hannibalem ſenectus intremit. Sil. lib. 16, 134.
¶ Intremiſco. Plin. lib. 2, cap. 79, 3. Neq; enim vnquam intremiſcunt terræ niſi ſopito mari.
INTREPIDVS.] Impauidus. Plin. in Præf. 3. Sed hæc quis poſſet intrepidus æſtimare ſubiturus ingenij tui iudicium, præſertim laceſſitum?
Hyems intrepida. Tacit. in vita Agricolæ.
Intrepida conſtent verba. Seneca Hipp. 5, 1.
Vultus intrepidus. Ouid. 13, Metam. 96.
¶ Intrepidè. Liu. 6. bell. Pun. 19, Poſtquam aſſuetudine quotidiana ſatis intrepidè viſum eſt fieri.
INTRICO.] Implico. Plaut. Perſ. 1. 5. Atq; ita intricatum ludit, potans Dorpalum.
INTRINSECVS.] Columel. libro 12, capite 41, 5. Lata vaſa in modum patinarum fieri iubebat, eaque intrinſecus & extrinſecus diligenter picari. Sic, Plinius libro 11, capite 37, 60.
INTRITA.] Vide INTERO.
INTRO'.] Terentius Andr. 3. 2. 42,
Imò abi intrò, ibi me opperire.
Intrò accipere. Plautus Trucul. 16. 36,
—intrò acceptum quando acceptum eſt, non poteſt Fieri foras.
Intrò ſpectare. Plaut. Moſtel. 13, 4.
Intrò venit. Plaut. Capt. 10, 12.
Intrò ad nos venit errans. Terent. Eunuch. 5. 7. 2.
INTRO.] Cæſ. 7. bel. Gal. 291, Quò qui intrauerāt, ſe ipſi, &c.
Intrare ædem. Sueton. in Veſp.
Domum paruâ ſolita eſt intrare feneſtrâ. Ouid. 6. Faſt. 116.
Tot maria intraui. Virg. 6. Aen. 12.
Portus intramus amicos. Virg. 5, Aen. 12.
Vrbem intrare. Ouid. 15, Metam. 148.
Intrant vrſos venabula. Mart. lib. 14, 30.
¶ Intrare *per tranſlationem*.
Intrare in affectum. Quint. lib. 7, cap. 4.
Intrauitque animum militaris gloriæ cupido. Tacit. in vita Agricolæ.
Intrare inſidias. Cæſar. 3. bell. Ciuil. 151.
Mentes intrauit ſuſpectus humorum. Ouid. 5. Faſt. 7.
Pauidos & conſcientia vecordes intrat metus. Tacit lib. 1.
Pudor & gloria intrat aliquem. Tacit. lib. 1.
¶ Intratus: Participium. Liu. Ibi rurſus ſylua intratæ.
INTRODVCO.] Cæſar. 2. bell. Gall. 250, Id fieri poſſe, ſi ſuas copias Hedui in fines Bellouacorum introduxerit.
Introducere præſidium in oppidum. Cæſar 1. bel. Ciuil. 51.
Sic animas introduxerunt ſenſibus auctas. Lucretius libro 3, 126.
INTROEO.] Terent. And. 3. 4. 11, Vt hinc te iuſſi introire, opportunè hic ſit mihi obuiam.
Introire in ædes. Plaut. Amph. 7. 59. Idem Milit. 16. 31, In alienam domum.
Introire ad aliquem. Terent. Hecyr. 4. 1. 37.
¶ Introitur: *Impersonale*. Cato. cap. 66. Caueat quàm minimùm in torcularium & in cellam introeatur. Varro libro 1. cap. 63.
¶ Introitus: Particip. Vlpian. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. & fam. lib. Qui iniuriatum agere volet ob eam rem, quòd ſe pulſatum verberatúmve, domumve ſuam vi introitam eſſe dicat, &c.
¶ Introitus: Verbale Cæſar 1. bell. Ciuil 80. Tamen veritus, ne militum introitu, & nocturni temporis licentiâ, oppidum diriperetur.
Notabilis introitus. Tacit. in vita Agricolæ.
Squalens. Silius lib. 13, 80.
Introitu perrumpere corpus. Lucret. lib. 2, 82.
INTROGREDIOR.] Virg. , Aen 105,
Poſt quàm introgreſſi, & coràm data copia fandi.
INTROITVS.] Vide INTROEO.
INTROMITTO.] Intromittere ad, vel in. Plaut. Aulul. 5. 21,
Profectò in ædibus meis me abſente, neminem,
Volo intromitti. Terent. Hecyr. 2. 1. 40. Non ſi ami ſat eſt,
Quod heri nemo voluit vilentem ad eam intromittere?
Intromittere mares in fœminas. Varro 3. de Re ruſtica, capite 2. 3.
INTRORVMPO.] Plaut Amph. 16. 79, Certum eſt, introrumpam in ædibus. Gell. lib. 15, cap. 22, Cerua emiſſa in cubiculum Sertorii introrupit.
INTRORSVS, vel INTRORSVM.] Liu. 5. bell. Pun. 116, Clamantibus Tribunis, nihil introrſus roboris ac virium eſſe. Idem . o ab Vrbe. 162. Cedunt primò incerti fortunæ ſuæ, & hoſtem introrſum in media caſtra accipiunt Varro 2. de Re ruſt. cap. 7. 5, Genibus rotundis, nec magnis, nec introrſus ſpectantibus.
Turpis introrſum. Horat. 2. Serm Satyr. 1, 13.
INTROSPICIO.] Voluntates aliquorum introſpicere. Tacitus lib. 1.
INTROVOCO.] Liu. 10. ab Vrbe, 57. Vt quæq; introuocata erat centuria.
INTVBVS, ſiue INTVBVM.] herba ex cichoriorum genere. Plin. lib. 20, cap. 8. 4. Intubi quoq; non extra remedia ſunt. Columel libro 10. 11, Iam breue cherophylum, & torpenti grata palato Intuba. Virg 1 Georg. 24,
—& amaris intuba fibris.
Intubum erraticum Aegyptij cichorium vocabant: Apud nos quidam ambugiam vocauēre. Plin. lib. 20, cap. 8. 4.
¶ Intubaceus. Intubacea folia. Plin lib. 27, cap. 12. 3.
INTVEOR.] Plin. epiſt. 21, Erit ergo pergratum mihi, hanc effigiē eius ſubinde intueri, ſubinde reſpicere, ſub hac cōſiſtere. Plaut. Bach. 23. 9. Vidén' ſtimulis vt, obſecro, intuētur? Terent Eunuch 3. 5. 32,
—annuo terram Intuens modeſtè.
Quid vt nouerca me intueris? Horat. Epod. 5, 2.
Pectore intueri aliquem. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10, 10.
Pleniùs atque apertiùs aliquid intueri. Quintilianus libro 2. cap. 20, 6.
Sagaciter intueri. Quint. lib. 2, cap. 8. 3.
Acrioribus oculis aliquid intueri. Quint. lib. 2, cap. 10. 4.
¶ Intuendus: Paulus in l. promittendo, in princip. ff. de iure dotium Magis enim res, quàm verba intuenda ſunt. Et in l. 3. §. in amittenda. ff. de acquir poſſeſſ.
¶ Intuitus. Quint. lib. 10. cap. 1. Plin. lib. 16. cap. 10, 10. Abies hilarior intuitu.
INTVMEO, & INTVMESCO.] Plin lib. 11, cap. 34. 1, Eſt animal eiuſdem turpitudinis, infixo ſemper ſanguini capite viuens, atque ita intumeſcens Idem libro 2, cap. 81. Intumeſcens fluctus.
Bilis intumuit ſub pectore. Perſ. Satyr. 5. 15.
Vidi virgineas intumuiſſe genas Ouid. 6, Faſt. 140.
Humus intumeſcit vipe is Horat. Epod. 16, 11.
Iræ intumuēre. Stat. 1. Thebaid 81.
Iure quodam poteſtatis intumeſcere. Quintilianus libro 1. cap. 1, 17.
Intumeſcens locus. Colum. lib. 1, cap. 4. 9.

Intumeſcere alicui, *pro Iraſci.* Ouid.4.de Ponto, eleg. 14. 7,
Intumuit vati non tamen Aſcra ſuo.

INTVMVLATVS.] Inſepultus. Ouid epiſt.2.28,
Occurramq; oculis intumulata tuis.

INTVOR. Plaut. Moſtel. 10.67. Profectò nullam equidem illic cornicem intuor.

INTVRBATVS ] Plin in Paneg. 109, Et ſedit inturbatus, & tanquam ita fieri ſoleret.

INTVRBIDVS.] Tacit.lib.3. Inturbidus externis rebus annus, domi ſuſpecta ſeueritate, &c.

INTVS.] Aduerbium. Plin.li,10.cap. 52.2, Intus omne ouum volucrum bicolor.

Intus eſt Plaut.Amph.3,120.

Intus edocebo. Plaut.Epid.13,56.

Intus ſerua Plaut. Aulul 5,3.

¶ Intus, *de loco.* Plautus Ciſtel.8.8,
Dic, me orare, vt aliquis intus prodeat.

Intus euocato. Plaut. Moſtel.8,156.

Intus foràs euocare. Plaut. Pſeud.9,12.

Intus exijt. Plaut Milit.16,32.

Intus domum noſtram: *pro Intra.* Plaut. Milit 9.55,
Continuò vide, ſit' ne iſta hæc domum veſtram intus.

Intus in crumena. Plaut Amph.16,44.

Intus ad Varro 1. de Re ruſt. cap. 7. 5. In Gallia tranſalpina intus ad Rhenum quum exercitum ducerem.

Intus hic cum illa cubat. Plaut. Amph 3,112.

Intus, *pro Intrò.* Celſus: Inſpirandumq; vt ea medicamenta intus compellantur.

INTVSIVM ] Vide INDVSIVM.

INTVTVS ] non tutus. Liu.5.ab Vrbe: Caſtra Gallorum intuta, neglectaq; , ab omni parte nacti, cum ingenti clamore inuadunt. Sic, 9. ab Vrbe: Intuta vrbs.

Intutum eſt ſcribere ſtylo, vt vetuſtiſſimi prodiderunt. Plin. lib.37, cap 14.

INTYBVS,] Vide INTVBVS.

INVADO.] Liu 1 bell Maced.69, Inuaſit multitudinem.

Fortiſſimè inuadere. Quint.lib. 5, cap.13,16.

Ferro aliquem. Virg 6, Aen.72.

Leones inuadunt greges. Ouid.2, Faſt.42.

Ventus inuaſit nubem Lucret.lib.6,36.

Magnum aliquid inuadere. Virg.9, Aen.39.

Capillos alicuius. Propert.lib.3, eleg.2,1.

Caſtra trepidantia inuadit Virg.9, Aen.32.

Certamina inuadere. Silius lib.17,90.

Conſulatum Plin. de Viris illuſtr.68.

Corpora inuadunt ſopore victa. Ouid.14, Metam.156.

Millia tria ſtadiorum inuadere. Tacit.lib.11.

In oculos. Plaut. Aſin.16,58.

In oppidum. Plaut. Bacch.15,62.

Prælium. Mart, lib 8,57.

Pugnam. Virg.9, Aen.39.

Viam. Virg.6, Aeneid.52.

Vrbem. Virg.2, Aen 53.

Super modum. Quint.lib 3, cap.7,17.

Inuaſit cupiditas bonorum pleriſq; , & pleroſq;. Varro apud Marcellum. Salluſt. Tanta libido cum Mario eundi pleroſque inuaſerat..

Inuaſit Cupido homines. Plin. epiſt.207.

Dolor. Terent. Hecyra, 3.2.21,
Quid fuit tumulti? dic mihi; an dolor repentè inuaſit?

Fames Sicyonios. Plin.lib 36, cap 4,2.

Morbus. Plaut. Aſin.3.41, Sed eum morbus inuaſit grauis.

Senectus Col lib.2, cap.1,4.

Terror. Liu.4 beli Pun.21.

Vis morbi in corpus. Liu.2.bell Pun.

Animum. Salluſt in Catil. Tanta vis auaritiæ in animos eorum veluti tabes inuaſerat.

In genua Plaut. Epid 14.5.

INVALEO.] Plaut. Moſtel.7. 19, Vſq; inualuiſti? TE. vſquè; vt vides.

Inualuit conſuetudo. Plin.epiſt.88.b lib.6.

¶ Inualeſco. Quint.lib.2, cap.1.1, Tenuit conſuetudo, quæ quotidie magis inualeſcit.

Inualeſcere, *aliquando significat infirmum ac debilem fieri.* Quint. lib 10, cap.2. Quum verba intercidant inualeſcantq; temporibus.

¶ Inualentia Gell.lib.20.cap.1. Vitium aliquid imbecillitatis atq; inualentiæ demonſtratur.

¶ Inualidus. Plin lib.11, cap. 39.4, Inuentæ tamen quædam defluuio capitis inualidæ.

Inualidus ad munera corporis. Liu.6.ab Vrbe,35.

Artus inualidi. Ouid.epiſt.20,49.

Auxilium legum inualidum. Tacit lib.1.

Corpus inualidum. Ouid.epiſt.20,42.

Inualida herba medica. Colum, lib.2, cap.11,4.

Manus inualidæ. Lucan.lib.5,55.

Inualidi milites Liu.3.bell.Pun.72.

Robur inualidum Ouid.5.Triſt eleg.11,2.

Inualidus. Plin.lib 8 cap.5,13.

Vires inualidæ. Ouid.3.Triſt.eleg.4,15.

INVBER.] Vide INHVBER.

INVEHO.] Intrò veho. Plin lib.6.cap.19.1. merces alij ſuas euehunt, res externas inuehunt.

Inuehi equo. Liu.8.ab Vrbe,47.& 48.

Inuehere per marè. Plin.lib 12, cap.1,4.

Oceano. Tacit lib.2.

Inuectus portum, vrbem. Plin. libro 6. cap. 22. 4. Liu.4.ab Vrbe,125.

Inuehere ſe Liu 6 ab Vrbe,127.

¶ Inueho: inſector, maledictis aggredior.

In aliquem inuehi. Quint.lib.4, cap.1,5.

Verbis triſtibus inuectus, Ouid 2 Triſt.27.

¶ Inuectus; Participium: Intrò vectus. Triplici triumpho inuectus Virg.8. Aen.61.

¶ Inuectus: Verbale Plin.lib.4 cap.1.4. Artemitam inſulam aſſiduo terræ inuectu continenti annectens.

¶ Inuectitius. Plin lib 10, cap 29 4. Quippe cùm Theophraſtus tradat, inuectitias eſſe in Aſia etiam columbas.

INVENDIBILIS ] Plaut. in Pœn. Act 1. ſcen 2.
Inuendibile merce, oportet vltrò emptorē adducerē.

¶ Inuenditus Scæuola in l. Seius ff de reſcin vend Quæſitum eſt, quum neq; fideiuſſor datus, neq; omnis pecunia ſecùndum legem ſuis diebus ſoluta ſit; an prædia inuendita ſint.

INVENIO ] Comperio. Plaut. Ciſtel 10.102,
Quod quæritabam filiam inueni meam. Ouid. 2. Metamorph.146,
Et quos non habui ſub nubibus inuenit ignes.

Inueneris: *hoc eſt, ſciſcitare* Plaut Bacch.18.42.

Inuenire: *Comminiſci, excogitare.* Terent. Eunuch.3.1.63,
—cæterùm Idem hoc tuto melius quanto inueniſſes Thraſo?

Inuenio quod agam. Plaut. Moſtel.8,176.

Inueni ad quod pertineat ſomnium. Plaut. Merc.5.29.

Inuenitur apud authores, & in authoribus. Liu.3.ab Vrbe, 10.1. Plin lib 7, cap.16.8.

Inuenitur inter exempla. Plin.lib.14, cap.13,1.

Inuenire: *Acquirere.* Terent. Eunuch 2.1.4,
—vtinam
Tam aliquid inuenire facilè poſſis Phædria;
Quàm hoc peribit. Heaut.5.4.17.

Inuenire: *Cognoſcere* Terent. Eunuch. 9.6,
Scis Pamphilam meam inuentam ciuem?

Inuenire aditum ad rem aliquam. Liu.5.bel.Pun.37.

Argentum. Terent Phorm.3.5.1.

Cauſam. Terent Heaut.5.2,36.

Exitum. Senec.epiſt.1.

Facinus Plaut. Aſin.7.47.

Fallaciam. Terent Heaut.3.3.36.

Finem. Liu 6.bel Pun.91.

Gratiam Plin.lib.19, cap.5.23.

Hominem vtilem ad eam rem. Plaut. Epid.5,103.

Infortunium. Plaut Amph.4,132.

Initium. Terent Heaut.5.4.21.

Labore aliquid. Terent Heaut.5,4,17.

Laudem. Terent And.1,1,39.

Malefacta alicuius Plaut Trucul.16,59.

Mortem ſuo ictu. Tacit.lib.1.

Nomina noua Plaut. Epid.5,46.

Nomen. Plin in Præfat.2.

Nomen Latinum non inuenire. Plin.lib.11, cap.45,4.

Pecuniam bono modo. Plin.lib.7, cap.43,5.

Perniciem alijs, ac poſtremùm ſibi. Tacit.lib.1.

Prologum Terent. in Prol. Phorm.15.

Inuenero, quod in te facere ſit dignum, Terentius Heaut.1. 1,56.

Remedium alicui rei. Terent. Phorm.43,11.

Salutem fugâ. Sil.lib.7,102.

Spelunca vix ipſis inuenienda feris. Ouid.1, Faſt.111.

Inuenias vbi habitat. Plaut. Merc.12,51.

Veniam. Plaut, Rud.2,27.

Viam Terent. Eunuch.2.2.16 Virg lib 4. Aen. 96,
Inueni germana viam, gratare ſorori.

Fata viam inuenient Virg.10, Aen.12.

In culpa es inuentus. Terent Hecyr.3,1,19.

¶ Inuenibo. *Futurum antiquum pro Inueniam.* Pomp. Buccone adoptato: Sæpe annuit; inuenibit ſæpe.

¶ Inuenitur: *Imperſonale.* Plin.lib.10, cap. 21. ad finem: Inuenitur in annalibus.

¶ Inuentus: Participium. Ouid.1, Metamorph.132,

—tu non inuenta, reperta es.
Opes inuentæ ſanguine. Ouid.3.Amor.eleg.7,11.
¶ Inuentus: Nomen ex participio. Quint.lib.8,in Prœmio: Inuentis vim afferimus.
Inuentum reddere. Terent. Phorm.3,3,26.
Inuento eſt opus. Plautus Bacch.4,41.
¶ Inuentum: Commentum. Terent. Heaut.6.7,
Vt te omnes equidem dij deæq; quantum eſt Syre,
Cum iſtoc inuento, cumq; incœpto perduint. Plin.libro 23, cap. 1.27, Vinum ieiunos bibere nouitio inuento inutiliſſimum eſt.
Memoranda inuenta. Virg.4.Georg.57.
Sicca ac ſeuera inuenta. Quint.lib.2 cap.4,5.
¶ Inuentus: Verbale. Plin.lib.17,cap.10.9, Ex eodem inuentu eſt, ſurculos abſciſſos ſerere.
¶ Inuentio: Idem Plinius libro 13,cap.1.13, Hæc ſunt antiquæ inuentionis genera.
Inuentio: *Vna de quinq; Rhetorices partibus.* Quintilianus libro 3,cap.3.
¶ Inuentiuncula. Quint.lib.8. Ad hoc pleriq; minimis etiam inuentiunculis gaudent.
¶ Inuentor. Inuentor plantaginis. Plin.lib.25,cap.8.1.
Rerum. Lucret lib.3,2.
Salutis. Stat.1.Syl.1,16.
Scelerumq; inuentor Vlyſſes. Virg.2,Aen.33.
Voluptatum. Terent. Eunuch.5,9,5.
¶ Inuentrix. Plin.lib.35,cap.11.4, Amauit in iuuenta Glyceram municipem ſuam, inuentricem coronarum.
Carminis inuentrix & author. Ouid.6,Faſt.142.
Oleæ inuentrix Minerua. Virg.1,Georg.4.
Ars inuentrix. Quint.lib.2.cap.15,15.
¶ Inuētarium. Vlpian. de adminiſtratione tutorum.l.tutor. Qui repertorium non fecit, quod vulgo inuentarium appellatur, dolo feciſſe videtur.
INVENVSTVS.] Terent. And.1.5.10, Adeóne hominē eſſe inuenuſtum, aut infœlicem quenquam, vt ego ſum.
Inuenuſtum arbuſtum. Col.lib.5,cap.6,30.
Sordida res & inuenuſta. Catul.in Aſin.epiſt.12,1.
Illepidum & inuenuſtum. Catul.de Varri amica,10,1.
¶ Inuenuſtè. Gel.lib.17, cap.13, Inibi in eiſdem laudibus nō hercle hac ſententiolā inuenuſtè luſit.
INVERECVNDVS.] Sueton.de claris Grammat. 15, quod cum oris improbi animo inuerecundo ſcripſiſſet. Plautus Rud.16.36,
—legirupa, impurus, inuerecundiſſimus.
Deus inuerecundus. Horat.Epod.11,3.
Inuerecunda frons. Quint.lib.2,cap.4.12.
INVERGO.] Inclino. Plaut. Curc.3.11,
Ipſum expeto tangere, inuergere in me liquores tuos Sinō ductim.
Frontiq; inuergit vina ſacerdos. Virg.6,Aen.49.
Inuergere, *pro infundere.* Ouid.7,Metam.
Tum ſuper inuergens tepidi carcheſia lāctis.
INVERTO.] Terent. Heaut.2.3.131,
Ego te autem noui, quàm eſſe ſoleas impotens;
Inuerſa verba, euerſas ceruices tuas. Plin.lib.32,ca.2.3. Infixam hamo inuertere ſe, quoniam ſit dorſo cultellato.
Campum fractis inuertere glebis. Virg,3,Georg.32.
Scrobes oleis. Cato cap.27.
Nos virtutes ipſas inuertimus. Horat.1.Serm.Satyr.3,11.
¶ Inuerſus. Inuerſa manus. Plin.lib.11,cap.25,8.
Conſuetudo. Quint.lib.3,cap.11.
Mare inuerſum. Horat.Epod.10,1.
Mores inuerſi. Horat.3.Carm.ode 5,2.
INVESPERASCERE.] Liu.9.bel.Maced.202, Iam inueſperaſcebat. Tacit.lib.19.
INVESTIGO.] Quærendo inuenio. Plaut.Rud.30.34,
Quid dare velis, qui iſtæc tibi inueſtiget, indicetq;? Terent. Heaut.4.2.8.
Nihil tam difficile, quin quærendo inueſtigari poſſiet.
Inueſtigare cum animo. Plaut. Aulul.29.4.
Inueſtigare de. Plaut. Merc.17.4. Nihil inueſtigo quicquam de illa muliere.
Inueſtigare: *pro Indagare & conquirere.* Plaut. Merc.12,79.
INVESTIO.] orno. Plin.lib.35, cap.7.4, Publicas porticus inueſtiuit pictura.
¶ Inueſtes: inermes, ſiue impuberes. Palladius lib. 11, cap. 14. Inueſtis puer hoc, aut aliquis ſatis purus efficiat.
INVETERO.] Ad vetuſtatem ſeruo. Plin.lib.23, cap.2.2, Ita diffundebant, inueterabantq;. Idem lib.19,cap.6.15, Quòd ſi diutiùs allium cepeq; inueterari libeat.
Inueteratum vinum. Plin. lib.14, cap.2,10.
¶ Inueteraſco: Inualeſco. Terent.in Prol. Hecyr.12,
Nouas qui exactas feci, vt inueteraſcerent.
Inueterauit conſuetudo. Cæſar 5.bel.Gal.152.
Irroborauit inueterauitq; falſa atq; aliena verbi ſignificatio. Gel.lib.1, cap.22.
Vlcus inueteraſcit alendo. Lucret lib 4,215.
Inueteraſcere dicitur miles, in eo loco, vbi diu commoratur. Cæſar 1.bel. Ciuil. Quod ferè fit, quibus quiſq; in locis miles inueterauerit, vbi multum earum regionum conſuetudine moueatur. Item,2.bel.Gal.
INVICEM] mutuò. Plaut. Menæch.1.9,
Ij ſe cognoſcunt fratres poſtremò inuicem. Quint. Qui ſe ardentiſſimo amore inuicem dilexerunt.
Inuicem intentare crimen. Quint.lib.?,cap.10,5.
Hæc inuicem obſtant. Quint. lib.4, cap.5. Et lib.8, Denſitas earum obſtat inuicem.
Inuicem ſe mutuis exhortationibus exacuere. Plin. Iunior.
Inuicem petitur manus iniectio. Quint.lib.7,cap.8.
Manibus inuicem apprehenſis. Quint.lib 9,cap.4.
Nihil inuicem imputare. Plin.lib.1,cap.17,2.
¶ Inuicem: *Per vices.* Plin.lib.6,cap.1.3, Alitum quippe cantus, canumq; latratus, inuicem audiuntur.
Inuicem: *pro, Secundo loco viciſſim, vel econtrario.* Plin.lib.2,epiſt. 35. ad Arrianum: Habes res vrbanas: inuicem ruſticas ſcribe. Idem epiſt. 93. lib.6. Inuicem ego epiſtolas tuas lectito. Liu.8 bel Pun. Requieſcat aliquando tamdiu vexata Italia: vratur, vaſtetur inuicem Africa.
INVICIVS.] Curſu inuictus. Ouid 8,Metam.63.
Viribus inuicti. Virg.6, Aen.79.
Arx Capitolij inuictiſſima. Tacit lib.19.
Corpus inuictum à vulnere. Ouid.12,Metam.34.
Inuicti dentes ignibus. Plin.lib.7,cap.16,3.
Dextera inuicta bello. Virg.6, Aen.176.
Dux inuictus. Ouid.4,Triſt.eleg.2,9.
Gentes inuictæ. Virg.12,Aen.39.
Manu inuicta geſtare bellum. Ouid.ad Liuiam,77.
Robur inuictum. Sil.lib.11,32.
Virtus inuicta. Ouid.3.de Ponto,eleg.4,23.
INVIDEO.] Plaut.Bacch.11.14,
Nullus eſt, qui non inuideat rem ſecundam obtingere.
Inuidet ipſa ſibi. Ouid.2,Faſt.119.
Inuideo, *Accuſatiuo iunctum.* Ouid.epiſt.13 28, Troadas inuideo. Virg 8, Aen.102,
Sed mihi tarda gelu, ſeclisq;, effœta ſenectus
Inuidet imperium.
Inuidere, *Datiuo & accuſatiuo.* Plin. Neque ego, vt multi, inuideo alijs bonum, quo ipſe careo. Liu 2.ab Vrbe,172.
Fortuna te mihi inuidit. Virg.11,Aen.9.
Honorem inuidere alicui. Horat.1.Serm.Sat.6,10.
Inuidere, *pro Odiſſe.* Ouid.epiſt.1.1,
Troia iacet certe Danais inuiſa puellis.
Inuidere: *Negare.* Plin.lib 15,cap.2.2. Cereri totum in naturā conceſſit: oleum ac vinum non inuidit tantum.
¶ Inuideor: *Paſſiuum.* Horat.in Arte,2.
—ego, cur acquirere pauca
Si poſſum, inuideor?
Aula inuidenda. Horat.2. Carm.ode 10.2.
¶ Inuiſus odioſus. Facere aliquē magis inuiſum. Quint.li.3, cap.7.13.
Aurum inuiſum. Propert.lib.3,eleg.5.1.
Caput. Virg 9, Aen.103.
Dente inuiſo carpere aliquem. Ouid.3.de Ponto,eleg.4,15.
Hoſtis inuiſus. Ouid.1.Triſt.eleg.8.5.
Improbitas, licèt aduerſario moleſta ſit, iudici inuiſa eſt. Quint.lib.6,cap.4,12.
Negotia inuiſa. Horat.1,epiſt.14,4.
Salus inuiſa. Ouid.4.de Ponto,eleg.141.
Vita. Ouid.in Ibin,68.
Inuiſum & odioſum. Plaut. Merc.3,79.
¶ Inuiſior; Inuiſiſſimus. Plinius libro 22, capite 13.1, Vrticā quid eſſe inuiſius poteſt? Plinius epiſtola vltima, lib.2, Cuius marito inimiciſſimus, ipſi inuiſiſſimus fuerat.
¶ Inuidia. Horat.1,epiſt 2.12,
Inuidiā Siculi non inuenēre tyranni
Maius tormentum.
Infœlix inuidia. Virg.3,Georg.7.
Peſtilens. Senec. Hippol.4,27.
Triſtis. Senec. Octau.8,10.
Inuidia: *Odium, & maleuolentia.* Terentius Andr.1.1.39,
—ita vt
Sinè inuidia laudem inuenias, & amicos pares.
Inuidia temporum. Plin.epiſt.190.b.
Concitare inuidiam. Quint.lib.6,cap.1,10.
Detrahere alicui. Senec. Troade.20.
Diſſoluere criminis vrbanitate. Quint.lib.6,cap.3,7.
Eleuare. Quint.lib.5,cap.13,32.
Facere. Quintilianus libro 6, capite 1.11. Quorum inuidiam gratia, odium turpitudo, iram offenſio iudicis facit.
Gliſcit

Gliſcit inuidia crudelitatis. Tacit.lib.15.
Incendere inuidiam Quint.lib 4,cap.2,81.
Macerat nos inuidia Lucret.lib.3,15.
Mollire inuidiam. Tacit lib 4.
Onerari inuidiâ. Suet.in Othone, cap.6.
Opprimi inuidiâ Quint.lib.7,cap.3,25.
Pati inuidiam. Ouid.Epiſt.19,14.
Placare. Horat.2.Serm.Satyr.3,3.
Remouere à ſe. Ouid.12,Metam.126.
Inuidiæ eſſe alicui Liu 4.ab Vrbe,216.
In inuidia res eſt Salluſt. in Iugurtha.
Inſidiarum inuidiam in Clodium vertit. Quintilianus libro 6,cap.6 Hoc ad inuidiam eius, qui prouinciæ præeſt ſpectat. Vlp in l.nec quicquam. §. ſed & ſi. ff. de officio proconſ & legati.
Vertere ad inuidiam. Tacit.lib.13.
Vocare aliquid in inuidiam. Quint.lib.6. cap.4.
¶ Inuidus. Plaut. Merc. 18. 15, Iracundi, ſibi ſuiſq; inuidi. Horat lib 1,epiſt.2.12,
Inuidus alterius rebus macreſcit opimis.
Dente mordeor inuido Horat.4. Carm.ode 3,4.
Lingua inuida Ouid.1. Amor.eleg.149.
Turba Propert lib 3,eleg 1,5.
¶ Inuidioſus Ouid.15,Metam.47.
Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa vetuſtas.
Inuidioſus: *Paſsiue.* Plin lib.35, cap.2.8. Inuentione muneris etiam dijs inuidioſus.
Arma inuidioſa. Ouid epiſt.8,10.
Inuidioſa feri radiabant atria regis. Mart.lib.1,2.
Bona. Ouid.ad Liuiam,12.
Præmia Ouid.13, Metam.83.
Turba non inuidioſa. Ouid.3,Faſt.87.
Rapina Ouid 1.Amor.eleg 8.11.
Spes. Ouid.4,Metam 159
Facere inuidioſum. Quint lib.6,cap.2,18.
Inuigilo,] Colum.libro 10,cap.16,
Inuigilate viri: tacito nam tempora greſſu
Diffugiunt, nulloq; ſono conuertitur annus.
Cura inuigilat quieti. Stat.8,Theb 125.
Curæ inuigilant animo Stat.3,Theb.1.
Mens inuigilat curis. Sil.lib.10,66.
Malis inuigilare. Ouid.4,Faſt 166.
Victu inuigilare. Virg.4,Georg.32. pro, Victui.
Inuinius.] Abſtemius. Apuleius libro vltimo: Neq; vllum animal eſſem, & inuinius eſſem.
Inuiolabilis.] Sil lib.16 3,
—velut inuiolabile telis
Seruabant ſacrumq; caput.
¶ Inuiolatus. Columel lib.12,cap.1.4, Quæ domum autem inferuntur diligenter inſpicere, ne delibata ſint, & ita explorata atq; inuiolata recipere.
Membra inuiolata feris. Stat.3,Theb.23.
Mens inuiolata merò. Sil.lib.11,62.
Pudicitia. Ouid.ad Liuiam,9.
Inuiſitatus.] Vide Inuiſo.
Inuiſo.] Idem quod Viſo.
Inuiſere ad. Plaut. Stich 3.9,
Iam ego adero; ad meã maiorem filiam inuiſo domũ.
Domum alicuius. Catul.Argon.59,77.
Vir inuiſens prælia. Catul.de coma Berenicis, epigramma. 61.4
Vrbes inuiſere. Virg.1,Georg.5.
¶ Inuiſitatus: Nõ viſitatus. Quint.Declamat. 12, Nulla celebris ciuitas inuiſitata tranſitur.
Inuito.] Voco, Allicio. Terentius Heaut. 1.2, 11, Quàm vellem Menedemum inuitatum, vt nobiſcum eſſet hodie amplius.
Inuitare: *Delectare.* Virg.libro 1,Georg.61,
Inuitat genialis hyems, curaſq; reſoluit.
Inuitare animos viſu Plin lib.22,cap.6,6.
Animos inuitat precijs. Virg.5,Aen 58.
Inuitari bonitate. Senec.de Benefic.lib.3,cap.13.
Inuitare ad occaſionem. Plin.lib.10,cap.8,3.
Omnia inuitant culpam. Ouid epiſt.16,37.
Inuitare domum hominem. Liu.3.ab Vrbe,61.
Inuitare in hoſpitium. Liu 8.bel.Pun 136.
Inuitare aliquem poculis. Plaut.Rud.10,31.
Inuitare ſeſe in cœna. Plaut. Amph.3.129. Suet.in Auguſto, cap.77. Poſtea quoties largiſſime ſe inuitaret, ſenos ſextantes non exceſſit.
Somnos inuitare. Horat.Epod.2,6.
Inuitat ſpes. Plin.lib.33,cap.4,13.
Vomitiones inuitare. Plin.lib.22,cap.24,6.
Inuitare, *cum infinitiuo.* Liu. 2. bel. Pun. Nudantes ceruicem iugulumq;, & reliquum ſanguinem inuitantes haurire;

¶ Inuitatus: Inuitata improbitas, paruo ſucceſſu Plin.lib.2, cap.23,4.
¶ Inuitamentum Liu.2.ab Vrbe,181. Largitiones, temeritatiſq; inuitamenta horrebant.
¶ Inuitabilis: Delectabilis. Gell.lib 13,cap.11, Sermones iucundos & inuitabiles, & cum quadam illecebra & voluptate vtiles.
Inuitus.] Repugnans. Plaut.Caſin.6.23,
Inuitus me vides, viuam tamen.
Inuitus facio. Terent.Heaut 4.6.2.
Rogare inuitum. Catul.ad Scipſum, epigr.8,3.
Vim tulit inuitæ. Ouid 5,Metam 48.
Vis trahit inuitam. Ouid 7,Metam.4.
Ad aures inuitas peruenit crimen. Ouid.2. de Arte,90.
Inuitâ Mineruâ Horat in Arte,78,
Tu nihil inuita facies dicesve Mineruâ.
Oculis inuitis aſpicienda. Ouid.epiſt.9,15.
Inuitus huius ſolutionis. Vlpianus in l quod ſeruus. ff. depoſit. Vel credidit dominum non inuitum fore huius ſolutionis.
Inuius.] Plin. libro 12, 14.1, Sabà regio vndique rupibus inuia.
Dumoſa inuia. Silius lib.4,62.
Luſtra inuia. Virg.4,Aen.31.
Maria inuia Teucris. Virg 9,Aen.28.
Inuij ſaltus Liu.9.ab Vrbe,71.
Via inuia. Virg.3,Aen.77.
¶ Inuia: loca ad quæ accedi non poteſt. Ouid.5,Faſt 116,
Et non acceſſis inuia fluminibus.
Inula.] Herba: cuius condiendæ rationem docet Colum. lib 12,cap.46
Acidæ inulæ Horat.2.Serm.Satyr.2,9.
Amaras inulas coquere. Horat.2.Serm.Satyr.8.11.
Mollice la inula. Catul.ad Thallum, epigr 22,1.
Inultus.] Impunitus.
Inultum aliquid auferre. Terent And.3.5.4.
Nos hæc patiemur inultæ. Ouid.4.Faſt 119.
Inultus: *pro indemni.* Curtius libro 2, Vnde inultus ſubeuntem aut prohibere aut opprimere hoſtem potuiſſet.
Inumbro.] Plin.in Paneg.31, Imperatoris aduentu, legatorum dignitas inumbratur. Virg.1 ,Aen.14.
Inſtructoſq; thoros obtentu frondis inumbrant.
Ora inumbrant coronis. Lucret.lib.[illegible] 86.
Veſpera vniuerſum inumbrat. Tacit.lib.19.
Inunco.] Lucilius.
—aut qui nummos triſtis inuncat. Colum.lib.7, cap.3.9, Tum etiam quotidie minuitur lana: quæ quantò prolixior in pecore concreſcit, tantò magis obnoxia eſt rubis: quibus velut hamis inuncata, à paſcentium tergoribus auellitur.
Inunctio.] Vide Inungo.
Inundo.] Plin Antequam Nilus inundaret. Idem Agros & ſata omnia inundauit.
Inundari ſanguine: *Obrui & perfundi.* Liu.4.bell.Pun.172.
Foſſæ inundant ſanguine. Virg.10,Aen.5.
Vrinâ inundare. Valer.lib.1,de Somnijs.
Denſi inundant Troes. Virg.12,Aen.57.
¶ Inundatio. Columel.lib.3, cap.11.7, Vel etiam valles, quæ fluminum alluuie & inundationibus concreuerint, aptas eſſe vineis aſſeuerat. Plin lib.16, cap.36.10, Quum igitur anno permanſerit inundatio.
Inungo.] Plin.lib.8,cap.54.1, Mirâ ſolertiâ viſco inungunt oculos. Idem lib.18, cap.30.10, Sunt qui lentem ſiccatam oleo inungant.
¶ Inunctio. Plin.lib 28,cap.8 28, Felle glaucomata & ſuffuſiones corrigi propè creditur, tridui inunctione. Idem lib. 20,cap.5.8, Magis verò ſucci inunctione.
Inuoco.] Arma inuocare. Senec Theb 2,1.
Auxilia libertati inuocat. Tacit lib.15.
Blandiùs alia ad aurum inuocabat. Quintilianus libro 4. cap.2,88.
Deos inuocare. Ouid.6,Faſt 104.
In auxilium aliquem. Quint.in Procem.lib.4,4.
Inuolo.] Columella, libro 8.capite 3.5, Neque enim debet ipſis nidis inuolare: ne, dum adſiliunt, pedibus oua confringant.
Inuolare intrò. Varro 3.de re Ruſt.cap.7,1.
Inuolare in aliquem: *Irruere, inſilire.* Terent.Eunuch 4.3.6,
Vt ego vnguib' facilè illi in oculos inuolem venefico!
Ibidem,5.2.20,
—vix me contineo, quin inuolem in Capillum.
Animum cupido inuolat, Tacit lib.1.
¶ Inuolito: Frequent Horat.4.Carm ode 10.1,
Et quæ nunc humeris inuolitant, deciderunt comæ.
¶ Inuolare: *furari.* Lucan.lib.6.117,

 —quid

—quid corpore magni
Proiecto rapiat, quod Cæſaris inuolet artus. Plin.lib. 9,ca.59.5. Singulos inuolat verius, quàm capit. Calliſtra. in l.expugnatur.ff de incendio, ruina & naufr. Vela conſcinduntur, aut anchoræ inuolantur de mari. Id eſt, in volam capiuntur.
Euolare & Inuolare, contraria. Varro 3.de re Ruſt.cap.11.3. Colum.lib.8,cap.15,1.
INVOLVCRIS.] Gellius li.2,cap.29, Pulli etiam tunc inuolucres erant.
¶ Inuolucer. Politianus in Ruſtico:
—auſcultat, an intus
Pipiat inuolucer pullus.
INVOLVO] implico. Plin lib.11,cap.24.5, Aranei lacertarũ catullos primum inuoluunt.
Inuoluere: *Tegere*. Virg.2,Aeneid.51. nox
Inuoluens vmbra magnâ terramq; polumq;.
Carmina inuoluere hiſtorijs. Ouid.in Ibin,12.
Crinem inuoluit caſſide. Silius lib.7,93.
Nimbi inuoluêre diem. Virg.3,Aen 40.
Fœno inuoluere aliquem Ouid.4,Faſt.141.
Fumo vndiq; inuoluitur. Ouid.2,Metam.47.
Virtute meâ me inuoluo Horat.3 Carm.ode 29,11.
Membrana inuoluat libellum. Tibull.lib.3,eleg 1,2.
Auſter aquâ inuoluens nauemq; viroſq;. Virg.6,Aen.67.
Nemus inuoluunt flammis. Virg 2,Georg.62.
Inuoluere ſe otio. Plin epiſt.123.
Trabes & ſaxa inuoluere ſuper aliquem. Ouidius 12,Metamorph.103,
Obſcuris vera inuoluens. Virg.6,Aen.20.
¶ Inuolui, *quadriſyllabum*. Ouid epiſt.18,
Scilicet immanes eliſos faucibus hydros,
Infantem caudis inuoluiſſe manum.
Inuoluere: *imponere*. Virg.1,Georg.57,
Scilicet atq; Oſſæ frondoſum inuoluere Olympum.
¶ Inuoluolus: vermiculus, qui ſeſe folijs arborum & vitium circumuoluit. Plaut.Ciſtel.10.68, inuoluolum,
Quæ in pampini folio intorta implicat ſeſe.
¶ Inuolucre: Linteum, quod tonſores humeris tondendorum inuoluunt. Plaut. Capt.6.17, Ne is quidem inuolucre inijcere voluit, veſtem vt ne inquinet.
INVRBANVS.] Dictum inurbanum. Horat. de Arte,36.
Geſtus non inurbanus. Quint.lib.6,cap.4.
INVRGEO.] Lucret.lib.5.208,
Cornua nata prius vitulo, quàm frontibus extent,
Illis iratus petit, atq; infenſus inurget.
INVRINO] in aquam mergo. Columel. libro 8, cap. 14.2, Lacus piſcinaq; manu fiant, vt ſint, quibus inurinare poſſint aues.
INVRO.] Notas & nomina inurũt vitulis. Virg.3,Georg 31.
Inurere: *Adhibito igni fingere*. Plin.lib.35. cap.4.9, Niceas ſcripſit ſe inuſſiſſe.
Inurere alicui maculam. Liu.lib.3. de Claudio.
Notam Cenſoriam. Plin epiſt.190 f.
¶ Inuſtus. Sanguis inuſtus vulnere. Ouid.12,Metam.55,
INVSITATVS.] Inſolitus.
Acies inaudita ante id tempus, inuſitataq;. Liu.4.ab Vrbe.
Inuſitata magnitudo. Plin lib.8,cap.48.
¶ Inuſitatè Plin.in Paneg.9.
INVTILIS.] Plaut. Pſeud. 13. 5, Multiloquum, glorioſum, inſulſum inutilem.
Nomen inutile. Horat.1.Carm.ode 14,3,
Alga inutilis Horat.3.Carm.ode 17,2.
Factu inutile Horat.1.Serm.Satyr.4,25.
Inutilior. Ouid.13,Metam.8,
—donec ſolertior iſte,
Et ſibi inutilior, timidi commenta retexit.
¶ Inutiliter Hirtius de bel Alexand.lib 4.267. Multa Romæ male & inutiliter adminiſtrari. Quint.lib.2.cap.4,13.

I O

IO.] dolentis particula. Tibull.lib.2,eleg.4.2,
Vror, io, remoue ſæua puella faces.
Io, *quandoq; exprimit geſtientis lætitiæ affectũ*. Ouid.2.de Arte amand.1.1,
Dicite, iò pæan, & iò bis dicite pęan. Plaut Caſin.19,3,
Iò hymen hymenæe, ô hymen.
Iò triumphe. Horat.4.Carm.ode 2,10.
Io, *irridentis interiectio*. Plaut.Merc.22.109,
iò quę inſomnia? Hic homo non ſanus eſt.
IOCVS.] Plaut.Sticho,4.68. Iocos ridiculos vendo, agite licemini.
Verba apta ioco Ouid.epiſt.21,10.
Antiqui fabula plena ioci. Ouid.2,Faſt.61.
Furtiui ioci. Ouid.3.de Arte,127.
Iocus inſanus. Claud.in Præfat.lib.2.in Eutrop.2.
Liberior Ouid 4,Faſt.191.
Magnus riſus iocuſq;. Horat.1.Serm,Satyr.8,10.
Opportunus iocus. Quint.lib.6,cap.3,7.
Ridens. Stat.1.Syl.6,2.
Sæuus. Horat.1. Carm ode 33 3. Idem 2.epiſt,1,50.
Superbi ioci. Ouid.ad Piſonem,23.
Iocus venenatus Ouid.2.Triſt.113.
Agitare iocos Ouid.3,Metam.32.
Turpes iocos inſerere hiſtoriæ. Ouid.2.Triſt.89.
Mouere alicui riſum & iocum. Horat.1.epiſt.20,4.
¶ Ioculus. Plaut.Moſtel,11.20. Egóne te ioculo modò auſim dicto aut facto fallere?
¶ Ioco: Iocosè. Terent. Heaut.3.2.30, Iocóne, an ſeriò illæc dicat, neſcio. Idem Eunuch.1,2,99.
¶ Iocoſus. Furtum iocoſum. Horat.1 Carm ode 10,2.
Iocoſa lis. Mart.lib.1,20.
Ludi iocoſi. Ouid.5.Faſt.37. Plin.lib.35,cap.10.46 Iocoſo nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit. Quint.lib.6 cap. 4, Dictorum vrbanorum alia ſeria alia iocoſa, alia media.
Sermo triſtis & Iocoſus. Horat.1.Serm. Satyr.10,3.
Verba iocoſa Ouid.6,Faſt.139.
Iocoſus homo Varro 2. de re Ruſt.cap.5.1. At Quintus Luceius Senator, homo quamuis humanus & iocoſus.
Hilaris & iocoſus. Horat.lib.1,epiſt.19,19.
¶ Iocabundus. Valer.lib 2,cap.15. Iuuentus rudi atq; incõpoſito motu corporum iocabunda, geſtus dedit.
¶ Iocosè. Dicere aliquid iocoſiùs Horat.1.Serm.Satyr.4,22
¶ Iocularius. Horat. 1.Serm. Satyr.1,
Præterea ne ſic, vt qui iocularia ridens Percurram.
Iocularium in malum inſciens penè incidi. Terentius Andr. 4.5.43.
¶ Iculariter. Plin.lib.22, cap. 22,14. Hæc eſt, quam Ariſtophanes Euripidi poëtæ obijcit iculariter.
¶ Iocularis Terent.Phorm.1,2.84
¶ Ioculatio. Firmic.lib 5,cap.4.ad finem: Ioculationibus dediti, canticis, & voluptatibus.
¶ Iocor. Terentius Eunuch. 2. 3. 86, Quid agis? iocabar equidem.
In faciem permulta iocatus Horat.1.Serm.Satyr.5,13.
Carum neſcio quid iubet iocari. Catullus, ad paſſerem Lesbiæ.2.2.
¶ Iocans. Mimi obſcœna iocantes. Ouid.2 Triſt 99.
¶ Ioculans. Liu.7.ab Vrbe,41, Inter carminum propemodũ incondita quædam militariter ioculantes, Torquati cognomen auditum.
ION] Gemma apud Indos violacea. Plin.lib.37,cap.10.
IPSE, & IPSVS.] Terent. And.2.3.3, Ipſus ſibi eſſe iniurius videatur.
Ipſe *alijs pronominibus iunctum, eorum accipit ſignificationem*. Terent Adelph 4.2 45, Apud eum ipſum lacũ. Idem Adelph. 4.4.18, Ipſum id metuo vt credant.
Ipſe, *abſq; alijs per eclipſim prolatum*. Virg.2,Aeneid,1,
—quæq; ipſe miſerrima vidi.
Ipſe, *Relatiuum* Terent Adelph 1.2.59,
—iſte tuus ipſe ſentiet
Poſterius. Idem Eunuch. 2. 2. 23. Tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis Vocabula. Ibidem,3.3.9,
—ipſa accumbere.
Ipſe, *emphaſim habet*. Terent. Adelph.4.7.43,
—ipſa ſi cupiat Salus,
Seruare prorſus nõ poteſt hãc familiã. Virg.2,Aen.55,
—& ipſe doli fabricator Epeus.
Ipſe egomet ſolui argentum. Terent. Adelph,4,4,19.
Tute ipſe. Terent.And.1,1,124.
Homo ipſe nuſquam eſt. Terent.Eunuch.3,4,5.
Flos ipſe. Terent.Eunuch.2,3,27.
Ipſe frater. Terent.5,2,66.
Se ipſe. Terent.And.3,2,15. Seipſus fallit. Idem in Prologo Adelph 4. Indicio de ſe ipſe erit.
Ipſa res. Terent.And.3,3,20 & Eunuch.4.4.38, Res ipſa indicat Item: Rem ipſam dic.
Re ipſa mihi dolet. Terent.Adelph.4,7,15.
Eccum ipſum video. Terentius in Andria, 3, 4, 26. Et, Eunuch. 4. 7. 18, Habemus hominem ipſum. Et 5. 1. 19, Iſtunc ipſum.
Ipſum me noſti, Terent.Eunuch.3,5,18. Teipſum exſpectabam. Ibidem, :,6,5.
In ipſis nuptijs. Terentius Andr.5,4,13. In tempore ipſo. Ibidem, ,6,10.
¶ Ipſiſſimus: *Idem ipſe*. Plaut.Trinum.13.145,
—ergo ipſúſne es? C Ipſiſſimus.
¶ Ipſe: *id eſt ego*. Virgilius 1,eclog.2,
—& ipſum,
Ludere, quæ vellem, calamo permiſit agreſti. Quintil. lib.11.cap.1. Ipſos erubeſcere etiam, quum ab alijs laudamur, decet.

Inter

Inter ipſos: *pro, inter ſe.* Quint.lib.8.cap.6, Circa quem inexplicabilis, & grammaticis inter ipſos, & philoſophis pugna eſt. Idem lib. 10.cap.2, vſus eſt reciproce: Diuerſa eſt cauſarum inter ipſas conditio.

## I R

IRA] Terent. And. 3. 5.24, Amantium iræ amoris redintegratio eſt.
Firmiſſimus irâ. Ouid.7.Metam.92.
Furens ira. Seneca Herc.fur.9.41.
Improbus irâ. Virg.9.Aeneid.13.
Iniqui irâ. Quint.lib 6.cap.1,13.
Terribilis ira. Virg.12.Aeneid.119.
Flagrante irâ tumidus. Claudian. de Laudibus Serenæ, epigrammat. 22,27.
Impatiens iræ. Ouid.13.Metam.1.
Fluctus irarum. Lucret.lib.3,61.
Fræna. Stat.3.Thebaid.89.
Stimuli acres. Lucan.lib.2,65.
Fluminis ira. Ouid.15. Metam.163.
Maris. Ouid.12.Metam.8.
Abiecta ira. Seneca Thyeſte.
Acerbæ iræ. Lucret.lib.5,240.
Agitata ira magnis cauſis. Seneca Thyeſte,7,2.
Armigeræ iræ. Stat.6. Thebaid.166.
Atræ genis pallentibus. Valer.2. Argon.41.
Bellatrix ira. Claud. 2.in Ruffin.24.
Caligantes iræ. Stat.10. Thebaid.57.
Capitalis ira. Horat.1. Serm.Satyr.7,3.
Cruenta. Horat.3.Carm.ode 2,3.
Feruens oculis dabat ira ruborem. Ouid.8.Metam.94.
Flexa ad mitius. Ouid.3. Triſt.eleg.5,9.
Graues iræ Horat. 3. Carm.ode 3,6.
Immedicabilis ira. Silius lib.1,30.
Ingens. Ouid.1.Metam.34.
Iniqua. Ouid.5.Metam.49.
Lenta. Ouid. epiſt.3,5.
Manifeſta. Ouid 6.Metam.63.
Manſuetior. Ouid.3.Triſt.eleg.6,8.
Minax. Seneca Agamem.7,2.
Mollior. Ouid.2 Triſt.6.
Præceps. Seneca Hipp.4,17.
Rapida. Stat.3.Thebaid.19.
Sæua. Virg.10.Aeneid.161.
Sanguinea. Valer.7.Arg.67.
Tenax. Ouid. 1.de Pont,eleg.10,6.
Triſtis. Virg.eclog.2,3.
Tumida. Ouid.2.Metam.59.
Vaſta Ouid.10. Metam.110.
Violenta. Ouid.8.Metam.22.
Supra modum. Virg.4.Georg.48.
Abſcedit ira. Terent. Hecyra,5.2.15.
Iras accendere. Silius lib.17,90.
Acuunt magnis ſtridoribus iras. Virg.12. Aeneid.119.
Ingentes acuebat iras. Sen.Troad.9,5.
Dolor addidit iram. Ouid.12.Metam.108.
Adijcit iram luctibus. Ouid,2.Metam,77.
Admouere iras alicui. Stat.5. Thebaid.32.
Afficere aliquem dolore, & irâ. Tacit.lib.1.
Aggerare iras. Virg.4. Aeneid.49.
Viuaces iras agit animus. Seneca Herc.fur,1,6.
Aſperare iram alicuius. Tacit.lib.18.
Strictis mucronibus aſperat iras. Claudian, de magnete, epigrammat.4,10.
Aſſurgunt iræ. Virg.12.Aeneid.100.
Attollere iras. Virg.2.Aeneid.76.
Cadit ira metu. Ouid,2.Amor.eleg.13,11
Calet ira. Stat.6.Thebaid.46.
Cohibere iras. Virgil.12.Aeneid.63.
Colligere iram. Horat. de Arte,33.
Commodare iras alicui. Stat,4. Thebaid.15.
Commota eſt ira tyranni. Ouid.6.Metam.110.
Comprimere iras. Seneca Medea,6.1.
Concitare iram alicui. Ouid.4.de Ponto,eleg.14,9.
Rabidâ irâ concitus. Ouid.7. Metam.83.
Condere iram. Tacit.lib.2.
Infracta conſtitit ira. Ouid.6.Metam.126.
Iram alicuius alicui contrahere. Ouid.2. Metam.132.
Coquere iras. Silius lib.7, 82.
Crudeſcunt iræ. Stat.lib.2.Thebaid,136.
Ad acres iras decurrere. Lucret.lib.3.63.
Deflagrare iras. Liu.lib.10.Decad.4.
Flendo diffundimus iram. Ouid.epiſt.8,13.
Habenas omnes irarum effudit. Virg.12.Aeneid.101.
Iram euomere in aliquem. Terent.Adelph.3.1.14.
Tacita exæſtuat ira. Ouid 6.Metam.125.
Ira deum Stygijs ſeſe extulit vndis. Virg.3.Aeneid.431



Indomitas dolor excitat iras. Virg 2. Aeneid.119.
Horribiles exercuit iras. Virg.3. Georg.
Exercent iras roſtris & vnguibus. Ouid.13. Metam.124.
Facere iram. Quint.lib.6 cap.1,11.
Finire. Ouid.11.Metam 80.
Veteres finire iras. Ouid.14.Metam.116.
Aeſtu irarum fluctuat. Virg 4.Aeneid 113.
Frænare neſcit iras. Seneca Medea,11,4.
Frangere iram. Quint lib. 6.cap 3,11.
Accenſæ non fortiter imperat iræ. Ouid.9.Metam.6.
Tumidæ non imperat iræ. Ouid. epiſt.11,3.
Truci irâ incendit pectus principis. Seneca Octau.5,9.
Stimulis haud mollibus incitat iras. Virg.11.Aeneid.146.
Inducere iras ſibi. Silius lib.1,8.
Immaniq; oculos infecerat ira Claud.de bel.Get.118.
Ingenerare iras alicui Stat.4 Theb.46.
Ira interit mora. Ouid.1. de Arte,75.
Lenire iram. Quint.lib.3.cap. 8,8.
Amor miſtus irâ. Ouid.epiſt.6,16.
Moderari iræ. Horat.1.epiſt.2,12.
Mouere iram alicuius. Seneca Octau.5,7.
Occupatus irâ. Quint.lib.4.cap.2,80.
Parcere iræ. Virg.2. Aeneid.107.
Placare iram deorum ſacris. Ouid.10 Metam.80.
Ponere iram, & Colligere contraria. Horat.de Arte,33.
Ponere iras fideliter, Ouid.6.Faſt.9.
Fræna ponere iræ Iuuen. Satyr.8,9.
Furor iraq; mentem Præcipitant. Virg.2.Aeneid.64.
Graues premit iras. Lucan.lib.2,105.
Procedunt longiùs iræ. Virg.5. Aeneid.98.
Recanduit ira. Ouid 3.Metam.142.
Receſſit. Ouid.12.Metam.8.
Remittere iras. Virg.4. Georg 107.
Reprimere iram. Ouid.1.Metam.152.
Reſidunt iræ. Ouid.1. de Arte,75.
Reſuſcitare iram poſitam. Ouid.8.Metam.95.
Satiare iram Claud de bello Gildon.8. Ouid.3.Metam.52.
Sedare iras. Lucan.lib.10,11.
Soluere. Ouid.9. Metam.55.
Subit ira. Virg.2.Aeneid.115.
Miſtâ irâ ſubridens. Virg.10. Aeneid.148.
Iræ ſunt inter Glycerium & gnatum. Terent.And.3,3.21.
Succenſi irâ Pœni. Sil.lib.1,34.
Sumere nouas iras. Ouid.2.Metam.55.
Mollit animos, & temperat iras. Virg.1.Aeneid.13.
Tenere iram. Ouid 5.Metam.84.
Vertere iram in aliquem. Horat. Epod.5,12.
Venire in iram. Liu.lib.7.Decad.4. In iram luctus vertit.
Memori te vindicat irâ Ouid. epiſt.20,2.
Vitare iram alicuius. Ouid.3.Metam.2.
¶ Iracundus. Plautus Merc.18.15,
Garruli, oſores, infenſi, iracundi.
Iracunda ſecum muſſitat Plaut.Merc 18,10.
Adriâ iracundior. Horat.3. Carm.ode 9,5.
Fulmina iracunda. Horat.1.Carm.ode 3,8.
Animus iracundus. Plaut. Bacch.14.1. Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato.
Leones iracundi. Ouid.15.Metam.18.
Mens iracunda Lucret lib.3,60.
¶ Iracundia. Suet.in Claud.Cęſare, capite 38, Iræ atque iracundiæ conſcius ſibi, vtrumque excuſauit edicto.
Iracundiæ adiutor alterius. Terent.Adelph.1.2.66.
Iracundia ſubita. Plin.lib 10.cap 43,2.
Iracundia ardere. Terent.Adelph.3.2.12.
Iracundiam omitte. Terent. Adelph.4.7.37.
Iracundiam reprimere. Terent. Adelp.5.3.8.
¶ Iracunditer: Nonius, citans Cæcilium Subdititio. Quæſo ne temerè hanc rem agas, & ne iracunditer.
¶ Iraſcor. Terent, Adelph.1.2.56,
----Rurſum Demea Iraſcere.
Celer iraſci. Horat.1.epiſt.21,5.
Implicabiliùs iraſci alicui. Tacit.lib.1.
Molliter. Propert.lib.1.eleg.5.2.
Iraſcor tibi iſtud dictum. Plaut. Merc.19,15.
Iraſci vicem alicuius. Liu.4.bel.Maced.125. Seneca lib 3.de Ira: Fugere itaque omnes debebit, quos iraturos iracundia ſciet.
Iraſcor quòd ſim euocatus. Plin. epiſt.9.lib.3.
Iraſcuntur admonitioni. Quint.lib.2.cap.7.
¶ Iratus. Mare iratum. Horat.Epod.2,2.
Ocelli irati. Ouid.2. Amor.eleg.8.3.
Sitis irata. Propert.lib.4.eleg 10,13.
Venter iratus. Horat.2.Serm.Satyr.8,1.
¶ Iratè. Colum.lib.7. cap. 12.5, Satis eſt, ſeueros eſſe, nec blandos: vt nonnunquam etiam conſeruos iratiùs intueantur, ſemper excandeſcant in exteros.

IRENARCHVS] Magiſter & princeps pacis ac diſciplinæ publicæ. Martianus in l. diuus Hadrianus ff.de cuſtod.& exhib. reor.

¶Irenarchæ (inquit Vlpian.in l. munerum ff.de muneribus & honoribus) ſunt, qui diſciplinæ publicæ & corrigendis moribus præficiuntur.

IRIS] arcus cæleſtis. Virg.9. Aeneid. 1,
Irim de cælo miſit Saturnia Iuno.

Iunonia Iris. Ouid. 14. Metam. 18.

Roſcida. Virg.4. Aeneid.140.

¶ Iri, *Vocatiuus* Virg 9 Aeneid.4. Iri decus cæli.

¶ Iris:Herba. Colum lib. 12.cap.20.1.

¶ Irinus.Irinum vnguentum.Plinius libro 13.cap.1,3.

IRNELLA] Vaſis genus in ſacris,inquit Feſtus.

IRNEVM] Placentæ genus quoddam ab Irnea: cuius poculi mentio eſt apud Plautum: vt Irnellæ apud Verrium. Scribit enim Cato in irnea eſſe indendum & in olla coquendum.

IRPICES] Genus ferreorum raſtrorũ, quod plures habet dentes, ad exſtirpandas herbas in agris. Feſtus.

IRRADIO] Illuſtro. Plaut. Faciunt quod conſueuerunt: irradiant ſalibus menſam; omnes ad riſum prouocant.

IRRASVS] Plaut. Rud.30.16, Di te ament cum irraſo capite.

Claua irraſa. Silius lib.8,117.

IRRATIONABILIS] Quint. lib.7.cap.4. Eſt equus animal; ſed irrationabile. Idem lib.8. cap. 6, Secantur hæc in plures, vt à rationali ad rationale, & idem de irrationabilibus. Sic, lib 10 cap.7.

Irrationabilis caſus. Quint.9. Declamat.

IRREDIVIVVS] Irrediuiuus pons. Catullus ad Coloniam, epig 17 1, pro irreparabili

IRREDVX] Lucan. lib. 9.82, Irreducemq; viam deſerto limite carpit Hoc eſt, à qua vix ſaluus redibit.

IRRELIGATVS] Solutus. Ouid.1.de Arte,107,
Vtq; erat è ſomno tunicâ velata recincta
Nuda pedem, croceas irrelegata comas.

IRRELIGIOSVS] Plinius epiſt.112 Sed eam reuerentiam, cum literis ipſis, tum ſcriptis tuis debeo: vt ſumere illa, niſi vacuo animo, irreligioſum putem Liu.lib.5.ab Vrbe,182.

IRREMEABILIS] Error irremeabilis. Virg 5. Aeneid. 117, de Labyrintho.

Viæ irremeabiles. Seneca Herc. furen.7,5.

Vnda irremeabilis. Virg.6. Aeneid.85.de Styge.

IRREMEDIABILIS] Plin. lib.28. cap.7.8, E quibus dixiſſe non pudeat, ſi in defectu Lunæ Soliſue congruat vis illa, irremediabilem fieri. Idem libro 25. cap.13,8.

IRREPARABILIS] Virg.3. Georg.
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

IRREPERTVS] Horat.3.Carm.ode 3.10,
Aurum irrepertum, & ſic meliùs ſitum
Quum terra celat.

IRREPO] Plin. lib.19. cap.8.5, Et ecce quum maximè cœpit irrepere. De caprina lactuca.

Irrepit ſcabies. Colum.lib.7.cap.5,4.

Irrepſit in Italia lues, Plin.lib.26.cap.1.3.

Vtilitas irrepit. Vlpian. in l. qui autem. ff.de conſtit. pecun. Qum vtilitas pignorum irrepſerit.

IRREPREHENSVS] Ouid.5.Triſt eleg.15.5,
Nam tua, dum ſtetimus, turpi ſine crimine manſit,
Et tandem probitas irreprehenſa fuit.

¶ Irreprehenſibilis Firmic.lib.1.cap.3, poſt Dictaturæ irreprehenſibiles actus, intra priuatos parietes domeſticorum inſidijs confectus eſt.

IRREQVIETVS] Plin.lib.2.cap.3.32, Aeterno & irrequieto ambitu, &c.

Bella irrequieta. Ouid.2. Triſt. 47.

Sors irrequieta. Ouid.2. Metam78.

IRRESECTVS] Horat. Epod 5.10,
Hic irreſectum ſæua dente liuido
Canidia rodens pollice.

IRRESOLVTVS] Ouid.1.de Ponto, eleg. 2.5,
At ſemel intentus neruo leuis arcus equino,
Vinculá ſemper habens irreſoluta, manet.

IRRETORTVS] Horat 2. Carm. ode 2.5.
Quiſquis ingentes oculo irretorto Spectat aceruos.

IRREVERENTER] Plin. epiſt. 38.a. Cæteri audaces, atque etiam magna ex parte adoleſcentuli, obſcuri ad declamãdum huc tranſeunt, tam irreuerenter & temerè, vt.

¶ Irreuerentia Tacit.lib.13, Quibuſdam, coalitam libertate irreuerentiam, eò prorupiſſe frementibus.

IRREVOCABILIS] Plin. epiſt.51.a, Cuius tædio ad mortem irreuocabili conſtantia decurrit.

Aetas præterita irreuocabilis. Lucret lib.1,95.

Verbum irreuocabile volat. Horat.1.epiſt.19,14.

Irreuocabile pondus anchoræ. Plin.lib.32.cap.1.1.

¶ Irreuocandus. Error irreuocandus. Claud. de bel. Get.25.



¶ Irreuocatus. Horat 2.epiſt.1.45, Quum loca iam recitata reuoluimus irreuocati,

Irreuocatus ab acti cæde. Ouidius 1.Metam.81.

IRREVOLVTVS] Martial lib 11.1.
Vadas, & redeas irreuolutus.

IRRIDEO] Terent. Heaut.5.2.29, Irrides in re tanta; neque me quicquam conſilio adiuuas?

Irridere: *pro Ridere*. Tacit.lib.1, Multum irridentibus, qui ipſi viderant.

Alij irrident alios. Lucret.lib 4.233.

¶ Irriſus. Tacit lib.4. Ad vana, & toties irriſa reuolutus.

¶ Irriſus: Verbale Plin.lib.37.cap 9.7, Quæ quidem ſcripſiſſe eos, non ſine contemptu & irriſu generis humani, arbitror. Tacit lib 1, Retinenteis centuriones irriſu, & contumelijs, poſtremò verberibus inſectantur.

Irriſui eſſe. Plin lib.22 cap 5.5.

¶ Irridicule: Infacetè. Cæſar 1. bel. Gal. 179. Quod quum fieret, non irridiculè quidam ex militibus decimæ legionis dixit, plus quàm pollicitus eſſet, Cæſarem facere.

IRRIGO] Irrigatus plagis homo. Plaut. Epid.3. 18. Plinius libro 2. cap.6.3.8, Quamque Sanguine noſtro irrigamus, inſepultis oſſibus tegimus.

Irrigare aquam in areas. Cato cap.151.2.

Genæ irrigantur aſſiduo rore. Seneca Hippol.4,5.

Sopor irrigat artus. Virg 3. Aeneid 102.

Quietem per membra irrigat Venus Aſcanio. Virg.3. Aeneid.140.

¶ Irriguus: paſſiuè. Plaut. Trin. 3. 6. Interim mores mali, quaſi herba irrigua, ſuccreuerunt vberrimè.

Campi irrigui. Lucan. lib.4,61.

Corpus irriguum mero. Horat.2 Serm. Satyr.1.2.

Hortus irriguus. Horat.2. Serm. Setyr.4.4.

Pratum irriguum. Propert. lib.1.eleg.19,8.

Irrigua fontibus terra. Plin.lib.5.cap.14.1.

Irriguus: *actiuè*. Virg lib.4. Georg.17.
----irriguumq; bibant violaria fontem. Tibul lib.2. eleg. 1.9,
Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Irrigua aquarum. Plin. lib.6.cap.26.10. Idem lib.5.cap.4.1, Diarytum à Græcis dictum, propter aquarum irrigua.

IRRISVS] Vide IRRIDEO.

IRRITO] prouoco, incito. Virg.10. Aeneid.129,
Irritaq; virum telis, & voce laceſſit. Plaut. Amph.8.73,
Irritabis crabrones. Ibidem,4.300,
Si me irritaſſis, hodie lumbifragium hinc auferes.

Irritare aliquem ad iram. Ouid.8. Metam.84.

Irritare: *quouis modo afficere.*
Segnius irritant animos demiſſa per aurem. Horat. de de Arte,49.

Exitum irritare. Tacit.lib 13.

Irritandæ ad diſcendum infantiæ gratiâ. Quint. lib. 4. cap. 1. 20.

Pocula irritantia luxum. Silius lib.13,71.

Vitia irritare vetando. Ouid.3. Amor.eleg.4,3.

¶ Irritatus: Participium. Gens irritata. Ouid.3. Metam.115.

Voluptas. Ouid.2. de Arte,137.

Irritatus, *pro Irato*. Terent Phorm. Ita ſum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum inſtituere.

¶ Irritatus: Nomen ex participio. Gellius libro vlt. cap. vlt. Quo fit quorundam maledicorum hominum ſæuitas & inuidentia irritatior.

¶ Irritatio: Accenſio. Liuius 1.bel. Maced.46, Et irritatio animorum ea prima fuit.

Irritatio, *pro Cupiditate* Seneca in Conſol. ad Albinam: Inuenio, qui dicant naturalem quendam ineſſe animis irritationem commutandi ſedes, & transferendi domicilia.

¶ Irritabilis. Genus irritabile vatum. Horat.2.epiſt.2 21.

¶ Irritamen. Ouid.12. Metam.21,
Quum ſua terribili petit irritamina cornu.

Amoris irritamen. Ouid.9. Metam 27.

Opes, animi irritamen auari. Ouid.13. Metam.88.

¶ Irritamentum. Plinius libro quinto, capite nono, decimo. Subinde inſulis impactus, totidem incitatus irritamentis poſtremò.

Irritamentum certaminum. Liu.10.bel. Pun.46. Et 9 ab Vrbe, 122, Paruum fuit irritamentum.

Opes, irritamenta malorum. Ouid.1. Metam.29.

Veneris irritamentum. Iuuen. Satyr.11.17.

IRRITVS] Terentius Phorm. 5.8.58,
Quod dictum, indictum eſt: quod modò erat ratum, irritum eſt.

Dicere irrita. Ouid.11. Metam.8.

Labor irritus anni. Ouid.1. Metam.55.

Lingua irrita. Propert. lib.3.eleg.13.14.

Irritæ preces. Plinius in Paneg. 42. Irritæ pœnæ. Plinius lib. 2.cap.7.10.

Promiſſa irrita linquens. Catull.
Spes irrita. Stat. 10. Thebaid, 9.
Irritus ſpei. Curtius lib. 6.
Ad irritum cadit ſpes. Liu. 2. ab Vrbe, 23.
Tela irrita. Virg. 1. Aeneid. 147.
Verba. Ouid 1. de Remed. amor. 59.
Veſtigia. Virgilius 4. eclog. 3.
Legationis irritus redijt. Tacit. lib. 20.
IRROBORO] Robur augeo. Gellius lib. 2. cap. 22, Irroborauit, inueterauitq; falſa atque aliena verbi ſignificatio.
IRROGO] Infligo.
Infamiam irrogare. Papin. in l. ex ea. ff. de poſtulando.
Mortem alicui. Tacit. lib. 4.
Mulctam. Plin. Non modò culpam omnem, ſed etiam mulctam irrogauit.
Pœnam. Quint lib. 6. cap. 5.
Pœnam peccatis. Horat. 1. Serm. Satyr. 3, 24.
Pœnas ſibijpſi. Senec. Herc. Oeth. 7, 32.
Tributum. Plinius in Paneg. 59.
Irrogare labori. Quint. lib. 10 cap. 3.
¶ Irrogatus. Tacit lib. 13, Exiliumq; accuſatori irrogatum, & tabulæ exuſtæ ſunt.
IRRORO] madefacio. Colum. lib 12. cap. 22, Noctibus autem labrum operire coueniet, ne irroretur. Sic. lib. 9. c. 14, 8.
Irroratis floribus. Ouid. Metam. 1.
Inde vbi libatos irrorauère liquores Veſtibus.
Ter caput irrorat. Ouid. 4 Faſt. 63.
Crinem irrorauit aquis. Ouid. 7. Metam. 38.
Somnus irrorat quietem oculis. Silius lib. 10, 72.
IRRVBEO, vel IRRVBESCO] Stat. 9. Thebaid. 130.
----irrubuit cœli plaga ſidere miſto.
Ignis irrubuit mihi vultibus. Stat. 5. Syl. 3, 7.
IRRVCTO] Ructum emitto. Plaut. Pſeud. 23. 9,
Quid tu (malùm) ergo in os mihi
Ebrius irructas?
IRRVGO] Rugas contraho. Gellius lib. 12. cap. 1. Ne æquor illud ventis irrugetur.
IRRVMO] tanquam mamillam ori alterius inſero. Mart. lib. 2. epigr. 47,
Quæ faciat, duo ſunt: irrumat, aut futuit.
¶ Irrumatus. Mart lib. 2. Epigr. 70,
Vndis ne fouearis irrumatis.
¶ Irrumator. Iulius Firmicus lib. 8. cap. 29.
¶ Irrumatio. Catullus epig. 18. ad Aurelium:
Tangam te priùs irrumatione.
IRRVMPO] Terentius Eunuch. 5. 6. 26,
Ceſſo huc intrò irrumpere?
Irrumpere in. Cæſ. 4. bel. Gal. 109, In caſtra irruperunt.
In pectora irrumpat. Quint. lib. 2 cap 5, 6.
Ad aliquid irrumpere. Quint lib. 2 cap. 1, 3.
Fama irrupit animos populi. Lucan. lib. 1, 93.
Fores irrumpere. Lucan. lib 5, 26.
Limina domus irrumpit. Virgilius 4. Aeneid. 129.
Irrumpere oppidum. Cæſar 1. bel. Ciuil. 109. Plinius lib. 35, Hoſtilius Mancinus, qui primus Carthagine irruperat.
Portas irrumpere apertas. Ouid. 15. Metam. 120.
Portas irrupêre patentes. Virg. 11. Aeneid. 176.
¶ Irrumpens. Irrumpens ventus. Plin. lib. 11, cap. 24, 4.
Fluuius. Plinius libro 3. cap 1. 11.
¶ Irruptus: Non ruptus Horat. lib. 1. Carm. ode 13,
Quos irrupta tenet copula.
¶ Irruptio Impetus.
Irruptionem facere in popinam. Plautus Pœnulo, 2. 42.
IRRVO] Plautus Amphit 4. 89,
Illicò equites iubet dexterâ irruere. Terent. Adel. 1. 2. 8,
Fores effregit, atque in ædeis irruit Alienas.
Irruimus ferro. Virg. 3. Aeneid. 45.
IRRVPTVS] Vide IRRVMPO.
IRTIOLA] Genus vitis. Col. lib. 3. cap. 2, 17.

I S

Is] Pronomen Terent. Adelph. 1. 1. 15,
—is adeò Diſſimili ſtudio eſt iam inde ab adoleſcentia.
Is eſt: *Idem*. Eunuch 3 4. 8,
Quiſnam hinc à Thaide exit? is eſt. an non eſt? ipſus eſt.
Is, *pro Qui*. Terent. And 1. 3. 17,
—fuit olim quidam ſenex
Mercator: nauem is fregit apud Andrum inſulam.
Ea ætate ſum, vt non ſit peccato mihi ignoſci æquum. Terentius Hecyra, 5. 1, 10. Liuius lib. 10. Magis credo, quàm Quintum Fabium ea ætate, atque ijs honoribus, Valerio ſubiectum.
Eo pacto. Terent. And. 1. 1. 22,
Eo pacto & gnati vitã ſcis, & conſilium meũ cognoſces.
¶ Iibus, *pro Iis*. Plautus Curcul. 10, 20, Eodem hercle vos pono & paro: pariſſumi eſtis ijbus.
¶ Eapſe: *pro, Ea ipſa*. Plaut. Ciſt. 3. 16,



Puerum aut puellam alicunde vt reperirem ſibi,
Recens natum: eapſe quod ſibi ſupponeret.
¶ Id: *neutrum*. Terent. Adelph. 1. 1. 24, In eo me oblecto: ſolum id eſt charum mihi.
Id: *Ob id*. Terent. And 2. 4. 2,
Si id ſuccenſeat nunc, quia nõ det tibi vxorem Chremes.
Id: *pro Hoc*. Terent 4. 4. 57, Id modò dic, abiſſe Dorum.
Id, *pro, Per id*. Terent. Adelph. 5. 9. 19,
Vt id oſtenderim, quòd te iſti facilem & feſtiuum putãt,
Id non fieri ex vera vita, neq; adeò ex æquo & bono.
Id ætatis. Plaut. Aſin 3. 37,
Neque puduit eum id ætatis ſycophantias ſtruere.
Id authoritatis. Tacitus lib. 12, Romanorum nemo id authoritatis aderat.
Id honoris. Tacit. lib. 16, Poſtquam id honoris indicibus, tanquam promptum ad cædes principem accepit.
Id locorum: Interea loci. Plaut. Pœn. 3. 16, Poſt id locorum tu mihi amanti ignoſcito.
Ad id locorum pro in eo loco Liu. 2 bel. Pun. 162.
Ad id locorum: pro, Vſque ad id tempus Salluſt. de Mario.
Id ſolitudinis repentè erat. Tacit. lib. 11.
Id virium eſt mihi. Tacit. lib. 13.
Id actutum: id aliquid. Plaut. Amphit. 6. 32,
Redibo actutum. A. id actutum diu eſt. Terentius And 2. 1. 6,
Interea fiet aliquid ſpero. B. Id aliquid nihil eſt.
Id curat ſcilicet: *Ironicè dictum*. Terent. And. 1. 2. 14.
Id eſt profectò, id amice dabitur. Terent. Heaut. 4. 8. 16.
Id genus hominum eſt peſſimum. Terent. And 4. 1. 4.
¶ Id ipſum. Sueton in Nerone, cap. 24, Quamuis id ipſum in rege Mithridate carmine quodam ſuo reprehendiſſet.
Id quod. Liuius: Id quod ex monumentis patet.
Id quod res eſt cogito. Terent. Adelph. 2. 1. 52.
Id verò: pro, Id certè. Terent. Eunuch. 5. 4. 8,
Id vero eſt quod mihi puto palmarium.
ISATIS] Genus lactucę in ſyluis naſcẽs. Plin. lib. 20. cap. 7, 2.
ISCHIA] coxendix. Vnde, qui coxendice laborant, Iſchiadici dicuntur. Plin lib. 3. cap. 6. 11, Mox aquam bibere catillo, Mirè id prodeſſe iſchiadicis affirmantes.
¶ Iſchias, vel Iſchiadicus dolor Plinius lib. 27. cap. 5. 2, Bibitur propter iſchiada & ſtranguriam è vino. Iſchiadicos dolores & ſpinæ leuat agaricum potum. Idem lib. 26 c. 7.
¶ Iſchiacus: Qui iſchiade laborat. Cato cap. 123, Vinum ad Iſchiacos ſic facito. De iunipero.
ISITIVM] Macrob. lib 7. Saturn cap. 8, Dicas quæſo, quæ cauſa difficile digeſtu facit iſitium. Iſitium (ait Beroaldus in lib. 8. Aſini aurei) eſt pulmenti genus, ex inſectis & minutatim tritis carnibus confectum.
ISOCINAMON] Herba, quæ & Daphnois dicitur. Plinius libro 12. cap. 20.
ISTE] Terentius Eunuch. 4. 4. 44,
Mirum, ni tu credas, quod iſte dicat.
¶ Iſtuc, pro iſtud. Terent. Heaut. 1. 1. 58,
Ego iſtuc ætatis non amori operam dabam. Idem And. 2. 2 11,
Iſtuc ipſum. D. atque iſtuc ipſum nihil pericli eſt.
¶ Iſta: pro Hæc. Quint. lib. 11. cap. 1 Nos inſtitutionem profeſſi, nõ ſolùm ſcientibus iſta, ſed etiã diſcentib. tradimus.
¶ Iſte, *demonſtratiuum* Col. lib. 9. cap. 14, Notior eſt iſta verè agricolis concepta opinio.
¶ Iſtò: ad locum. Plinius epiſt. 50 b, Deſtino enim, ſi tamen officij ratio permiſerit excurrere iſtò.
¶ Iſtic: Iſte hic. Terent Heaut. 3. 3. 1,
Quid iſtuc quæſo? qui iſtic mos eſt Clitipho?
Iſtac facie: iſtac lege. Plaut. Rud. 9. 11,
Nullum iſtac facie, vt prædicas, veniſſe huc, ſcimus.
Idem Trinum. 17. 37,
Iſtac lege filiam tuam ſponden' mihi?
Iſtæc res eſt, Plaut. Mercat. 9. 25.
Iſtoc modo. Plaut. Trucul. 4. 57. Terent. Heaut. 4. 3. 35,
At enim ſpem iſtoc pacto rurſum nuptiarũ omnẽ eripis.
Iſtoc vilius. Terent. Adelph. 5. 9. 24,
Reddet tibi citò. M. Iſtoc vilius.
Iſtunc ipſum Terentius Eunuch. 2. 3. 66.
Iſtic, *pro Iſte*. Plaut. Amphit 15, 69,
Iſtic iamdudum mihi maxima memorauit mira.
Tu iſtic: *Tu ipſe* Plaut. Amphit. 7. 18,
Tu iſtic vbi bibiſti?
Iſtace Cato. cap. 132. Macte iſtace dape pollucenda eſto.
¶ Iſtuccine. Terentius Eunuch. 5. 1. 13.
Iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi?
¶ Iſtiuſmodi Plaut. Moſtel. 9. 50. Terent. Heaut. 2. 4. 7,
Et nos eſſe iſtiuſmodi, & nos non eſſe, haud mirabile eſt.
Iſtius modi, *diſiunctim*. Plaut. Trinum. 8. 115,
Detrudi maleficos æquum videtur, qui quidem iſtius ſint modi.

¶ Iſtic:

¶ Iſtic:in loco. Terent Eunuch.4.6 27,

Omitte: iam iſtic adero.

Iſtic. *In iſto negotio*. Terent. And.2 5.9,

Neque iſtic,neq; alibi,tibi vſquam erit in me mora.

Iſtic ſum: *id eſt, audio*. Terent. Hecyra, 1.1.39.

¶ Iſtôc. Ab iſto loco. Terent. Adelph.2.1.13,

----accede illuc Parmeno;

Nimium iſtôc abiſti.

¶ Iſtâc: per locum. Terent. Heaut.3.3.27.

Ambulato iſtâc, iſtorſum, quò vis.

¶ Iſtorſum: Verſus eum locum Terent Phorm.5.1.14,

Concede hinc à foribus paululum iſtorſum, ſodes Sophrona.

I T

ITA] Terent And.5.2.8,

--quid iſtic tibi negotij eſt? c. mihin'? s. ita.

Ita Dauus. Horat. 2. Serm. Satyr.7.1,

Dauuſne? ita Dauus. Sub. eſt.

Ita eſt: reſpondentis particula Terent Eunuch.1.2.44,

Nam hic quoque bonam magnamque partem ad tè attulit. T. Ita eſt.

Ita eſt, ſentio. Plaut. Pſeud. 7,51.

Ita eſt Plin.lib.13.cap.3,3. Vtinamq; dicere poſſemus quis primus inſtituiſſet. Ita eſt: nimirum hac mercede corruptæ terrarum orbem deuicere aquilæ Item, lib.7.cap 40.3, Ita eſt profectò; alius de alio indicat dies, & tamen ſupremus de omnibus.

Ita res eſt. Terent Heaut.1.1.106. Idem, And.3.1,1,

Ita pol quidem res eſt, vt dixit Lesbia.

Ita dico. Plaut. Pſeud 10.45.

Tuus herus? H. ita dico. B. miles? H. ita loquor. Plautus Moſtel.13.8.

Herus hic noſter potat. T. herus hic veſter potat? D. ita loquor.

Ita loquor. Plaut. Aulul. 31. 22, Soleo hercle ego nugas Garrire ita loquor.

Ita enimuerò. Plaut. Amphit.4.259, Quid, domum noſtrā? s. ita enimuerò.

Ita inquam. Plaut. Amphit.4.208,

Hæccine tua domus eſt? s. ita inquam.

Ita profectò. Plaut Amphit.4.216.

Ita verò. Plaut. Menæch.24.38,

Quid ais tu? Menęchmum, opinor, te vocari dixeras. M. Ita verò.

Ita aiunt: Ita prædicant. Terentius Heauton.48.13. Idem, And.5 5.4.

Ita eſt homo. Terent. Adelph.1.2.63.

Ita veſtra eſt benignitas. Plaut Pœnul.9.30.

Ita ingenio fuit. Terent. Phorm.13.20.

Ita plerique ingenio ſumus omnes: noſtri noſmet pœnitet Plaut. Stich.15,3.

Ita natio eſt hominum. Plaut. Menæch.7,33.

Ita pars libertinorum eſt: niſi patrono officit, non ſatis gratus eſt. Plaut. Perſa,13.59.

Ita eſt amor. Plaut. Trinum.10.42,

Ita eſt amor, baliſta vt iacitur; nihil ſic celere eſt, neque volat.

Ita animatus fui, vt te hoc donarem. Plaut. Amphit.8.129.

Alij ſunt ita, vt in rem eſſe ducūt ſuam. Plaut. Menæh.21.13.

Ita faciam. Terent. Eunuch.3.2.51. Ibidem, 1.2.108,

Ita facere certum eſt: mos gerundus eſt Thaidi.

Ita res erat, faciundum fuit. Terent. Eunuch 1.18.

Ita negotium eſt Plaut. Perſa,18.11. Terent. And.4.2.32,

Ita opus eſt facto.

Ita iudices, ne. Plaut. Curcul.15 26. Terent Heaut.4.5.35,

Ita tu iſtæc tua miſceto, ne me admiſceas.

Ita inſtas, quaſi pro noxio Plaut. Mercat. 5.26.

Ita me deus amet. Terentius Eunuch.3.2.21,

Ita me di ament, honeſtus eſt Ibidem,4 1.1.

Ita me di amabunt, vt nunc Menedemi vicem

Miſeret me! Terent Heaut.4.5.1.

Ita te amabat Iuppiter, Vt tu neſcis. Plaut. Aulus.17,31.

Ita me Venus amet, vt ego te hoc triduum nunquam ſinā. Plautus Curc. 4.53.

Ita me ſeruet Iuppiter, vt propior illi, quàm ego ſum ac tu, nemo eſt Plaut Amphit.

Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me atque hoc natus es. Terent. Heaut. .4.7.

Ita verò me amabit Iuppiter, vxor, vt ego illud nunquam dixi. Plaut. Mercat.16,22.

Ita ſpero quidem Terent. And. 1.5.63.

Ita quæſo Terent. Heaut.5.1.96,

Continuò hic adero. M. ita quæſo.

Ita non. Terent. Heaut 3.2.13,

Ita non, vt olim, ſed vti nunc ſanè bona.

Ita nunc viget mos: ita nunc ſeruitium eſt. Plaut. Curc.7.21.



Ita nunc nihilominus. Plaut. Pœnul.4.141,

Dum te exſpecto, neq; vſquā aliam mihi paraui copiam,

Neq; iſtuc vſquam apparet, ita nunc nihilominus ſeruio.

Non ita. Terent. in Prolog. And. 11. Non ita diſſimili ſunt argumento.

----ita

Subitò eſt properè quòd cum cōuentum volo. Plaut. Trinum. 17,49.

Ita res ſubita eſt. Plaut. Curcul 7,15.

Ita: *pro In tantum, vel vſque adeò*. Terentius And.2.3 6.

Ita, poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus, cura confectus ſtupet.

Ita vt Colum.lib 4 cap 2.2. Quòd mergi mox facilè radicantur, ita vt quæque vitis ſuis, &c.

Ita magnæ, vt ſperem poſſe auelli. Terentius And.3.3.22.

Ita vt fit Terent. Eunuch.4 2 2.

Ita vt ingenium eſt omniū hominum. Terent. And.1.1.50.

Ita, vt ſi eſſet filia. Terent. Eunuch. 1.2.37.

¶ Itane: *Sciſcitantis*. Terentius Eunuch 5.9.21,

Quoduis donum & præmium à me optato; id optatum feres, G. Itane?

Itane: *Commiſerantis*. Terent. And.4.5.8,

----ſaluos ſis Crito.

C. Itane Chryſis? hem.

Itáne: *indignantis* Terentius And 1.2.12,

O' Daue, itane contemnor abs te? Idem And.1.5.8,

Itane obſtinate operam dat, vt me à Glycerio miſerum abſtrahat?

Itane verò? Terent. And.5 4 23.

¶ Itaque. Liu.8.bel. Pun 66. Idem lib. 3. Itaque ergo vt Magiſtratu abiere, à Sp. Tarpeio & Aeternio dicta dies eſt Conſulibus, Idem. lib.9 Decad.4.

Itaque, gemina dictio: pro, & ita Terent. And.3 3 19,

Imò ita volo, itaq; poſtulo vt fiat. Idem Eunuch.2.3.25,

—reddunt curaturā iunceas:

Itaque ergo amantur.

ITEM] Autem Plaut. Aulul.7 50,

Venit hoc mihi in mētē, Megadore, te eſſe hominē diuitē, Factioſum; me item eſſe hominem pauperum pauperrimum.

Item: *Similiter*. Plaut. Trucul 539. Terent. Phorm 2.3.66,

Itane tandem quæſo; ciuem item vt meretricem, vbi abuſus ſis.

Mercedem dare lex iubet ei, atque amittere? Idem And. 3 1.62, —item alio die Quærebam.

ITER] Lucretius lib.5.131,

Concuſſos itere, & labefactos aere mul o.

Iter, (inquit Modeſtinus in l. inter actum. ff de Seruitio ruſticorum prædiorum) quo quis pedes vel eques commeare poteſt.

¶ Itiner. Varro: Exſpectant itiner longo ſermone leuare. Plaut. Merc.22.72.

Inceptum hoc itiner perficere exſequar. Lucan.lib.6.68.

¶ Iter, *de mari etiam dicitur*. Terent. Hecyra,3.4.1,

Ain' tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter?

S. Non hercle, Parmeno, verbis dici poteſt.

Tantum, quàm re ipſa nauigare incommodum eſt.

Iter diei. Liu.5. bel Pun 78, Qui nuntiarent, duos Coſſ. ad Beneuentum eſſe, diei iter à Capua.

Ambiguum iter. Perſ. Satyr.5.4.

Amœnum ac molle. Quint. lib 4. cap.2,34.

Cæcum. Ouid.10. Metam.91.

Clauſum vetito Seneca Hercul furen.4,16.

Commodum. Colum.lib 1.cap.3.

Durum Valer.1. Argonaut.115.

Parùm fœlix. Ouid epiſt 20,15.

Flexum. Lucret lib.4,19.

Flexuoſum. Celſ.lib 8. cap 1.

Imperuia itinera. Tacit.lib 3.

Infeſtum iter viæ Lucret. lib.5.226.

Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos. Virgil. 6. Aeneid. 4.

Interrupta & imperuia itinera. Tacit.lib.3.

Iter irremeabile. Claud.2. in Eutrop.82.

Leue Ouid.in Ibin,124.

Modeſtum. Plinius in epiſtol.

Molle Quintil.lib.4.cap 2,214.

Nōctiuagum. Valer 2 Argon.9.

Patens. Horat.3. Carm.ode 16,2.

Peruium cunctis. Seneca Octau.7,6.

Secretum. Horat.1. epiſt 19,22.

Tenebricoſum Catul dè Paſſere Lesbiæ.3.3.

Tutum & potens. Horat.3. Carm.ode 16.2,

Agere iter in rectum. Ouid Metam.2 4.

Agere longum iter. Plin.lib 8.cap 42.7.

Altiùs egit iter. Ouid.8. Metam.45. de Icaro.

Longum iter carpere. Horat.1.Serm. Satyr.5.19.
Supremum carpere iter. Mori.Horat.2.Carm.ode 17,3.
Celare maximis itineribus. Tacit.lib.20.
Claudere iter alicui.Ouid.8.Metam.110.
Conuertit iter ad vrbem. Lucan lib.3,75.
Tutum iter currit claſſis.Virg.5.Aeneid.171.
Rapidum iter deflectis.Lucan lib.3.68.
Dimittere iter cœptum.Ouid.2 Metam.59.
Dirigere nauis iter.Ouid.1.Faſt.1.
Doctus iter melius. Horat. de Arte,14.
In fraudem ducebat iter. Silius lib.5 9.
Effectum iam eſt iter. Ouid.6.Metam.104.
Emenſi iter. Virg.7.Aeneid.33.
Expedire iter. Liu lib.8. Decad.4.
Iter facere vehiculis.Plin. epiſt.234.
Ferre iter per medium mare.Virg.7.Aeneid.162.
Impauidum iter ferre.Stat.1.Thebaid.65.
Flectere iter.Virg.7.Aeneid.7.
Frangere.Stat.12. Thebaid.47.
Impedire. Ouid.epiſt.20,15.
Incedere itineri & prælio. Tacit. lib.1.
Ingredi iter. Quint.lib.3.cap.1,5.
Inſtaurabat iter ad Argos. Stat.2. Thebaid.149.
Moliri.Seneca Oedip.13,4.
Latum pandit iter.Seneca Herc.fur.9,10.
Solenne iter parare. Claud 2. in Eutrop.20.
Inceptum iter peragunt.Virg.6.Aeneid.77.
Propoſitum peragunt iter.Horat.2.Serm. Satyr.6,20.
Præcipere iter.Liuius lib.3.Decad.1,Dum præciperent iter, nuntij miſſi in caſtra,hoc eſt, antè caperent.
Vnda præcluſerat iter.Ouid.14. Metam.158.
Prætentare iter corniculis. Plin.lib.9 cap.32.
Continuum die noctuq; iter properabat. Tacit.lib.15.
Radit iter liquidum. Virg.5. Aeneid.44.
Iter nos raptat ad oſtia ponti. Valer. 2. Argon.116.
Remenſus iter feſſo gradu.Stat.3. Thebaid.65.
Remorari iter alicuius. Ouid 11.Metam.47.
Repetere iter.Ouid.3.de Arte,149.
Cœptum iter rumpere.Ouid.3. Amor.eleg.5,18.
Inſtitutum iter rumpere.Horat.3.Carm. ode 27,1.
Puppis ſoluit iter.Stat.5. Sylu.1.49.
Stratum militari labore iter. Quint.lib.2.cap.13.11.
Per inſidias iter eſt. Ouid.2.Metam.16.
Tendebat iter ad naues.Virg.1.Aeneid.75.& 173.
Medium tenebat iter claſſe. Virg.5.Aeneid.1.
Vertere iter aliquò.Virg.5.Aeneid.5.
Vertere iter à portu,Ouid.in Ibin,124,
Veſtigare iter.Stat.11. Thebaid.28.
Vicit iter durum pietas.Virg.6.Aeneid.138.
¶ Iter: *pro Incepto & inſtituto.*
Recto itinere lapſi plerunq; diuertũt. Quint.lib.2 cap.3,7.
Itinera, *pro Meatibus.* Colum. lib.8. cap.27.2, Itineraque, ſi loci natura permittit, omni lateri piſcinæ dari conuenit.
Iter pronum ad honores.Plinius libro octauo,ad Fabatum epiſtol. 163.
Manifeſtum iter ad ingenij lumen oſtendit. Quintilian.in Procem.lib.1,6.
Fortuna ſalutis monſtrat iter.Virg.2. Aeneid.78.
Decliue iter ſenectæ.Ouid.15 Metam.46.
Vocis iter habere.Ouid.2.Metam.167.
Vrinæ iter.Celſus lib.7.cap. 25.& 26.
Facere iter ſceleri Ouid.13.Metam.22.
Pergere iter ambitione ac periculis vacuum.Tacit.lib.4.
¶ Itero. Rurſus aliquid ago. Plaut. 5. 153, Nolo bis iterare: ſat ſic longæ fiunt fabulæ.Liu.6.ab Vrbe, 127, Reſiſtere, atque iterare pugnam iubet. Colum. libro 8. cap.8.2,iterare dicta.
Aequora iterare.Horatius lib.1. Carm.ode 7,6.pro Iterum nauigare.
Fortuna triſti clade iterabitur. Horat.3. Carm. ode 3,13.
Curſus iterare. Horat.1. Carm.ode 34,1.
Vitam morte.Plin.lib.7.cap.55,3.
Vulnera iterata fixi.Stat.1.Sylu 2,17.
Iteratu ridiculum.Plaut.Caſin.22,6.
Iterare campum: pro, Iterum arare. Colum. lib 12.cap.4, Colles pinguis ſoli, &c. Februario ſtatim proſcindendi ſunt deinde, de Aprili medio vſque in ſolſtitium,iterandi tertiandique. Sic Plin lib. 18.cap 19,4.
Iterare, *pro Ire.* Gellius lib. 3. cap 18, Sed eos Senatores,inquit,qui magiſtratum curulem nondum ceperant, pedibus iterauiſſe in curiam.
¶ Iteratio: Repetitio. Quint.lib.4.cap.2.32, Nam iterationes quidem, quas in narratione euitandas quidam ſcriptores artium tradiderunt, tranſeo.
Iteratio: *Arationis genus.* Plin.lib.18. cap.20.1, Aratione per tranſuerſum iterata, occatio ſequitur:vbi res poſcit, crate vel raſtro,& ſato ſemine iteratio.
Iteratio: *Oleum ſecundæ preſſuræ.* Colum.lib.12.cap.50,Nam plurimum refert, non miſcere iterationem; multoq; minùs tertiationem cum prima preſſura.
¶ Iteratò: Vlpian.in l.qui bonis.ff. de ceſſione bonorum.
ITERVM] rurſus, denuò. Plaut. Pœnulo,16,114. Iterum mihi natus videor,quòd te repperi.
Iterum pro Secundò. Plin. lib. de Viris illuſtribus 27, Iterum,& tertiò Conſul, multa domi militiæq; geſſit.
Iterum ac ſæpius. Plin.lib.10.cap.12,1.
Iterum atque iterum fragor intonat ingens. Virgilius 8. Aeneid. 108.
Iterumq; iterumq; monebo. Virg.8. Aeneid.87.
ITIDEM] Similiter. Terent. Eunuch.2.2 4,

Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona.

Itidem vt.Terent.Eunuch.1.2.13.

Aut hoc tibi doleret itidem,vt mihi dolet. Idem Hecyra, 5.4.25, Placet non fieri hoc itidem, vt in comœdijs.

Itidem quaſi Plaut Moſtel.4.120.Idem Trucul.3.14,

----quaſi in piſcinam
Rete qui iaculum parat, &c. Itidem eſt amator.
Imprudens itidem & ſæpe iam in multis locis
Plus inſciens quis fecit, quàm prudens boni. Plautus Capt.2, 44.

ITIO, ITO, ITVS] Vide Eo.

I V

IVBA] Crines animalium à collo pendentes. Cæſar 1. bell. Gall.111.Iubis equorum ſubleuati.
Iuba leonis.Plin.lib.8.cap 16,1.
Iubæ gallinaceorum: pro Plumis. Colum.lib.8.cap 2 Iubæ deinde variæ,vel ex auro flauæ,per colla ceruicesq; in humeros diffuſæ.
Denſa iuba Virg.1. Georg. 17.
Dextræ iubæ Ouid 2. Metam.67.
Effuſa iuba Ouid.2 Amor.eleg.4.4.
Equinæ iubæ. Ouid 12.Metam.18.
Rutila iuba.Catul de Berecynthia.
Sanguineæ iubæ anguium. Virg.2.Aeneid.42.
Triplici iubâ crinita galea.Virg 7.Aeneid.157.
Effundere iubam.Virg 3. Georg.18.
Iuba fuſa. Martial lib.1,115.
¶ Iubatus. Iubati angues. Plautus Amphit.17,58.
Fera iubata. Seneca Hercul furen.13,16.
Leo iubatus.Seneca Thyeſt.8,22.
IVBAR] Virgil 4.Aeneid.26.

It portis iubare exorto.

Iubar: *pro ſplendore lucis.* Ouid.1.Faſt.16,

Et tremulum ſummâ ſpargit in æde iubar,

Ardens iubar.Seneca Octau.5,2.
Criſtatum iubar galeæ Stat.3. Thebaid.45.
Flammeum. Seneca Troad.6,8.
Nitidum.Ouid.15.
Rubrum. Lucret.lib.4,82.
Iubar, *ad hominu maieſtatem transfertur.* Claud. 2. in Ruffin. 29, Per fratris regale iubar.
IVBEO] Particip.Terentius Eunuch.2.3.97,

Iubéſne? Ch. iubeo,cogo, atque impero.

Iubeo dare. Terent.And.3.2.4,

Quod iuſſi ei dare bibere, & quantum imperaui,
Date.

Campos iubet eſſe patentes. Virg.5.Aeneid.110.
Pauperies iubet quiduis & facere & pati. Horat. 3. Carm. ode 24 9
Silentia iuſſit dextra. Lucan. lib.1.61.
Iubeo te.Plaut.Aulul 4.19,

Aut ſi reſpexis,donec ego te iuſſero.

Iubet ſententiam vt dicant ſuam. Plaut. Amphit.4.51.
¶ Iubere: *Decernere.* Liu.7.bel Maced. Senatus eam pacem ſeruandam cenſuit, & paucos poſt dies populus iuſſit.Liuius 3.ab Vrbe, Id modò excepère Patres, ne poſtea coſdem Tribunos iuberent.
Iubere bella. Lucan.lib 8,133.
Claſſica.Lucan.lib.2,106.
¶ Iubere: *Velle* Terentius Eunuch.4.7.20,

Qui ſcis,an,quæ iubeam, ſine vi faciat?

Iubeo te ſaluere Plautus Aſin.7.30. Terent.And.3.3.1. Iubeo Chremetem Subaudi, ſaluere. Horatius primo, epiſtol.10.1,

Fuſcum ſaluere iubemus.

Iubeto habere animum bonum. Plaut.Perſa.
Iuberi ire ſalutatum.Mart.lib.1.66.Vlpianus in l.quoties.§. ſeruus ff De hæred.inſtit. Iuberi adire ab eo poteſt,cui alienatus eſt.
¶ Iuſſitur.Cato cap.14.1, Parietes omnes, vti iuſſitur, calce & cæmentis, &c.

¶ Iuſſus.

¶ Iuſſus: Participium. Martial.lib.1 117,
Amiſſum non fl‹e›t, quum ſola eſt, Gellia patrem:
Si quis ad‹e›ſt, iuſſæ proſiliunt lachrymæ Liuius 2.ab Vrbe, 20, Sed alijs alio itinere iuſſis certo tempore ad regiam ven‹i›re paſtoribus.
Fames iuſſa ſeruire. Lucan.lib.1,65.
Fuga iuſſa. Ouid.4.Triſt.eleg.9,18.
Labores iuſſi Ouid.9. Metam.5.
¶ Iuſſus: Verbale. Plaut. Amphit.3. 19, Iouis iuſſu venio.
¶ Iuſſum Plaut. Curcul.7.50,
Poſtquam ſum tuo iuſſo profectus, perueni in Cariam. Virg.8 eclog.3.
----accipe iuſſis
Carmina cœpta tuis.
Dura iuſſa. Ouid.7. Metam.3.
Fera iuſſa imperij mei. Ouid.2.de Remed.amor,20.
Horrida. Virg.4.Aeneid.76.
Ingentia. Virg.7.Aeneid.48.
Haud mollia. Virg.3 Georg.8.
Regalia. Valer 1.Argon.5.
Sæuiſſima. Valer.3.Argon.10.
Capeſſere. Virg.1.Aeneid.17.
Exſequi iuſſa alicuius. Virg.4.Aeneid.80.
Exſuere. Tacit.lib.11. Ac ne iuſſa exuerent,
Facere. Virg.1.Aeneid.62.
Faceſſere. Virg.4 Aeneid.40.
Flectere. Virg.10.Aeneid.7.
Obtemperare iuſſis magiſtri. Ouid.4. Triſt.eleg.5,9.
Parare iuſſa. Virg.4.Aeneid.101.
Pati iuſſa aliena. Virg.1.Aeneid.171.
Patrare. Tacit.lib.20.
Peragere. Ouid.2.Metam.84.
Reſcindere. Ouid.2.Metam.136.
IVBILVM] Silius lib.14.105,
Et lætis ſcopulis audiuit iubila Cyclops.
¶ Iubilo: ruſticâ voce inclamo. inquit Feſtus.
IVCVNDVS] Auræ iucundæ Zephyri. Catul. ad ſeipſum, epigr.451.
Error iucundus. Ouid.3.de Arte.145.
Ioci iucundi. Ouid.2. de Ponto, eleg.4,2.
Lumen iucundum cæli. Virg.6.Aeneid.63.
Munera iucunda. Catul. de coma Berenicis, epigr.61,17.
Iucundus odor. Plin.lib.12.cap.4,3.
Iucundus ſapor: apud eundem lib 10.cap.60,2.
Paupertas iucunda. Tibul lib.3.eleg.3,5.
Quies iucunda. Propert.lib 1 eleg.10,1.
In rebus iucundis viue beatus. Horat.2. Serm.Satyr.6,20.
Tempus iucundum agere. Ouid.3. Triſt eleg.3,6.
Viam iucundam efficere alicui. Ouidius 2. de Ponto, eleg. 10,7.
Vita iucunda Horat Epod.1.2.
Vita mihi iucundior. Catul. Argon.59,43.
Voluptas iucunda. Lucret.lib.2,1.
¶ Iucunditas. Vocis iucunditas, ac claritas. Quintilianus in Procem. lib.6,10.
Permulcere iucunditate Quint.lib. 2 cap.5,6.
¶ Iucundè. Curare corpora iucundè. Lucret.lib.2,7.
Iucundè o‹l›ere. Plin.lib.31.cap.3.7.
IVDEX] Vide IVDICO.
IVDICO] Breuiter & dilucidè iudicare. Quintilianus lib.4. cap.1, 23.
Cominus iudicari. Plin.lib.11.cap.42,1.
Iudicare animo ſuo. Terent. Adelph.5.6.4.
Iudicare aliquem ex ingenio aliorum. Terentius Eunuch. 1.2.118.
Iudicare de aliquo grauius. Cæſar.
Iudicare: *cum datiuo*. Plaut. Menæch.5.21,
Nam ego ad Menæchmum nunc eo, cui iam diu
Sum iudicatus, vltrò eo vt me vinciat.
Iudicare perduellionem alicui, Liu 1.Decad.lib.1,110.
Iudicare de aliquo: Condemnare, Plaut. Rud.2.19.
Iudicare, *cum genitiuo*. Gellius lib.20.cap.1. Quantæq; pecuniæ iudicatæ eſſent, prædicabatur.
Iudicatus pecuniæ. Liu.6. ab Vrbe, 61.
Iudicare: *Iudices ferre, & iudicium indicere*. Liu.6.bel. Pun.14. quoad vel capitis, vel pecuniæ, iudicaſſet priuato: tum Sempronius perduellionis ſe iudicare Cn. Fuluio dixit.
Iudicare ſub formula. Senec. de Clem. 2. Clementia liberum arbitrium habet: nec ſub formula, ſed ex bono & æquo iudicat.
¶ Iudicatus. Participium.
Iudicatum facere. Vlpianus de ferijs. l. quid ſi feriatis. Et ſi aliter aduersùs ea iudicium erit, ne quis iudicatum facere neue ſoluere debeat, néue quis ad quem de ea re in ius aditum erit, iudicatum facere cogat.
Ne iudicatum ſit. Vlpianus de ferijs: Si feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautum eſt, ne his diebus iudicium ſit, niſi ex voluntate partium.



Homo iudicatus: pro damnato. Liu.lib.6.
¶ Iudicatio, id de quo agitur. Quint. lib.3. cap. 8, Non licet tibi agere mecum: cognitor enim fieri non potuiſti: iudicatio eſt, an potuerit.
Iudicatio: *pro iudicandi facultate*. Quint.lib.6 cap.‹›. Conſilium eſt ratio quædam alte petita, habensque in ſe & inuentionem & iudicationem
¶ Iudicatrix. Ars inuẽtrix, & iudicatrix, & enũtiatrix Quintilianus libro 2. cap.17,15.
¶ Iudicatò. Gellius lib.14. cap.1, An ita ſeriò iudicatoque pronuntiaret.
¶ Iudex. Acumen argutum iudicis. Horat. de Arte, 74.
Morum iudex. Iuuen. Satyr.4,2.
Candidus. Horat.1.epiſt.4.1.
Corruptus. Horat.2.Serm.Satyr.2,8.
Grauis. Ouid.3.Amor.eleg 7,‹›2.
Iniquus Ouid.11.Metam 38.
Sortiri iudicem. Plin in Præf.4.
Iudex rerum: *pro Aeſtimatore*. Horat.2.Serm. Satyr.7.21,
----at ipſe Subtilis veterum iudex & callidus audis.
Iudex, *fig.* Ouid.2.Metam.86,
—de ceſpite virgo
Se leuat, &, Salue numen, me iudice, dixit.
¶ Iudicium. Capitale iudicium, Quint.lib.4.cap.1,40.
Corruptum. Quint.lib 2.cap.12,4.
Iudicium agi dicitur. Plin.lib 9. cap.35.
Claudere iudicium militibus armatis. Quint.lib.4.cap 2,18.
Differre alicuius rei iudicium. Quint. lib.2 cap.4,21.
Emendare vrbes iudicijs. Quint.in Procem.lib.1,9.
Exercere iudicia alicuius rei Quint.lib.6.cap.1.13.
Perpetrare iudicium Tacit lib.13.
Reddere iterum iudicium. Terent. Phorm.2.3.57.
Solicitare iudicium alicuius donis. Ouid epiſt.15,16.
Acre iudicium. Quint.lib.1.cap.6,3.
Cœleſtia iudicia. Quint.in Procem.lib.4.2.
Firmius iudicium. Quint.lib.1.cap 8,4.
Firma, iamq; extra periculum poſita iudicia. Quint. lib. 2. cap. 5. 15.
Graue iudicium ſubire. Claud.in Præfat. de bello Get 2.
Liberare iudicium. Quint.lib. 6.cap.5,22.
Subtile Horat 2.epiſt.1,49.
Falli iudicio. Quint.lib.2.cap.4,10.
Interponere alicui rei ſuum iudicium. Quint.lib.1.cap.7,15.
Acri iudicio perpendere aliquid. Lucret lib.2.209.
Præbere iudicia alicuius rei. Quint.lib.1 cap.2.16.
Emereti hominum iudicium, Quint. in Procem. lib 4,1.
¶ Iudicialis. Iudiciale genus dicendi. Quint.lib.2.cap.1,8.
IVGALIS, IVGAMENTVM] Vide IVGVM.
IVGERVM] ablatiuo, Iugero & Iugere.
Iugerum vocabatur (inquit. Plinius libro 18. capite 3.1.) quod vno iugo boum in die exarari poſſet. Varro lib.1. de re Ruſt. cap. 10, In Hiſpania vlteriore metiuntur iugis: in Campania verſibus: apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. Tibul.lib.2 eleg 3.10,
Vt multo innumeram iugere paſcat ouem. Iuuenal. Satyr. 9.6,
Quantum erat exhauſti lumbos donare clientis
Iugeribus paucis. Cæſ.1.bel Ciuil.66, Militibus in cõcione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur quadragintain ſingulos iugera. Colum lib.2.3.11.
Arat falerni mille fundi iugera. Horat Epod.4,3.
Ieiuna ſoli iugera. Seneca Herc. Oeth.2,7.
¶ Iugeratim. Colum. lib.3.cap.3 4, Vt primæ vineæ centenas amphoras iugeratim præberent.
IVGIS] Vide IVGVM.
IVGLANS] quaſi Iouis glandẽ exiſtimant vocatam: quòd hæc arbor nuces habeat ſuauiori ſapore, quàm glandes. Vide Plinium lib. 15. cap.22.
IVGO] Vide IVGVM.
IVGVLA] Stella Oriõ, quòd amplior ſit cæteris, quaſi nux iuglandis: inquit Feſtus. Plaut. Amphit. Neque Iugulæ, neque Veſperugo, neque Virgiliæ óccidunt.
IVGVLVS, & IVGVLVM] anterior pars colli. Quint Declamat 9, Iam præbendus erat iugulus, & fundenda vita cum ſanguine. Corn.Celſus, lib 8, A` dextro iugulo ſi id fracte eſt, ad alam ſiniſtram: à ſiniſtro, ad dextram.
Enſem accipit iugulo. Virg.10.Aeneid.179.
Senilem iugulum confodiam. Lucan.lib.3.148.
Aperto iugulo cruentauit tecta. Ouid.epiſt.8,11.
Demittere cruorem iugulis. Virg.4 Georg.108.
Dare iugulum cultris. Ouid.in Ibin, 22.
Iugulum petere, Quint lib.8.cap.6, Nam illa agendis cauſis iam detrita, pedem conferre, & iugulum petere, & ſanguinem mittere, inde ſunt; nec offendit tamen.

Reſoluere iugulum ferro Ouid.6 Metam.129.
Reſoluere iugulum mucrone. Ouid.1.Metam.46.
¶ Iugulo Int ro moriem.
Medio iugulaberis enſe Ouid.12.Metam.97.
Homines iugulare. Horat.1. epiſt.2,7.
Iugulant pecudes. Virg. 12. Aeneid.43.
Iugulatus ab Achille. Ouid. 12 Metam.17.
Iugulare hominem ſuis verbis Terent.Eunuch.3.1.27.
Iugularas hominem: quid ille?
Iugulare hominem ſuo ſibi gladio. Terent. Adelph.5.8.36.
Iugulare, *etiam de morbo & aquis dicitur.* Celſus lib.3; Quartana neminem iugulat. Martial lib 4.18,
Aut vbi mors non eſt, ſi iugulatis aquæ?
Iugulare, *ad inanimata transfertur* Martial.lib.1.102,
Scelus eſt, iugulare falernum.
¶ Iugulatio Hirtius 6.bel.Hiſpanienſis.62, Iugulatione oppidanorum factâ.
IVGVM] montis cacumen Virg.eclog.5.15.
Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit. Cæſar 7.bell. Gall. 265, Tandem Germani ab dextro latere ſummum iugum nacti, hoſtes loco depellunt.
Accliuum iugum. Ouid.5.Faſt 31.
Aquoſa iuga. Stat 4.Syl 6,21.
Arduo iugo ſurgit alta rupes Seneca 1.Thebaid.14.
Frondoſa iuga. Ouid 1.de Remed.amor.41.
Immenſis iugis tumet Ida Ouid.epiſt.5,28.
Saxoſum iugum Ouid in Ibin. 8.
Spinoſi terga iugi Propert lib.4.eleg.4.10.
IVGVM] Lignecum inſtrumentum, quo iunguntur boues, & adinuicem arctantur. Plin.lib.9.cap.15.1, Nec niſi boum iugis extractus.
Curtum temone iugum. Iuuen Satyr.10,14.
Curua iuga. Ouid.1.de Arte.64.
Demere iuga fatigatis bobus. Horat.3 Carm.ode 6,9.
Detrectans iuga bos. Virg 3. Georg.12.
Ferunt iuga tauri. Ouid epiſt.6,10.
Bos nullum paſſa iugum. Ouid 3.Metam.3.
Reſoluere iugum. Catul de Berecynth.58,16.
Tauris iuga ſoluet arator. Virg.eclog.4,9.
Iugo ſubdere. Plin lib.8 cap. 6.14.
Iugum ſubire. Plin lib.10.cap.45,1.
Debile iugum ſuſtinere. Ouid.3 de Ponto, eleg.1,14.
Vitare onus iugi. Catul.de Berecynthia, 58,7.
Iugum aquilarum. Plin.lib.10.cap.4.1.
Pari iugo niti. Plin epiſt 9 lib 3.
Iugum accipere: hoc eſt, onus, laborem & prouinciam. Liuius Decad.4. lib.7, 143.
Acceptare. Silius lib.7,9.
Accipere Tacit.lib.12.
Turpi iugo eripere colla. Horat.2.Serm.Satyr.7,19.
Exuere iugum. Tacit.lib.20.
Seruitij iugum ferre. Stat.3.Sylu 4,7.
Imponere iugum alicui Ouid.epiſt.9,2.
Herili iugo laxatus famulus. Claud.7. Paneg 123.
Animum iugo premit turpis Cupido. Senec Agamem.3,6.
Famulare collo nobili ſubeat iugum. Seneca Troade,8,3.
Læſuro ſubtrahe colla iugo. Ouid.1. de Remed.amor.18.
¶ Iugum: *Sub quo ignominiæ gratiâ victi hoſtes mittebantur.* Liuius ab Vrbe, lib.3,122.
¶ Iugum: quum duabus aut pluribus perticis fixis, aliæ ſuper eas alligantur, in quibus vites coniunguntur, & quaſi iugum in ſummitatem quandam faciunt. Plinius: Salicis quædam in proceritatem magnam emittunt iugis vineatum perticas Idem lib.7. cap.21.11, Simplici iugo conſtat porrecto ordine: canterium appellant. Colum.lib.12.cap. 15,1. Et Varro 1.de Re ruſt.cap.8,1.
¶ Iugum vocant (inquit Varro 1.de Re ruſt.cap.10.1.) quod iuncti boues vno die exarare poſſunt.
¶ Iugum: *Lignum quo textores telam conuoluunt.* Ouid. lib.6. Metam. 11,
Tela iugo eſt iuncta.
¶ Iuga: *tabellæ nauium, in quibus ſedent remiges* Virg.6. Aen.83.
Inde alias animas, quæ per iuga longa ſedebant,
Deturbat, laxatque foros.
¶ Iugoſus: Iugis abundans. Ouid.1. Amor.eleg.1.3;
Quis probet in ſyluis Cererem regnare iugoſis?
Lege pharetratæ virginis arua coli?
¶ Iugo: Coniugo.
Iugare aliquam alicui. Virg 1. Aeneid.70.
Puellæ iugare iuuenem. Catul. Argonaut.59,5.
Fœminæ iugandæ. Horat in Carm. ſeculari,4,4.
Corda face iugauit Stat.1.Sylu 2,37.
Iugari vineæ dicuntur, quæ in iugum conſtituuntur. Columel. Sequitur iam adminiculandæ iugandæque vineæ cura.
¶ Iugarius: bubulcus. Colum. lib.1. cap.6.4, Lata bubilia



eſſe oportebit; pedes decem, vel minimùm nouem: quæ menſura & ad procumbendum pecori, & iugario ad circumeundum laxa miniſteria præbeat.
¶ Iugatorius bos, qui iugo ſubditur. Varro 2.de Re ruſtic. cap.5,8.
¶ Iugamentum: Catoni tam ex materia eſt, quàm ex ſtructura, cap.17. Iugamenta & antepagmenta, quæ opus erunt, ex lapide indito.
¶ Iugalis, Iugale vinculum: pro copula matrimonij. Virg.4. Aeneid. 4,
Si cui me vinclo vellem ſociare iugali.
Iura iugalia Ouid.7 Metam 145.
Lectus iugalis. Virg.4 Aeneid.100.
Sacra iugalia. Ouid.7. Metam 142.
Tedâ iugali accepta mulier Ouid.epiſt.4,25.
Tori iugales. Stat 3. Sylu.5.14.
Iugales: *pro Equis* Virg.7. Aeneid. 56,
Abſenti Aeneæ currum geminosq; iugales.
Socij iugales. Silius lib 16,81.
Emeritos vertunt ad paſcua nota iugales. Claud.2.de rapt. Proſerp 64.
¶ Iuges: eiuſdem iugi pares Feſtus.
¶ Iugis: Aſſiduus continuus. Plaut Pſeud 2.81,
Is mihi theſaurus iugis in noſtra eſt domo.
Fons iugis aquæ Horat.2. Serm Satyr.6,1.
Putei perennes iugis aquæ Horat.1 epiſt.15,4.
¶ Iugiter: Continuè. Plaut Milit.10.62,
Venerem, amorem, amœnitatemq; accubans exerceô,
Et quidem ædepol omnes mores ad venuſtatem iugiter.
IVLIS] Piſcis genus. Plinio lib 32. cap.9. 2. Optimum è ſcorpionibus & iulide, & ſaxatilibus, nec virus reſipientib.
IVMENTVM] Colum in præf lib 6. 1, Nec tamen vlla regio eſt, in qua modo frumenta gignantur, quæ non vt hominum, ita armentorum adiumento iuuetur. vnde etiam iumenta nomen à re traxêre: quòd noſtrum laborem vel onera ſubuectando, vel arando, iuuarent. Plin.lib.8 cap.18, de camelis: Omnes autem iumentorum in iis terris dorſo funguntur. Colum ferè iumenti nomine intelligit equos; non boues: vt lib.1.cap.6, Non altiùs edita eſſe præſepia conuenit, quàm vt bos aut iumentum ſine incommodo ſtans veſci poſſit.
Iumentorum appellatione boues non continentur; ſed pecoris: inquit Vlpianus in l.ædiles aiunt.de ædil.edicto.
¶ Iumentum: Quicquid nos iuuat. Liu.4. ab Vrbe, 176, Eò miſſa plauſtra iumentaq; alia ab Vrbe, exercitum affectum prælio ac via nocturna excepére.
¶ Iumentarius. Molæ iumentariæ. Iabolenus in l. dolia. ff. de inſtitut. vel inſtrument. Molas manuarias quidem ſupellectilis: iumentarias autem inſtrumenti eſſe.
IVNCVS] Plinius libro 21. cap. 18, varia iuncorum refert genera.
Fiſcella leui detexta eſt vimine iunci. Tibul lib. 2. eleg. 3,4.
Lucus denſus iuncis. Ouid.6.Faſt.83.
Leuis iuncus Propert lib.4.eleg.2,9.
Limoſus. Virg eclog 1,10.
Molli iunco detexere aliquid. Virg 2 eclog.15.
Paluſtres iunci. Ouid.8 Metam.68.
¶ Iuncinus. Plinius libro 15.cap.7.6, Sic & Rhodinum è roſis; Iuncinum è iunco.
¶ Iunceus. Iuncea cratis. Plin.lib.21.cap 14.6. Et Columel. lib. 12.cap.6.1, Iuncea ſporta.
Vincla iuncea. Ouid.4.Faſt.175.
Iuncea virgo: *per translationem; Tenuis & fexilis.* Terentius Eunuch.2.3.24.
¶ Iuncidus: Varro de Re ruſt. lib 1. cap.31.2, Iuncidum enim ſarmentum, propter infirmitatem ſterile, neque ex ſe poteſt eijcere vitem.
¶ Iuncoſus. Plinius lib.18.cap.6.13, Iuncoſus ager verti pala debet.
Littora iuncoſa. Ouid.7.Metam 47.
¶ Iuncetum. Varro 1.de Re ruſt.8.2, Primum genus, quod dixi, maximè quærit ſalicta; ſecundum arundineta; tertium iunceta.
IVNGO] Copulo. Plinius lib.11.cap.37.49, Ceruix articulorum nodis iungitur.
Iungere cum aliquo alium arctiſſimo vinculo. Plinius epiſtol 243.
Affinitates iungere cum aliquo. Liu.1.ab Vrbe,4.
Amores. Tib.lib 1.eleg.1.14.
Arma alicui Liu.1.ab Vrbe,7.
Connubio iungam ſtabili. Virg.4 Aen 25.
Dextram iungere dextræ. Virg.1.Aen.82.
Equos curru. Virg.1 Aen.163.
Equum equo alterius. Cæſar 8.bel.Gall.169.
Fœdera Liu.7.ab Vrbe,134.
Fœdere alicui regi iungi. Liu.6.bel Pun.126.

Gradus iungere. Silius lib.4,75.
Iter. Martial lib.2,6.
Iungi lateri cuiuſpiam. Ouid.2.Metam.90.
Manus iungere, & fœdus concipere. Stat.2.Achil.46.
Oſcula. Ouid.2.Metam.72.
Preces humiles. Ouid.2. de Arte,51.
Se viro. Virg.4.Aen.39.
Societate gentibus iungi. Liu.6.bel.Pun.25.2.
Societatem alicui iungere. Liu.4.bel.Pun.25.
Tauros. Virg.8.Aeneid.64,
Queis neque mos, neq; cultus erat, nec iungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto.
Tedas Stat.3.Sylu.4,11.
Taurus iunxit te mihi. Ouid.1.Metam.71.
Verba iungere. Mart lib.6,54.
Verba iungere, *pro Componere.* Quint.lib.9.cap.4.
¶ Iunctus Iunctus illi cognatione. Liu.5 bel.81.
Vetuſtâ amicitiâ puer puero iunctus. Ouidius 4. de Ponto: eleg. 3,3.
Amore iunctus alicui. Ouid.1.de Ponto, eleg.8,7.
Fœdere aliquo iuncti Ouid.1 Triſt.eleg 7,6.
Amor legitimo fœdere iunctus. Ouid.2. Triſt.107.
T. Quintio Criſpino Badius Campanus hoſpes erat, perfamiliari hoſpitio iunctus. Liu.5 bel.Pun,99.
Iuncta matrimonio puella. Liu.10. bel Pun.62.
Iunctus à ſanguine materno. Ouid.2.Metam.72.
Ab vſu modico tibi iunctus. Ouid.2. de Ponto, eleg.5,2.
Amici iuncti. Horat.1.Serm.Satyr.3,11.
Ars iuncta cum viribus. Ouid.8.Metam.6.
In amore iunctæ columbæ Propert.lib.2 eleg.16,6.
Iunctus mulus. Columel.lib.3.cap.22.3, Arbores ſerendi cauſa collo, vel mulo clitellario afferre; ſed iuncto aduehere, non permittitur.
Sedet ignoto iuncta puella viro. Ouid.2.Triſt.57.
Salus noſtra iuncta eſt. Ouid epiſt 19,46.
Verſus impariter iuncti. Horat. de Arte,15.
Vineæ mænibus iunctæ. Liuius ab Vrbe, lib.5. Loquitur de tormentis bellicis.
¶ Iunctura. Plin.lib.13.cap.15.2, Maiuſq; miraculum in ea eſt, artis latente iunctura.
Iunctura boum. Col lib.2.cap.2,18.
Genuum. Ouid.2.Metam.165.
Verborum. Quint. lib.9.cap.4.
Callida iunctura. Horat de Arte,10.
Iunctura poſituraq; ligni, ſcitè periteq; facta. Gel. lib.5.c.3.
¶ Iunctim: Sine interuallo. Suetonius: Magiſtratus & maturiùs inchoauit, & penè iunctim percurrit.
IVNICVLVS] Plin lib 17 cap.22.14, Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartam vſque pedamentum emitti, quod alij dracones, alij iuniculos vocant: vt faciat quæ maſculeta appellant.
IVNIOR] Vide IVVENIS.
IVNIPERVS] Arbuſcula, quæ in arenoſis frequens naſcitur, coma virens perpetua. Plinius lib.16.cap.25.
Iuniperi grauis vmbra Virg.eclog 10,16.
IVNIVS] menſis, teſte Feſto, à Iunone putatur dictus. Vide Macrobium, 1 Saturn 12, Alij à iunioribus deriuant: ſicut Maium à maioribus Ouid.6.Faſt.18,
Iunius eſt iuuenum; qui fuit antè ſenum.
Iunius è iuuenum nomine dictus adeſt. Ouid.5.Faſt.16.
IVNIX] Teneræ ætatis bos fœmina Perſius Satyr.2.5,
Tot tibi cùm in flamma iunicum omenta liqueſcant.
Plaut. Milit.6.33.
Quàm mox ad ſtabulum iunix recipiat ſeſe pabulo.
IVRAMENTVM] Vide IVRO.
IVRGO] contendo. Terent. And.5.1.19,
Cum Dauo egomet vidi iurgantem ancillam. Liu.10. ab Vrbe,171, Hæc iurganti increpantiq; reſpondebant, confectos ſe pugna heſterna eſſe.
¶ Iurgor: Deponens. Horat.2.Serm.Satyr.2.20,
Iurgatur verbis.
¶ Iurgium: Contentio.
Acre iurgium. Tacit lib.20. Vide ACER.
Inimica iurgia. Seneca Thyeſte,7.1.
Inſana. Ouid.1.Faſt.15.
Gliſcunt iurgia. Lucret.lib.3,97.
Irrita iurgia iactas. Virg.10. Aeneid.19.
Nectere iurgia cum aliquo. Ouid.2. Amor.eleg.2,7.
Rabioſa iurgia vendere. Senec.Herc fur.3,3.
¶ Iurgioſus. Gellius libro 1. cap. 17, Mulier moroſa admodum fuiſſe fertur, & iurgioſa.
IVRIDICVS, IVRISDICTIO] Vide IVS.
IVRO] Iurare aras: poeticè dixit. Horatius, pro, aris tactis: libro 2.epiſtol.1.4.
Iurandaſq; tuum per nomen ponimus aras.
Bellum ingens iuratur. Stat.1.Achil.91.
Fidem iurata feſellit Ouid.3.Amor.eleg.3,1.
Maria aſpera iuro. Virg 6 Aeneid.70.
Iurare conceptis verbis. Plaut. Pſeud.5,117.
Iurare alicui: pro, In nomen alterius. Plin. in Paneg. 115,
Scis tibi vbique iurari, quum ipſe iuraueris omnibus.
Per caput hoc iuro. Virg.9. Aeneid.63.
Per ſidera iuro. Virg. 6. Aeneid.92.
In aliquem iurare: id eſt, In perniciem alicuius. Ouidius epiſtol.10.24,
In me iurarunt ſomnus, ventuſque, fideſque.
In facinus aliquod iurare Ouid 1. Metam. 49.
Iurare in leges alterius. Plin. de Viris illuſt 73.
Iurare in verba aliqua. Cæſar 1 bel Ciuil.281.
Iurare in verba alterius Liu.8.bel Pun.157. Hor.1.epiſt.1,3.
Nullius addictus iurare in verba magiſtri.
Iurare in ſe Liu.2. ab Vrbe, 198, Idem deinceps omnis exercitus in ſe quiſque iurat.
Iurarunt inter ſe, pro, Coniurarunt. Cato apud Plinium libro 29.cap.1.14, Iurarunt inter ſe, Barbaros necare omnes medicina.
Iurandi formula iuris. Ouid epiſt.20.27.
¶ Iurans Falſa iurans. Ouid.13 Metam.113.
Verba iurantia. Ouid. epiſt.20,29.
¶ Iuratus: Qui iurauit.
Iuratus eſt mihi. Plaut. Rud.3 1.16. lib.8.43,
---- num tu iuratus mihi es?
L. Iuratus ſum; & nunc iurabo. Lucan. lib.8,43,
---- mihi per Latium iurata tonantem.
Iuratiſſimus author: Literatus, & quaſi iureiurando doctiſſimus, affirmatus. Plin. in Præfat. operis.
¶ Iuratus: *Paſſiuè* Bellum iuratum Sil.lib.11,29.
Fœdus iuratum Ioui. Sil.lib.1,2.
Numina iurata. Ouid.epiſt 2,5.
Iuratus Senatus. Plin lib.7 cap.34.
¶ Iurato Paulus in l. qui. ff qui ſatiſ. cog. Qui iuratò promiſit iudicio ſiſti, non videtur peieraſſe, ſi ex conceſſa cauſa hoc deſeruerit.
¶ Iurator. Seneca de morte Clau. Quis vnquam ab hiſtorico iuratores exegit?
¶ Iuramentum. Seneca lib. 1. de Clementia: O' vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius verba principes regeſq; iuramentum faciant. Vlpian. in l. § ſi de qualitate iuramenti.
¶ Iurandum: Idem quod iuſiurandum. Plaut. Ciſtel.5.19,
Verùm haud metuo, ne iurandum noſtrum quiſquam culpitet.
¶ Iureiurare: Idem quod iurare. Liu. Decad.5.lib.1.52, Prætores ambo in eadem verba iureiurarunt.
IVRVLENTVS] Vide IVS, pro liquore.
IVS] Liquor eorum quæ coquuntur. Plaut. Moſtel 4.120.
Iiſdem olent, quaſi quem vnâ multa iura confundit coquus. Terent. Eunuch 5.4.17,
Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent.
Vocare dicitur coquus in ius. Varro 3. de Re ruſt. cap.17. Sic hos piſces nemo coquus in ius vocare audet. id eſt, Nemo ijs veſci audet. Horat.2.Serm. Satyr.4.13. Iuris duplex natura.
Mali conditum ius Horat 2. Serm Satyr 8.14.
Tepidum ligurire ius. Horat.1.Serm.Satyr 3 16.
¶ Iureus. Iurea placenta, quæ è iure tota conſtat Plautus.
Quaſi iuream eſſe ius decet collyricum. Subaudiendum eſt placentam.
¶ Iurulentus: Iuris plenus. Celſus lib. 2. cap.18, Tum res eadem magis alit iurulenta, quam aſſa: magis aſſa, quàm frixa Idem Cibus minimè iurulentus.
¶ Iuſſulentum: formauit Apuleius, in Magiæ Apol. ſic de Ennio dicens: Oſtendit qualiter quiſque piſcium aſſus aut iuſſulentus optimè ſapiat.
¶ Iuſculum. Cato. cap. 156.6, Poſtea indè iuſculum frigidum ſorbere.
IVS] Eſt (inquit Donatus) quod omnia recta & inflexibilia exigit. Terentius Heaut 4.1.29.
Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum atque æquum ſciunt? Vlpian. de iuſtitia & iure l. 1. nomen Iuris à Iuſtitia appellatum. Nam, vt eleganter Celſus definit apud Vlpianum, in l. 1. ff de iuſtitia & iure: Ius eſt ars boni & æqui.
Ius bonum. Plaut. Moſtel.8,140.
Ius bonū dicis, oras, petis, Plaut. Stich.14.43. Idē Epid.2.21.
Operam da, opera reddetur tibi. T. ius dicis. Idem Rud. 24. 09.
Ius oras merum.
Sinè bono iure. Plaut. Bacchd.14.2.
Sinè modo & modeſtia ſum, ſine bono iure, atq; honore.
Exſuere ius faſque. Tacit lib. 19.
Tranſcendere fines iuris. Lucret.lib.3.13.

¶ Iure:

¶ Iure: id eſt, meritò. Terent. And. 2.3.20,

Vt, quum velit, tibi iure iraſci non queat.

Iure ac merito Iuuen. Satyr. 2,4.

Iure damus pœnas. Ouid 4. Triſt. eleg. 4.9.

Iure vel iniuria. Terent. And. 1.3 9,

Quo iure, quaq; iniuria præcipitem me in piſtrinũ dabit.

Meo iure. Terent. Adelph. 1.1.27,

Do, prætermitto: non neceſſe habeo omnia pro meo iure agere.

Complecti aliquem æquo iure. Tacit. lib. 2.

Ius eſt facere, vel faciendi. Vlpianus in l. vti frui. ff. ſi vſuſfructus petatur. Negauit ius eſſe vtendi fruendi fructuario: vel ſibi ius eſſe prohibendi. Paulus in l 3 ff. de ſeruitut. vrb. præd Ne ius ſit vicino inuitis nobis altius ædificare.

¶ Ius: *quod vel natura, vel ciuitas, vel populus, vel gens, vel conſuetudo iubet.* Plaut. Epid. 10.86.

Atque me minoris factum, præ illo, qui omnium Legum atque iurium fictor, conditor, cluet. Paul. l. Ius pluribus: de iuſt. & iur. Ius pluribus modis dicitur: vno quidem modo id quod ſemper æquum ac bonum eſt, ius dicitur: vt eſt ius naturale. Altero modo, quod omnibus aut pluribus in quacunque ciuitate vtile eſt; vt eſt ius ciuile. *Et paulo poſt:* Alia ſignificatione ius dicitur locus, in quo ius redditur, appellatione collata ab eo, quod fit in eo vbi fit: quem locũ determinare hoc modo poſſumus, vt vbicunque Prætor ſalua maieſtate imperij ſui, ſaluoq; more maiorum, ius dicere conſtituit, is locus rectè ius appelletur. Terent. Phorm. 5.8.3,

----in ius ambula.

P. In ius?

Adiutorium iuris. Quint. lib. 3. cap. 6.6,60.

Gens iuris expers. Seneca. Troad. 12,11.

Fiducia iuris. Quint. lib. 4. cap. 2,81.

Vafri inſcitia iuris Horat. 2. Serm. Satyr. 2,2,27.

Nodos iuris ſoluere. Iuuenal. Satyr. 8.

Iuris legumq; peritus Horat. 1. Serm. Satyr. 1,2.

Seruitus iuris. Quint. lib. 2 cap. 16,6.

Studium iuris. Quint. lib. 2. cap. 8,4.

Ius naturale. Vlpianus in l. 1. § Ius naturale. ff. de iuſtitia & iure. Ius naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit.

Ius gentium, vt inquit Vlpianus in l 1. ff. de iuſtitia & iure: eſt quo gentes humanæ vtuntur. Liu. 5. ab Vrbe condita: Ius humanũ vocat. Caius in l. omnes. ff. de iuſtitia & iure: Quod verò naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræquè cuſtoditur; vocaturq; ius gentium: quaſi quo iure omnes gentes vtuntur.

Ius ciuile. Vlpianus. l. Ius ciuile. ff. de iuſtitia & iure: Ius ciuile eſt, quod neque in totum à naturali vel gentium recedit, neque per omnia ei ſeruit. Papinianus l ius autem: illo titulo. Ius autem ciuile eſt, quòd ex legibus, plebiſcitis, ſenatuſconſultis decretis principum, authoritate prudentum venit.

Ius ciuile Papyrianum (inquit Pomponius in l. 2. ff. de origine iuris) dicitur, non quia Papyrius de ſuo quicquam ibi adiecit: ſed quòd leges ſine ordine latas in vnum compoſuit.

Ciuilia iura. Horat. 1. Serm. Satyr. 9,8.

Ciuica. Horat. 1. epiſt. 3,5.

Ius moribus conſtitutum, eſt ius non ſcriptum. Iulianus in l. de quibus. ff. de legibus. Inueterata enim conſuetudo pro lege non immeritò cuſtoditur: & hoc eſt ius, quod dicitur moribus conſtitutum.

Famularia iura dare. Ouid. 15. Metam. 120.

Ius honorarium, eſt viua vox iuris: vt ait Martianus l. nam & ipſum. ff. de iuſtitia & iure.

Incorporale Quint lib. 5. cap. 10,81.

Precarium. Tacit. in lib de Germanis.

Prætorium Papinianus l. ius autem. ff. de iuſtitia & iure. Ius prætorium eſt, quod Prætores introduxerunt, adiuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam.

Ius priuatum, eſt (inquit Vlpianus in l. 1. §. huius ſtudij ff. de iuſtitia & iure) quod ad ſingulorum vtilitatem pertinet. *Et paulo poſt:* Priuatum ius autem tripertitum eſt: collectum eſt enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus.

Ius proprium Caius in l. omnes. ff. de iuſtitia & iure. Quod quiſque populus ipſe ſibi ius conſtituit, id ipſius propriũ ciuitatis eſt: vocaturq; ius ciuile, quaſi ius proprium ipſius ciuitatis.

Ius publicum. Vlpianus de iuſtitia & iure. l. 1. Ius publicum eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat. Terentius in Phorm. 2.3 6.,

Quid eſt? num iniquum poſtulo?

An ne hoc quidẽ adipiſcar ego, quod ius publicũ eſt?

Sacrum publicum, priuatum ius. Quint. lib. 2. cap. 4.35, Signata iura ſequi. Lucan. lib. 3,61.

Ius ſingulare eſt, quod contra tenorem rationis, propter aliquam vtilitatem, authoritate conſtituentium introductum eſt Paulus de legibus.

Vetuſtum. Tacit. lib. 4.

Anceps. Horat. 1. Serm. Satyr. 5,7.

Honeſti iuris ſeruator metus. Claud. 1. Paneg. 33.

Improba iura. Silius lib. 17,125.

Inclyta. Seneca Troade, 7,2.

Iniuſtum ius Ouid. ad Liuiam, 11.

Venerabile. Stat. 5. Sylu. 1.23.

Adoleſcit ius. Tacit. lib. 20.

Iure agere. Lucret. lib. 3,196.

Calcati iuris nulla reſtant veſtigia. Claud. 2. in Eutrop. 25.

Concedere in ius ditionemq; alicuius. Liu lib 9. Decad 4.

Noua iura condere. Ouid. 2 de Remed. amor. 14.

Conſtituere iura. Lucret. lib. 5,230.

Ius conſulere. Liu. 9. bel. Maced.

Conſulere aliquem iuris. Ouid. epiſt. 19,6.

Ius dicere. Plaut. Bacchid. 8.43,

Itur illinc iure dicto. Liu 2. ab Vrbe, 110.

Ius facere dicitur, quod iuris atque legis vim habet. Vlpianus in l. non ambigitur. ff. de legibus. Non ambigitur, Senatum ius facere poſſe.

Firmare ius. Tacit. lib. 4.

Infringere ius alicuius. Tacit. lib. 4.

Ius è cœlo petere. Curtius lib. 5.

Procurrunt in ius. Horat. 1. Serm Satyr. 7,5.

Rapere aliquem in iura. Horat 2. Serm. Satyr. 3,15.

Reddere ius Prætor dicitur, etiam quum inique decernit, Paulus in l. Ius pluribus. ff de iuſtitia & iure.

Pari iure eſſe cum aliquibus. Suetonius.

Sumere ius ab aliquo. Quint lib. 1. cap. 4,3.

Tranſire ius ad aliquem. Quint. lib. 5. cap. 10.81, Quia ad illum ius, ad hunc res tranſeat.

¶ Ius; *pro poteſtate.* Plin lib. 2. Nat. hiſt. cap 7. 11, Nullum habere in præterita ius, præterquam obliuionis.

Habere ius in aliquem. Lucan. lib 1,82.

Habes ius abdicandi. Quint lib. 3. cap 6,5.

Petit ius & moderamen equorum. Ouid 2. Metam. 10.

In ius poteſtatemq; venire. Liuius.

Ius & arbitrium. Liuius.

Rigidum & ineuitabile ius mortis. Ouid. ad Liuiam, 89.

Naturæ ius nouatum. Ouid. 4. Metam. 56.

Reſoluere iura pudoris. Virg. 4. Aeneid. 6.

Triſte ius ſepulchri. Ouid. 11. Metam. 95.

Coniugialia iura. Ouid 6. Metam. 107.

Connubialia. Ouid epiſt 6.9.

Genialia. Stat 3. Syl. 5,22.

¶ Iuriſprudentia (inquit Vlpianus in l iuſtitia. ff de iuſtitia & iur) eſt diuinarum atque humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia.

¶ Iuſiurandum. Plaut. Pſeud. 4.64,

Qui item, vt nos, iureiurando malo quærunt rem. Cæſar 1. bel. Ciuil Sic terror oblatus à ducibus, crudelitas in ſupplicio, noua religio iuriſiurandi, ſpem præſentis deditionis ſuſtulit.

Solenne iuſiurandum. Tacit. lib. 16.

Fidem alligauit iureiurando ſuam. Seneca Troade, 6,41.

Concipere iuſiurandum. Tacit. lib. 20.

Concipere verba iuſiurandi. Tacit. lib. 20.

Deferre iuſiurandum. Quint. lib 5. cap 6. ad finem.

Iuſiurandum exigere & reddere Liuius.

Obſtringere aliquem iureiurando. Hor. 2 Serm Satyr. 3,36.

Iuſiurandum offerre & deferre. Quint. lib 5 cap. 61.

Alieno iureiurando ſtare, quàm ſuo, mauult. Quintilianus lib. 5. cap 6,3.

¶ Iuriſdictio. Iuriſdictiones meridionales. Plinius libro 5. cap. 28.2.

¶ Iuriſconſultus. Conſultus iuris. Horat de Arte, 75.

¶ Iuridicus: Adiectiuum Plin. lib. 3. cap. 1 4, Iuridici conuentus ei quatuor, id eſt, in quibus iura redduntur.

¶ Iuridicus: Subſtantiuum. Flentes Eurydicen iuridici ſedent Seneca Herc. furen. 7,12.

¶ Iuridicialis. Quint. lib 3. cap. 8 Iuridicialis ſtatus.

IVSCVLVM] Vide IVS, pro liquore.

IVSSVS] Vide IVBEO.

IVSTVS] Qui præcepta iuris ſeruat. Plaut. Pſeud.

Non eſt iuſtus quiſquam amator, niſi qui perpetuat datã.

Annos iuſtos peragere Ouid. 10. Metam. 8.

Arma iuſta mouere, Ouid. 2. de Arte, 80.

Bella iuſta gerere. Ouid. 8. Metam. 12.

Cauſa iuſtiſſima. Ouid. 1. de Ponto, eleg 6,4.

Litem iuſtam intendere. Lucret. lib. 3,193.

Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis. Ouid. 13. Metam. 14.

Poteſtas iuſta. Horat.2.Serm.Satyr.7,13.
Preces iuſtæ.Ouid.3.Metam.12.
Querela iuſta.Ouid.4.de Ponto,eleg.3,5.
Iuſta ſeruitus.Terent.And.1.2.9.
Vir iuſtus & tenax propoſiti. Horat 3. Carm. ode 3,1.
¶ Iuſtus: *Mediocris*. Iuſti dies, authore Macrobio, dicebantur continui xxx. dies, quibus exercitu imperato vexillum rufi coloris in arce poſitum erat. Erant & Iuſti dies, xxx. dies, qui conceſſi æris & debiti damnatis conquirendæ pecuniæ cauſa dabantur lege xII. Tab. authore Gell.lib. 19.cap.1.Plaut.Milit.10.50,
Et meæ orationis iuſtam partem perſequi,&c.
Magnitudo iuſta Plinius lib. 10.capite 53,4.Poſt ſolſtitium nata non implent magnitudinem iuſtam.
Labant curuæ iuſto ſine pondere naues. Ouidius 2. Metamorph.33.
Tempus iuſtum pugnæ.Virg.10.Aen 3.
¶ Iuſtus, *pro Magno* Plin.in Pręfat 8,Opere iuſto temporum noſtrorum hiſtoriam orſi.
Iuſtum prælium. Liuius: Poſtremò coactus in aciem deſcendere, iuſto prælio deuicit. Sic 6. belli Punici, 16.de Fuluio perduellionis reo: Prius quàm dies comitiorum aderat, Cn. Fuluius exulatum Tarquinios abijt: id ei iuſtum exilium eſſe ſciuit plebs.
Acies iuſta.Quint.lib.1.cap.10.6.
¶ Iuſtus filius, *pro vero*. Caius in l. 1. ff. de adoptionibus: Is qui adoptat, inquit, rogatur, id eſt, interrogatur, an velit eum, quem adoptaturus ſit, iuſtum ſibi filium eſſe.
Iuſta hæreditas.Varro 2.de Re ruſt.
Iuſta materfamilias. Liuius 9.bell.Macedonici,215.
Iuſtus miles. Liu.4 bel Pun.61.
Iuſtam operam reddere. Col.lib 6.cap.3.
Iuſtum teſtamentum dicitur, quod eſt ſolenniter factum. Vlpianus in l. ff. de except.rei iudicatæ.
Iuſtum vadem, idoneum ſponſorem vocabant veteres, inquit Feſtus.
¶ Iuſto: *Ablatiuus vice aduerbij* Quint. lib.9. cap.4, Membrũ longius iuſto, tardum: breuius, inſtabile eſt.
¶ Iuſta: exſequiæ.Ouid.2.Faſt.114,
Hanc quia iuſta ferunt, dixêre feralia lucem.
Iuſta peragere.Plin.lib.2.cap.vlt.1.
Iuſta perſolui patri Seneca Oedip.141.
Iuſta funebria.Liu.1.ab Vrbe,84.
Iuſta hoſpitalia.Liuius: Venientibus obuiam cunctus Senatus egreſſus, iuſtis omnibus hoſpitalibus, publicisq; & priuatis fungitur officijs.
Reddere iuſta funeri. Plin.lib.10.cap.2.2.
¶ Iuſta: *pro conſtitutis, quæ neceſſariò præſtari debent*. Colum.libro 11. cap.2.12, arbuſtorumq; ſiue putatio, ſiue alligatio ſumenda eſt, quorum iuſta certa eſſe non poſſunt.
Iuſta fieri. Col lib. 2. cap.4, 6, Tum etiam ratio ruſtici aggrauatur exiguo operis profectu: iuſta enim fieri nequeunt, quum induruit ager.
Ad iuſta perducere.Colum lib.6.cap.14.3.
Iuſta operum peragere. Col.lib 9.cap.8,9.
Iuſta percipere.Colum lib.1.cap.8.Quærat, an ex ſua conſtitutione iuſta percipiant.
Iuſta reddere. Colum lib.1.cap.8.
Perſequi & exigere iuſta.Colum.lib.12.cap.3.
¶ Iuſtitia.Cura iuſtitiæ. Ouid epiſt.9,33.
Potens iuſtitia. Horat.2.Carm.ode 17,3.
Salubris.Horat de Arte,41.
Frænare gentes iuſtitiâ Virg.1.Aeneid.166.
Vires temperare iuſtitiâ. Ouid.3.de Ponto,eleg.6,5.
¶ Iuſtificus: Qui facit iuſtitiam. Catul.Argo.59,81.Iuſtifica mens deorum.
¶ Iuſtitium: Iuriſdictionis intermiſſio. Liuius: Ac propè iuſtum iuſtitium omnium rerum futurum videbatur, donec Coſul ad vrbem rediiſſet Gellius lib.20. cap.1. Velut quoddam iuſtitium, id eſt, iuris inter eos quaſi interſtitionem quandam & ceſſationem.
Ferale iuſtitium Lucan.lib.2,4.
Triſti iuſtitio clauſa fora. Lucan.lib.5.7.
Iuſtitium remittere: ſicut Iuſtitium indicere apud Liuium libro 10.
IVVAMEN] Vide IVVO.
IVVENALIA, IVVENALIS] Vide IVVENIS.
IVVENCVS] Plaut. Trucul.6.58.
Vidi equidem iuuencum ex indomito domitum
Fieri, atque alias belluas. Varro 2. de Re ruſt.cap.5,5.Iuuencus & iuuenca.
Fortes iuuenci. Virg.3. Georg.11.
Laborifer iuuencus. Ouid.15.Metam.126.
Lunati fronte iuuenci Stat 6.Theb.54.
Petulans iuuencus toruâ fronte. Seneca Hippol.3.6.
Pulcher iuuencus. Virg 5.Aeneid.79.



Rudes operum iuuenci.Ouid.1.Faſt.17.
Toruus iuuencus.Ouid.6.Metam.23.
Feſſos iuuencos diſiungere. Ouid. 14. Metam.130.
Validis terram proſcinde iuuencis. Virg.2. Georg.41.
Sociare iuuencos impoſito aratro. Stat.1.Theb.27.
Corrigeræ iuuencæ. Ouid. 13. Metam.197.
Formoſa iuuenca. Virg.3.Georg.43.
Nitens iuuenca Ouid.1.Metam.123.
Iuuencus, *de homine iuuene*. Horat.2.Carm.ode 8.5.
Te ſuis matres metuunt iuuencis. Ouid. epiſt. 5. 24.
Graia iuuenca venit.
Iuuencæ aues.Plin.lib.10.cap.53,1.
¶ Iuuenculus Catul. ad Puerum, epig.21.
Qui floſculus es iuuenculorum.
IVVENIS] Plinius libro 7.cap.36.2, Cornelia enim iuuenis eſt, & párere adhuc poteſt.
Furor iuuenum.Seneca.Theb.2,7.
Princeps iuuenum. Ouid.1.de Arte,39.
Egregius iuuenis.Virg.5.Aeneid.71.
Feruidi iuuenes.Horat. 4. Carm.ode 13,6.
Ferus iuuenis. Seneca Hippol. 2,38.
Imberbis.Horat.de Arte, 33.
Laudatus. Stat.5.Syl.1,3.
Proterui iuuenes.Horat.1. Carm.ode 25.1.
Valens iuuenis.Ouid.15.Metam.42.
Fieri aliquem iuuenem. Quintil.lib.2.cap.2.2.
Iuuenis: *de oue*. Col.lib.7.cap.3. Fœmina poſt bimatum maritari debet, iuuenisq; habetur quinquennis.
¶ Iuuenis: *adiectiuè, pro Iuuenili*. Ouid.7.Metam.59.
----& admonitus iuuenes nutricibus annos.
poſſe ſuis reddi.
¶ Iunior: *comparatiuus*. Plinius libro. 18. cap.3.2. Iuniorum familiæ bubulcum nominauerunt.
Tota anno iunior. Horat.2.epiſt.1,9.
Iuniores cerui.Plin.lib 8.cap.32.7.
¶ Iuuenilis. Iuuenile robur. Col.lib.4. cap.3.3, Iuuenilis ludus vel iocus. Liu.1.ab Vrbe,253. & lib.5,103.
Annis iuuenilibus iuncti. Ouid.8.Metam.127.
Ardor iuuenilis.Seneca Octau.4,18.
Carmina iuuenilia. Ouid Triſt.68.
Corpus iuuenile. Virg.5.Aeneid.94.
Decus.Ouid ad Piſonem,53.
Gratia iuuenilis. Stat 2.Sylu.2,2.
Incœpta iuuenilia. Ouid.epiſt 17 7.
Opus nitidæ iuuenile paleſtræ.Ouid.6.Metam.49.
Vis Iuuenilis.Ouid 2 Metam 93.
Læta & iuuenilia Luſi. Ouid.5.Triſt.eleg.1,2.
¶ Iuuenilior. Ouid.14. Metam.128,
Silenusq; ſuis ſemper iuuenilior annis.
¶ Iuuenilitas, pro Iuuentus. Varr. Tithono:
Quam dereliquit multicupida iuuenilitas.
¶ Iuueniliter.
Venatum in ſyluas iuueniliter ire ſolebam.
Ouid.7. Metam.164.
Ingenio vti iuueniliter.Ouid.2.Triſt.24.
¶ Iuuenalis: Idem quod Iuuenilis. Plin.lib.33.cap.22. Quũ C. Sulpitius Galba iuuenalem famam apud Principem popinarum pœnis aucupatur.
Iuuenalis dies: Iuuenili ætati peculiariter celebrandus Suètonius de Caligula: Adiecit diem Saturnalibus, appellauitq; Iuuenalem.
¶ Iuuenalia: Ludi, qui pro ſalûte iuuenum celebrabantur.
Ludi iuuenalium. Tacit.lib.14.
¶ Iuueneſco. Plin.lib.21.cap.11.8, Roſa & quinquennium perfert non reciſa, nec aduſta. Illo enim modo iuueneſcit. Sic, lib.8 cap.57.4, de gliribus: rurſus æſtate iuueneſcunt. Ouid.3.Amor eleg 6 9.
Illius à tactu Pylius iuueneſcere poſſet.
Vitulus iuueneſcit in herbis. Horat.4.Carm.ode 2,11.
¶ Iuuenari Horatius in Arte, 50.
Aut nimiùm teneris iuuenentur verſibus vnquam. Id eſt, iuueniliter loquantur.
¶ Iuuentus. Aetas iuuenilis. Salluſt. Ibiq; iuuentutem ſuam exercuit.
Cruda iuuentus Silius lib.3,62.
Docilis.Horat in Carm.ſeculi,9.
Effera.Virg.8.Aeneid.1.
Toroſa.Perſ Satyr.3.9
¶ Iuuentus: *Multitudo iuuenum*. Plaut. Moſtel.2.20. Cæſar 3. bell.Gall.412. Nam quum omnis iuuentus, omnis etiam grauioris ætatis, in quibus aliquid conſilij aut dignitatis fuit eò conuenerant.
¶ Iuuentus: *Dea quæ præeſſe putabatur ætati iuuenili*. Plinius libro 35.cap.10.41. Liuius 4. Decad.libro 6. Iuuentutis ædem, in Circo maximo, C. Licinius Lucullus Duumuir dedicauit.

¶ Iuuenta. Valer. lib. 4. Plin.lib.7.cap.13.1. Alijs ſterilis eſt iuuenta: alijs ſemel in vita datur gignere.
Calida iuuenta.Claud.de bello.Get. 100.
Dulcis. Horat.1. Carm.ode.16,5.
Audax.Virg.4.Georg.113.Valer.7. Argon. 103.
Lumen purpureum iuuentæ.Virg.1.Aeneid.119.
Florente iuuentâ feruidus. Horat de Arte,24.
Imbellis iuuenta.Horat.3.Carm.ode 2,3.
Primâ floreſcente iuuentâ. Silius lib. 15. 146.
Pubeſcens iuuenta. Silius lib.16.136.
Roſea Valer.5.Argon.73.
Senilem iuuentam præmaturæ mortis eſſe ſignum. Plinius libro 7.cap 51,2.
Viridis iuuenta. Virg.5.Aeneid.58.
Exercere iuuentam. Catul.in Epithalam. Iuliæ.
¶ Iuuenta: *Multitudo iuuenum*. Mart.lib.2.98,
Quintiliane vagæ moderator ſumme iuuentæ.
¶ Iuuentas Dea,quę iuuentuti præeſſe putabatur.Horat.1. Carm ode 30, 2.ad Venerem.
Et parùm comis ſine te Iuuentas. Vide Liuium 1.Decad. lib.5.ad finem. Lucret.lib.5.178,
Tum demum puerili æuo florente, Iuuentas
Occipit,& molli veſtit lanugine malas.
IVVO] Auxilior.
Iuuare aliquem conſolando,conſilio;aut re.Terent.Heaut. 1.1.34, crede inquam mihi,
Aut conſolando,aut conſilio, aut re iuuero.
Supplicibus iuuandis aſſuetus:Ouid.3. de Ponto, eleg.3.22
Facundia iuuit cauſam. Ouid.7. Metam.102.
Iuuare: *Beneficio proſequi*. Liu. Iuuiſſe eos omni commeatu claſſem oſtium.
¶ Iuuat:*imperſonale:id eſt,Delectat*. Plaut.Capt.4.33, Ne quem vnquam quicquam me iuuat, quòd edo domi.Idem Ciſtel.2.107, Quando ita tibi iuuat, vale atq; ſalue. Terent. Adelph.2.3.2, Verumenimuero id demum iuuat,ſi,quem æquum eſt bene facere,is facit. Virg.4.eclog.1.
Non omnes arbuſta iuuant, humilesq; myricæ.
Iuuat euaſiſſe tot vrbes.Virg.3.Aeneid.56.
Iuuat indulgere labori.Virg.6.Aeneid.27.
¶ Iuuari:*Paſſiuum*.Plin.lib.17.cap.24.17, Quòd ſi etiam iuuatur.
Ope admota iuuari. Ouid.1.de Ponto, eleg.4.18.
IVXTA] Præpoſitio apud ſignificans. Virg.4. Aeneid.51.
----humilis volat æquora iuxta. Plaut. Iuxta te ſum, te pie tuearis oportet. Aliquādo ſubintelligitur accuſatiuus.
Furiarum maxima iuxta Accubat. Virg 6. Aeneid,121.
Iuxta genitorem aſtat Lauinia virgo. Virg.7.Aeneid.15.
Venire iuxta ſeditionem. Tacit.lib 5.
Si tibi lanicium curæ, primùm aſpera ſylua. Plin.lib. 6, capit. 17.5. Seres, lanicio ſyluarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem.
¶ Lanificium. Colum.lib.12 in Procem.7 Nunc verò quum pleræq; ſic luxu & inertia defluant, vt ne lanificij quidem curam ſuſcipere dignentur.
¶ Lanificus Martial lib.6.58,
Si mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores
Stamina, nec ſurdos vox habet iſta deos.
Artis lanificæ doctiſſimus. Claud.2.in Eutrop.77.
Manum lanificam imponere penſis. Tibul lib.2,eleg.1,2.
Lanificus, *cum genitiuo*. Lanificus ſtaminis. Iuuen. Satyr.12.
¶ Lanifer. Plin.lib.13, cap.14.2, Aethiopia Aegypto contermina, inſignes arbores non ferè habet, præter laniferas.
¶ Laniger. Plin.lib. 12, cap.10.1, Eiuſdem inſulæ excelſiore ſuggeſtu lanigeræ arbores alio modo, quàm Serum.
Effœtus laniger annis. Ouid.7,Metam 63.
Greges lanigeros agitare. Virg.3,Georg.58.
Oues lanigeræ. Virg 3, Aen.132.
Pecudes lanigeræ. Virg 3.Aen.129.
Vellus lanigerum Ouid.epiſt.17.29.
¶ Lanoſus. Col.lib. 7, cap.2. 6, Eliges bimam vaſti corporis, ceruice pr. lixa, prolixi villi; nec aſperi, lanoſi & ampliuteri.
LANARIA.] Herba. Plin.lib.24,cap.18.1, Herba lanaria ouibus ieiunis data, lactis abundantiam facit.
LANCEA.] Teli genus longiſſimum. Plin lib.15,cap.30.6. Diſiectam fluitantemque teſtudinem lanceis contisque teſtantur.
Fœlix lancea Lucan lib.6,38.
¶ Lanceatus: Iſtu lanceæ necatus. Firmicus, Quicunque habuerunt horoſcopum in XXI. parte Tauri, lanceati moriuntur.
LANCINO.] Ferio, lacero. Plin.lib.11,cap.34,2. Eſt & volucre canibus peculiare ſuum malum, aures maximè lancinans, quæ defendi morſu non queunt.
Bona paterna lancinata ſunt. Catul.in Iulium Cæſ.27,4.
LANEVS.] Vide LANA.
LANGA.] Genus animalis. Plin.lib.37,cap.2,20.
LANGVOR] defectus virium.
Aquoſus languor: Hydrops. Horat.2.Carm.ode 2,3.
Diſcedit languor à corpore. Ouid.epiſt.19,1.
Perpetuus corpora languor habet. Ouid.3.Triſt.eleg.2,5.
Pereſus multis languoribus. Catul.in Camerium,epig.51,7.
Molli languore ſolutus. Ouid.11, Metam.130.
Membra ſoluta languore. Ouid.11,Metam.123.
¶ Languo: *Laſsitudo*. Plaut. Aſin.11,28.
Vbi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo.
¶ Langueo: infirmus ſum.
Artus confecti languent. Lucret lib.3,193.
Corpora languent triſti morbo. Virg.4,Georg.51.
Cor languens. Catull. Argon.59,20.
Gratia. Silius lib 17,73.
Ictus. Lucan lib.3.238.
Nimboſum languet iubar lunæ. Stat.12. Theb.61.
Manu languenti tenere aliquid. Ouid.12,Metam.64.
Membra languentia. Lucret lib.6,160.
Vires in corpore languent. Ouid.1.de Ponto,eleg.5,1.
¶ Languere: *Timidum eſſe*. Salluſt. Si paulum modò vos languere viderint, iam omnes feroces aderunt.
¶ Langueſco. Virg.9. Aen 88,
Purpureus veluti quum flos ſuccifus aratro
Langueſcit moriens.
Lumina langueſcunt morte. Catull Argon.59,38.
Langueſcit cupido. Plin.epiſt.173.a.
Langueſcente colore in luteum Plin lib.27,cap.13,1.
¶ Languidus. Plin.epiſt.190.b. Quum iam ſatis ille primus impetus deferbuiſſet, & languidior in dies ira ad iuſtitiam rediſſet.
Aura languida Ouid.2.de Ponto,eleg.1.1.
Languida authoritas patrum facta eſt. Plin. lib. 15. ca.29.4.
Languida caſſis. Martial.lib.5.25.
Ceruix. Stat.10.Thebaid,60
Languido colore herba in candidum vergente. Plinius lib. 12,cap.12,2.
Languidulæ coronæ. Quint.lib.8,cap 3.
Conuiua languidus. Horat.2.Serm.Satyr.4,8.
Pulſus. Plin.lib.11,cap.37,85.
Languidus ignis. Plin.lib 34,cap.8,29.
Lamina languida. Catull. Argon.59,44.
Quies. Virg 12,Aen.180.
Semina nequitiæ languidiora facit. Ouid.3,Amor eleg.4,1.
Languidus ſuccus. Plin lib.9,cap.41,2.
Vina languidiora facit. Ouid.3.Carm.ode 21,2.
¶ Languidè. Colum.lib.11, cap.1. 15. Hoc igitur cuſtodire oportet villicum, ne ſtatim à prima luce familia cunctanter & languidè procedat Cæſ 7 bel.Gal.112.
¶ Languidulus. Somni languiduli. Catul Argon.59,66.
LANGVRIVM] electri ſpecies, ex langis ſiue langurijs factũ. Plin.lib.37,cap.2,20.
LANICIVM, LANIFER, LANIFICIVM, LANIGER.] Vide LANA. (2.3.25.
LANIVS.] Qui carnes in carnario vendit. Terent. Eunuch. Concurrũt læti mihi obuiàm cupedinarij, cetarij, lanij, coqui. Mart.lib. 6. 64, Omnia crudelis lanius per compita portat.
¶ Laniena: Officina in qua fiunt & vendũtur carnes. Plaut. Epid.5.16,
Per myropolia & lanienas, circumq; argentarias.
¶ Lanea: Laniena. Liu.lib 4.Decad.6.65, Laneasque & tabernas coniunctis in publicum emit
¶ Lanignus. Varro: Hoc interuallo primùm forenſis dignitas creuit, atq; ex tabernis lanignis argentariæ factæ.
¶ Lanionius: ad lanium pertinens. Sueton.in Claudio: Carnificem ſtatim acciti cum machæra menſaque laniona flagitauit.
¶ Lanio: Diſcindo. Liuius 9 ab Vrbe,4. Placari nequeant, niſi hauriendum ſanguinem, laniandaq; viſcera noſtra præbuerimus.
Laniare dentibus. Liu.2 bel.Pun.214.
Tenues laniauit amictus. Ouid.4, Metam.21.
Capillos laniare. Ouid 9,Metam.71.
Corpus. Ouid.4.Faſt.48.
Crinem. Ouid.2,Metam 70.
Membra ſua Ouid.14,Metam.39.
Mundum laniant venti Ouid.1,Metam.13.
Tunicam laniare Ouid.2 de Arte,35.
¶ Laniatus: Capillos laniata. Ouid.epiſt.14,11.
Genas laniata. Virg 12,Aen.121.
Sinus laniata Clymene. Ouid 2,Metam 67.
Claſſis laniata. Ouid epiſt 7,33.
¶ Laniatus: Verbale. Plin.lib 8,cap.40, Laniatuq; & latratu adactum, vt cogeretur fateri ſcelus.
¶ Laniarium: Laniena. Varr.2.de re Ruſt cap.4.3, Ignauum & ſumptuoſum eſſe, qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potiùs ab laniario, quàm ex domeſtico fundo.
¶ Laniſta: magiſter & inſtitutor gladiatorũ. Iuuen.Sat.3.15,
Hic plaudat nitidi præconis, filius inter.
Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenisq; laniſtæ.
¶ Laniſtæ auium, dicti ſunt à Colum.lib 8, cap.2,5. qui aues certaminibus præparabant.
LANOCVLVS.] Qui lana vitium oculi tegit, inquit Feſtus.
LANOSVS.] Vide LANA.
LANVGO] tenera pilatio Colum.lib.3,cap.21.7, quòd præcipuè caneſcit lanugine. Mart lib.1.115,
Dum nullà teneri ſordent lanugine vultus.
Comæ graciles inſtar lanuginis. Ouid.1.Amor.eleg.14.5.
Fuſcante tamen lanugine malas. Lucan.lib.10,17.
Noua lanugo. Ouid.5,Faſt 15.
Primæ lanuginis ætas. Ouid epiſt.21,17.
Primæ lanuginis anni. Propert lib.3.eleg.7,12.
Rara lanugo Plin lib 8,cap.37,3.
Ridens Claud.5.Paneg.14.
Roſea lanugine malæ Stat.9.Theb 141.
Mala cana tenerâ lanugine. Virg.eclog 2,11.
Frondium lanugine veſtiri. Plin.lib 7,cap 2.16.
Molli lanugine abundans herba. Lucret.lib.3.163.
¶ Lanugo: *pro Scobe*. Colum lib.4, cap.29.13, Nulla interueniente lenugine, quam excitabat antiqua terebra.
¶ Lanuginoſus. Plinius libro 22, cap.20.2. Lanuginoſior, & minùs pinguis.
LANVVIVM] pro obſcæna mulierum parte. Propertius:
Lanuuij ad portas, hei mihi, ſolus eram.
LANX.] Vas latum & profundum. Plaut Amph.16.21,
Lances detergam omnes: omnesq; trullas [illegible] m.
Cælata lanx. Ouid.3.de Ponto,eleg.5,4.
Cauatæ lances. Martial.lib.11,32.
Grandis lanx. Ouid.4.de Ponto,eleg.8,8.

Pandæ

Pandæ lances Virg 2.Aen.39.
Quadratæ. Vlpian. l. quum aurum.ff. de aur.& argent.&c. legat.
Rotundæ, Horat. 2.Serm.Satyr.4.8.
¶ Lanx: *Statera.*
Gemina iuſtum ſuſpendere lance.Perſius Sat.4.1.
¶ Lanx.*etiam vas fuit ſacrificÿs dicatum.* Auſon in Monoſyll.
Thuribula & pateræ, quæ tertia vaſa deûm lanx.
Virg lib.2,Georg.
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
LAPATHVM.] Herbæ genus, Plin.libro 20,cap.21,8.
Herba breuis lapathi Horat. 2.Serm.Sat.4,7.
LAPIS ] Plinius libro 36,cap.18,2, de mola verſatili: Nuſquam hic vtilior, quàm in Italia gignitur: lapisq;, non ſaxum eſt. *Idem*: Eſt & viridis lapis, vehementer igni reſiſtens, ſed nuſquam copioſus: & vbi inuenitur, lapis, non ſaxum eſt.
Coniectus lapidum, Lucretius libro 3,40.
Adeſi lapides. Horat. 4, Carm. Ode 29,8.
Lapis angularis. Cato cap.14,1.
Bibulus. Virg.2, Georg.70.
Clari lapides. Horat.3, Carm. Ode 13,3.
Lapis incuſus. Virg.1, Georg.55.
Lubricus. Senec. Medea, 10.2.
Molaris. Quint.lib 2.cap.19.3.
Nudus. Virg 1,eclog 10.
Parius. Virg 1, Aen.120.
Pelluciduli lapidis deliciæ. Catul. in Rufum, epig.64,1.
Lapide quadrato, vel lapide ſtruct. li reficiat. Vlpian.in l.& ſi forte § modus ff ſi ſeruit.vindic.
Stratus lapis. Paulus in l. ſi prius. ff. de aqua pluu. arcend.
Lapis viuus: quem Græci pyriten vocant. Gratius:
Et viuum lapidem, & circa melitenſia nectunt Coraliam.
De lapide emptos dicimus. Plaut. Bacch. 8,17,
O' ſtulte ſtulte, neſcis nunc vænire te:
Atq; in eo ipſo aſtas lapide, vbi præco prædicat.
Colum, libro 3 cap.3, De lapide vinitorem comparare.
Lapidem ferre altera manu; panem oſtentare altera. Plaut. Aulul 7,18.
Iactare lapidem Virg.2, Georg.6.
Iactu lapidum inceſſere aliquem. Ouidius 13, Metam.115.
Candidiore lapide notare diem. Catul. ad Mallium, epigram.63,10.
Lapis lapidem terit. Plaut. Aſin. 3,16,
Nunc me illuc ducis, vbi lapis lapidem terit.
Lapidem verberare. Plaut. Curcul 4,42.
¶ Lapidibus, apud veteres miliaria ſignabantur. Idcirco Lapis quandoq; pro miliario ponitur. Vnde ad quartum lapidem, & ſimilia, frequentiſſimè apud Liuium leguntur.
¶ Lapis: *pro Monte.* Virg 1, eclog.10.
— quamvis lapis omnia nudus,
Limoſoq; palus obducat paſcua iunco.
¶ Lapidem, hominem dicimus negligentem, ſtupidum. Terent. Heaut 4.73.
Cape hoc argentum, ac defer.s, hei. quid ſtas lapis?
Quin accipis? Idem Hecyra, 2,1,17.
Tu inquam mulier; quæ me omnino lapidem, haud hominem putas.
¶ Lapis: *Fœminino genere.* Ennius:
Tanto ſublatæ tunc agmine ſunt lapides.
¶ Lapideus. Plaut. Trucul. 7,40.
Lapideus ſum; commouere me miſer non audeo.
Lapideus murus. Liu.1, ab Vrbe, 161.
Lapidea duritia. Plinius libro 27, cap.11.5.
Lapideo imbri pluit. Liu.10.bel.Pun.180.
¶ Lapidoſus. Plinius libro 19, cap.8,31. In locis incultis lapidoſis.
Ager lapidoſus. Ouidius 8, Metam 162.
Lapidoſa corna. Virg.2, Georg 7.
Panis lapidoſus. Seneca de Beneſ.lib.2, cap.7.
Ictus grandinis Claud.de bel.Get 48.
Montes lapidoſi Ouidius 1, Metam 9.
Lapidoſum nitrum Plinius libro 31, cap.10,3.
Lapidoſis obruta pomis terra. Columel.libro 10, cap.2.
Riuus lapidoſus Ouidius 3.Faſt.55.
Lapidoſa terra: Lapidoſa loca, Var.1, de Re ruſt.cap.9,2.
¶ Lapidarius: *Adiectiuum.* Plaut. Capt.12,65.
Inde ibis porrò in latumias lapidarias.
¶ Lapidarius: Subſtantiuum. Vlpianus in l. ſi vt certo. §. ſed interdum ff. commodati. Nam & Mela ſcripſit, ſi ſeruus lapidario commodatus, ſub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam colligarit.
¶ Lapillus. Plinius libro 10, cap 23,1,
Nocturnis temporibus lapillum pede ſuſtinentes.



Niuei lapilli. Horat. 1, Serm Sat 2,36.
¶ Lapilli: *Lapides precioſi.* Horat.1 Serm.Sat.2,76,
Nec magis huic intra niueos viridesq; lapillos.
Peregrini lapilli. Ouidius de Nuce.29.
¶ Lapicidina: Locus vbi lapides exciduntur. Plaut. Capt. 12,78.
In lapicidinas facite deductus fiet.
¶ Lapido: Lapidibus cædo Quintilianus lib 8, cap.2, Lapidare quid ſit, manifeſtum eſt,
Lapidata templa. Sueton in Caligula.
Lapidare, *ad inanimata transfertur.* Macrob. Notantes eius impotentia ac dicacitate lapidatam.
Lapidauit: *pro Lapidibus pluit.* Liu. Decad.5, lib 3,48, Reate imbri lapidauit.
Propter crebriùs de cœlo lapidatum. Liuius libro 9, bell. Pun.49.
Lapidatum eſt. Liuius lib 4, Decad.5.
¶ Lapideſco. Plin. libro 32. Idem lib.32. de baccis coralliis Aiunt tactu protinus lapideſcere.
Lapideſcere in duritiem. Plinius lib.16, cap.6,4.
¶ Lapio: Durum efficio. Pacuuius: Lapit cor cura; ærumna corpus conficit Feſtus: Lapit, dolore afficit.
LAPPA.] Herbæ genus Plinius libro 21, cap.17,1 Notabile & lappa, quæ adhæreſcit: quoniam in ipſa flos naſcitur, non euidens, ſed intus occultus: & intra ſe germinat, velut animalia quæ in ſe pariunt. Idem lib.18, cap.17. Lappam inter frugum morbos numerat.
Tenax lappa Ouidius 2, de Ponto, eleg.1,3.
Lappæq; tribuliq; Virg.3, Georg 77.
¶ Lappaceus. Plinius lib.22, cap.17,1, Semina in capitibus lappaceis adhærentia veſtibus.
LAPHAGO,] Herba ſimilis anagallidi. Plinius libro 26.capite 10,8.
LAPSANA.] Olus ſylueſtre trium foliorum. Plin. libro 20, cap 9,15. Vide Varro. 3, de Re ruſt. cap.19,19, & Columel. lib 9, cap.4 4.
LAPSVS ] Vide LABOR.
LAQVEAR.] Virg.1, Aen.148,
— dependent lychni laquearibus aureis. Plin.lib.33, cap.3,17. Laquearia, quæ nunc & in priuatis domibus auro teguntur, poſt Carthaginem euerſam primò inaurata ſunt in Capitolio.
Summi laquearia tecti. Virg.8, Aen.5.
¶ Laqueatus. Laquearibus ornatus.
Laqueatum auro templum. Liuius.5, Dec.lib.1,72.
LAQVEVS.] Vinculum.
Teretes laquei Seneca Hipp.1,9.
Tenaces. Seneca.
Validi. Propert.lib.2.eleg 35,10.
Captare feras laqueis. Vir.1, Geor.28
Animam laqueo claudere. Ouid.7, Metam.123.
Implicare collum laqueis. Ouidius epiſt.2,29.
Interimere aliquem laqueo Horat 2.Serm.Sat.3,27.
Ligare gutturà laqueo Ouidius 6, Metam.27.
Nodatus collum laqueo. Ouidius 1, de Remed. amor, 4.
Premere collum laqueo. Horat.1, epiſt.17,8.
¶ Laqueus, *pro quacunq; re qua homo capi & irretiri poteſt.*
Inexplicabiles laquei. Quint.lib.5, cap.10.70.
Cadere in laqueos. Ouidius 3, de Arte, 118.
¶ Laqueatus: Laqueis irretitus. Colum.lib 6, cap.19,2. Cæterùm corpus laqueatum & diſtentum temonibus obligatur, ſicq; immotum medentis arbitrio eſt expoſitum.
LARES ] putati ſunt dij domeſtici. qui ad vrbis commoda vigilare dicuntur inter compita. Ouidius 6 Faſt.159.
Lucifero ſubeunte lares delubra tulerunt.
¶ Dij agrorum ab aliquibus vocati ſunt. Tibullus libro 1, eleg 1,4.
Vos quoque fœlices quondam, nunc pauperis agri
Cuſtodes, fertis munera veſtra Lares. Plin. libr 14, c.4.8. Non maria plus temerata conferre mercatori, quàm ſedulum ruris larem.
Ponere larem in montibus. Ouidius 5, Faſt.130.
Succincti lares. Perſ.Sat.5,4.
Lares, priuatorum domibus etiam præeſſe credebantur. Plaut. Aulul 3,2,
Ego lar ſum familiaris ex hac familia.
Lares viales apud Plautum, dij ſunt, qui viæ præſunt.
Lar, *pro ipſis ædibus.* Mart.lib.1,72.
Flacce Antenori ſpes & alumne laris. Horat.1, Ser.Sat.2,18,
Qui patrium: Numæ donat fundumq; laremq;.
Paruo ſub lare. Horat.3, Carm Ode 29,3.
Paterni laris inops Horat.2, epiſt.2,11.
Preſſus lar. Perſius Satyr.5,11.
Fodere larem ſub terris. Virg.4. Georg.9.
Lar, *pro parte interiore domus.* Ouidius .Faſt.28,
Omnis habet geminas hinc atq; hinc ianua frontes:

E' quibus hæc populum ſpectat; at illa larem.

Lar, *pro Igne*. Colum. lib. 11. cap. 1 17, de villico: Conſueſcatq; ruſticos circa larem domini focumq; familiare ſemper epulari.

¶ Lararium: Sacrarium domeſticum, in quo lares & dij domeſtici colebantur. Scribit Lampridius: Alexandrum Seuerum in larario rem diuinam matutinis horis factitaſſe, ad effigies deorum.

LARDVM] Plin. dixit; Lardum pingue hoc vnctum, quaſi & ma..rum dici poſſit. Mart lib. 5, 129.

Et pallens faba cum rubente lardo.

Fruſta ſemeſa lardi. Horat. 2. Serm. Sat 6, 18.

Graue lardum. Stat. 4 Sylu. 9, 7.

Natalitium cognatis ponere lardum. Iuuen. Sat. 11, 9.

Pinguia larda. Ouidius 6, Faſt. 34.

LARGIOR] Plinius libro 16, cap. 12. 4, Fructum quædam proximo anno ab inciſu largiuntur.

Beneficium ex facili largiri. Sen. de Benef. lib. 3, cap. 8.

Cœnam. Plaut. Amph. 4. 157.

Exſequias & ſolennia largiri alicui Stat. 12. Theb. 17.

Honores Horat. 2. epiſt. ..

Lentiam. Plaut Capt. 13, 60.

Mores. Plaut. Aſin 16, 82.

Munera. Propert. lib. 1, eleg. ., 5.

Occaſionem impudentiæ. Plin. libro 2, cap. 23, 4.

Largitur ſe vltrò Plaut. Mil. 18, 28.

Vitam. Plaut Aſin. 12, 20.

Si tempus non largitur. Colum. lib. 5, cap 9, 5.

¶ Largibere: *pro Largieris* Plaut. Bacch. 18, 30,

Tum libertatem Chryſalo largibere.

Largitor de re puer. Terent. Adelph. 5, 8, 18.

¶ Largitus: Paſſiuum. Plinius libro 17, cap. 11, 4. Aut ſi conditio largita non ſit.

¶ Largitor. Profuſor, prodigus. Liu. 6. ab Vrbe, 10.

Pronus largitor honorum Claud. 7, Paneg. 24.

Opum largitor. Stat 3, Syl. 1, 19.

Opum magnarum. Claud. 7, Paneg 24.

¶ Largitio.

Augere aliquem largitione. Tacitus libro 13.

Largitio, *pro liberalitate*. Cæſ. 1, bel. Ciuil. 153, Quo facto duas res conſecutus eſt: quòd pignore animos Centurionum deuinxit, & largitione redemit militum voluntates.

¶ Largitas. Abundantia. Terent. Adelph. ., 9. 28.

Quæ iſtæc ſubita eſt largitas? Idem Heaut. 3, 1, 32.

Vehemens in vtramq; partem Menedeme es nimis:

Aut largitate nimia, aut parſimonia.

¶ Largus. Plinius libro 11, cap. 14, 2, Vt largo alimento valida exeat ſoboles.

Largus opera nocturna. Plaut. Aſin. 12, 8,

Largus lachrymarum. Plaut. Aſin. 10, 30.

Opum. Virg. 11, Aen. 67.

Largus opum; lingua melior, ſed frigida bello

Dextra.

Rapinæ. Silius libro 8, 69.

Largior eſt lingua. Plaut. Aſin. 7, 24.

Animo largus. Tacitus libro 18.

Donare largus Horat. 4. Carm. Ode 12. 4.

Mercandi largus. Silius libro 15, 98.

Aeſtus largus. Lucretius libro 2, 228.

Aether largior. Virg 6, Aen. 128.

Fletus largos effundere. Virg 2, Aen. 55.

Flumen largum Virg. 1, Aen 94.

Fœtu largo pubeſcit vinea. Virg 2, Georg. 79.

Fons largus. Lucretius libro 5, 57.

Herbæ largæ. Horat. 4, Carm. Ode 2. 11.

Ignis largior. Horat 1, Serm. Sat. 8, 9.

Imber largus Ouidius 4, Metam. 57.

Larga luce repletus Lucretius libro 2, 152.

Mero largo celebrare diem. Ouid. 3, Faſt. 132.

Meſſis larga Ouidius 4 Faſt. 12..

Munera larga. Horat. 4, Carm. Ode 1, 4.

Largæ opes. Mart. lib 5, 26.

Pabula larga. Lucretius libro 5, 174.

Vina. Horat. 3, Carm Ode 18, 2.

Largiore vino eſt vſus. Liu. 10, bel. Maced. 58.

Vndę larga fluminis. Lucretius libro 1, 209.

Flagitare largiora. Horat. 2, Carm. ode 18, 3.

¶ Largè. Horat. 1, Carm. ode 9, 2.

Lingua ſuper foco largè reponens.

Largè blandus. Plaut. Aſin. 7, 19.

Menſæ conſtructæ largè Catul. Argon. 59, 61.

Largè ſunt illi facultates. Plin. epiſt. 46, 2.

Annuis victibus largè ſufficiens. Plin. libro 7, cap. 46, 1.

Largiùs, Comparatiuum. Terent. Eunuch. 1, 9, 48.

Principio & habet, quod det: & dat nemo largiùs.

Largiùs epulas celebrare. Liu. 5, bel. Pun. 127.

¶ Largiter.

Largiter vini. Plaut. Truc. 19, 10,

Opus nutrici vtrem habeat veteris vini largiter, vt dies noctesq; Potet.

Largiter argenti. Plaut. Rud. 24, 145.

Largiter mercedis. Plaut. Rud. 30, 28.

Auferre largiter Horat. 1 Serm. Sat 4, 27.

Largiter peccaſti. Plaut. Moſtel 7, 8.

¶ Largiloquus. Plaut. Ciſtel. 3. 3.

Largiloquæ extemplo ſumus; plus loquimur quàm ſat eſt.

¶ Largificus. Stipe largifica ditare aliquem. Lucretius libro 2, 127.

¶ Largifluus. Lucretius libro 5, 120,

Largifluum fontem ſcatere, atq; erumpere lumen.

LARIDVM] Idem quod Lardum Plaut. Capt. 14, 3.

Quanta pernis peſtis veniet? quanta labes larido?

LARIX] Arbor cognata abieti & pino: teſte Plinio libro 16, cap. 10, 5. Lucanus, libro ., 85.

Et larices, fumoq; grauem ſerpentibus vrunt Abrotonũ.

LARVA] Noxiæ inferorum vmbræ. Plaut. Aulul 24, 14.

Laruæ hunc, atq; intemperiæ, inſaniæq; agitant ſenem.

Larua *etiam perſonam ſignificat*. Plaut. Amph. 14, 18,

Larua vmbratilis, tu me minis territas?

Horat. 1, Serm. Sat. 5, 13.

Nil illi larua, aut tragicis opus eſſe cothurnis.

¶ Laruatus. Furioſus, & mente motus. Plaut. Menæch. 19. 2, Num laruatus erat, aut ceritus?

¶ Laruor. Firmicus lib 3, cap. 14, In nono ab horoſcopo loco Mercurius cum Venere partiliter conſtituti, faſcinantes mulieres dabunt vxores, quæ etiam ipſos artus laruari ac faſcinari faciant.

LASANVM] Vaſculum ad euacuandum ventrem. Horat. 1. Serm. Sat 6, 22,

Te pueri laſanum portantes, œnophorumq;.

LASCIVVS] Quintilia. lib. 6, cap. 4, Siculi quidem vt ſunt laſciui & dicaces, aiebant in delphino ſediſſe Varr. lib. 1, de Re ruſt. viatoris prætereuntis laſciui non metuens facem ardentem.

Laſciuus in vino. Plinius libro 10, cap. 42. 2.

Hœdo laſciuior, Ouidius 13 Metam. 170.

Aetas laſciua. Horat. 2. epiſt. 2, 44.

Capella. Virg. 2, eclog. 11.

Corpora. Ouidius 3, Metam. 138.

Forum laſciuum. Propert. lib. 4, eleg 9. 20.

Amor laſciuus. Tibul. lib. 1, eleg. 10, 12.

Carmina laſciua. Ouid. 5, Triſt. eleg. 1, 3.

Diſcurſus laſciuus. Claud. 2. in Eut. 21.

Grex Horat. ., Carm. Ode 13, 2.

Hymenæus. Silius libro 5, 5.

Laſciuus vxoris iocus cum marito. Plinius libro 8, ca. 40, 3.

Licentia laſciua. Horat. 1, Carm Ode 19, 1.

Nox. Ouidius 2, Amor. eleg. 10, 6.

Pagina. Mart. libro 1, 34.

Puella Virg 3, eclog 13,

Pueri laſciui. Horat. 1. Serm. Sat. 3, 27.

¶ Laſciuia. Plaut. Aſin. 7, 32.

O' catenarum colone, l. 1. ò virgarum laſciuia?

Laſciuiā Plinius libro 26, cap. 1, iocum petulantiâ & proeacitate improbum vocat. Vlpianus in l. Cornelia, ad legem Corn. de ſicariis. Quum quidam per l ſe uiam cauſam mortis præbuiſſet, comprobatum eſt factum Taurini Ignatij proconſulis Beticæ.

Læta laſciuia. Luc. libro 5, 281.

Veneris laſciuia. Ouidius 1, Amor. eleg 4, 5.

Recens. Quint libro 2, cap. 4, 3, Laſciuiæ recentis floſculis capti.

¶ Laſciuitas. Firm lib. 1, cap. 1, Nec Aſiana laſciuitas, ſobria Iouis moderatione corrigitur.

¶ Laſciuio. Senec. ad Lucilium: Nunquam vacat laſciuire diſtrictis: nihilque tam certum eſt, quam otij vitia negotio diſcuti.

Fugâ laſciuit agnus. Ouidius 7, Metam. 65.

Laſciuire alicui Stat. 1, Syl 5, 2.

LASER] Succus laſerpitij. Plinius libro 19. ca. 3. Ab his proximum dicetur authoritate clariſſimũ laſerpitium, quod Græci ſilphion vocant, in Cyrenaica prouincia repertum: cuius ſuccum vocant laſer, magnificum in vſu medicamentiſq;, & ad pondus argentei denarij penſum.

¶ Laſerpitium. Virgultum herbidum. Plinius libro 19, cap. 3, In Aſia laſerpitium gigni ſolitum, rem feram ac contumacem Plaut. Pſeud 1., 27.

Et laſerpitij libram, pondo diluunt. Colum. libro 6. capite 17. 6.

¶ Laſerpiciferæ Cirenæ. Catul. ad Leſbiam, 7, 1.

Laſerpitiatum acetum: id eſt, laſerpitij ſucco dilutum. Plinius li-

nius libro decimooctauo, capite. 30,10.
LASIRIS] Inter ornamenta muliebria numeratur à Polluce. libro 7, cap. 22.
LASSVS] Propert. libro 2, eleg 34,6,
At nondum eſt talos mittere laſſa manus.
Laſſus opere faciundo. Plaut. Aſin. 16,23.
Studio venandi. Ouidius 3, Metam 83.
De via. Plaut. Pſeud 9,68.
Viâ. Ouidius 5, Triſt. eleg. 5,1,
Amore. Ouidius 3, Amor eleg 6,16.
Laſſus animus & curâ confectus Terent. And. 2,1,5.
Aures laſſæ Horat 1. Serm Sat 10,2.
Humus laſſa. Ouidius 1, de Ponto, eleg. 5,3.
Lumina laſſa. Ouidius 7, Metam. 118.
Pietas laſſa malis. Ouidius 4, de Ponto, eleg. 8,2.
Laſſæ res. Plaut, Stich. 9,17.
Rebus laſſis petere ſolatia. Ouid. 5, Triſt. eleg. 2,9.
Sanguis laſſus, Stat 2, Theb. 134.
Stomachus. Horat. 2, Serm. Sat. 8.2.
Laſſa terra. Plinius libro 17, cap. 5,7.
Viſus laſſus. Stat. 1, Syl 3,3.
¶ Laſſulus. Catul. de Berecynthia, 58,7.
Itaq; vt domum Cybeles tetigerunt laſſulę
Nimio è labore ſomnum capiunt ſine Cerere.
¶ Laſſitudo. Cæſ. 2, bel. Gal. 310. Curſu ac laſſitudine exanimatus.
Reficit laſſitudines nitrum. Plinius libro 31, cap. 10,12.
¶ Laſſeſco. Plinius libro 30, cap. 16,12. Non laſſeſcere in nullo labore, qui neruos ex alis & cruribus gruis habeant.
¶ Laſſo: Fatigo. Plin. epiſt. 9, lib. 3. Multiſq; cauſis non laſſaretur modò, verumetiam confunderetur. Martial. libro 8,32, Laſſare dominum ſupplicibus libellis.
Artus laſſauimus calamo. Ouidius epiſt. 20,49.
Brachia laſſare aquis. Ouidius 3, de Ponto, eleg. 7,6.
Labor inſolitus iam me laſſauit. Ouidius 10, Metam. 20.
Tela laſſaret manus. Ouidius epiſt. 1,2.
¶ Laſſor: *Paſſiuum*. Ouidius. 2, Metam. 114,
— in molli nequicquam laſſor arena.
¶ Laſſatus. Iuuenal. Sat. 6,13,
Et laſſata viris, nondum ſatiata, receſſit.
Sequendo laſſata. Ouidius 9, Metam. 130.
Membra laſſata. Ouidius 6, Metam. 71.
LATE'] Vide LATVS.
LATEO] In occulto ſum.
Abditus latet agro. Horatius 1. epiſt. 1,1.
Clàm latére. Ouidius 2, de Remed, amor. 9.
Furtim. Ouidius 14, Metam. 55.
Latet mihi cauſa. Lucanus.
Tu mihi cauſa lates? Virg. 5, Aen. 1.
Latent eum doli. Virg. 1, Aen. 27.
Latet pleroſque. Plinius libro 2, cap 20,1.
Aequor latet ſub claſſibus. Virg 4, Aen. 116.
Amor. Ouidius epiſt. 17,9.
Ars. Ouidius 10 Metam. 51.
Error aliquis. Virg 2, Aen. 11.
Nocte latent fures. Catull. in carmine nupt. 57,7.
Res latuit patrem. Ouidius 4, Faſt. 42.
Virtus latet obruta paupertate. Claud. 2, Paneg 25.
Latet apud Martial. libro 5,19,
Nunquid apud Parthos Armenioſq; latet?
Latet in loco aliquo. Virg. 3, eclog. 19.
Latent ſub arcis. Plaut. Caſin. 15,31. Liuius 4, bel. Maced. 44, Sub vmbra Romanæ amicitiæ latebant.
Latet inter dentes. Plaut. Trinum, 13,77.
Latére tecto. Terent. Heaut. 4.2,9.
Triumpho, ſi licet me latére tecto, abſcedere.
¶ Latens. In aluo matris latentes. Horatius 4, Carmin. ode 6,4.
Manifeſtare latentem Ouidius 13, Metam. 22.
Dolus latens Stat. 10, Theb. 48.
Ira. Lucanus libro 5,52.
Gemitus. Lucanus libro 1,53.
Verba latentia Ouidius 9, Metam. 115.
¶ Latito: Frequentatiuum. Vlpian. in l. Fulcinius. ff. quibus ex cauſ in poſſ. eat. Latitare, eſt cum tractu aliquo latere: quemadmodum factitare, eſt frequenter facere.
Aper latitans fruticeto. Horat. 3, Carm ode 12,3.
Furta latitantia. Claud. 1, de raptu Proſerp. 22.
Latitare: *Actiue*, apud Plaut. in Trinum. 6.15,
— nam ij mores maiorum laudant; Eoſdem latitant.
¶ Latitatio, Quint. lib. 7, cap. 3,36,
Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, ſimilia.
¶ Latebra, Plinius libro 7, cap. 45,2. & lib. 8, cap. 27,3, Idem hyberna latebra viſu obſcurato, &c.
Cæcæ latebræ. Virg. 3, Aen 47.
Dulces. Horat. 3, epiſt. 17,1.
Curuæ. Virg 3, Georg. 109.
Tutæ. Silius libro 17,125.
Latebra ferarum. Liu libro 46. Plinius libro 10, cap. 19,10, Oenanthe quidem etiam ſtatos latebræ dies habet.
¶ Latebroſus: quo frequêtes latebræ ſunt. Plaut. Bacc. 1, 22.
Colles latebroſi. Silius libro 5 39.
Flumina latebroſa. Virg 8, Aen. 143.
Frondes latebroſæ. Claud. 3, Paneg. 63.
Latebroſus locus ad equites tegendos. Liu. 1, bel. Pun, 212.
Nox latebroſa. Lucanus libro 6,24.
Pumex latebroſus. Virg. 5, Aen. 43.
Saxa latebroſa. Ouidius epiſt. 4,21.
¶ Latebroſè. Plaut. Trinum, 6,2,
— pater adſum,
Impera quidvis, neq; tibi ero in mora: neq; latebroſè me abs tuo
Conſpectu occultabo.
¶ Latebricola. Plaut. Trinum. 5,14,
Latebricolarum hominum corruptor.
¶ Latibulum. Omnia latibula adire. Catul. de Berecynthia, 58,11.
¶ Latibulo: Lateo. Varro: Vide ne ſeruus domini latibulet.
¶ Latibulor: Deponens, Act us Putatoribus: Progredere, &, nequis latibuletur, proſpice Nonius Erotopægnion: Nocte vt opertus amictu latibuletur.
LATER] Vitruuius libro 1, cap. 5, ſub finem: Siue ſilex, ſiue cæmentum, aut coctus later, ſiue crudus, his erit extendum.
Lateres ducere. Vitruuius libro 2, cap. 3.
Laterem lauare: *pro Operam ludere*. Terent. Phorm. 1,4,9.
¶ Lateritius: Ex latere factus. Plinius Lapide duro ac ſilice æquo conſtruunt velut lateritios parietes.
¶ Laterculus: Paruus later. Plinius: Crudis laterculis ad formam camini. Curtius libro 5, ſcribit, laterculo coctili ſtructos fuiſſe muros Babylonios. Colum. libr. 8. cap. 14, 1, Sub porticibus deinde quadratæ haræ cæmentis, vel etiam laterculis exſtruuntur.
¶ Lateraria: Officina in qua fiunt lateres. Plinius libro 7, cap. 56.4. Laterarias ac domos conſtituerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres, Athenis.
¶ Lateruncularia: tabula in qua laterunculis luditur. Sen. epiſt, 118, circa finem: Nemo, qui ad incendium domus ſuę currit, tabulam laterunculariam perſpicit; vt ſciat quomodo alligatus exeat calculus.
LATERALIS] Vide LATVS, ſubſtantiuum.
LATERCVLVS] Vide LATER.
LATERNA] Martial. libro 14,66,
Dux laterna viæ clauſis feror aurea flammis:
Et tuta eſt gremio parua lucerna meo.
Laterna Punica. Plaut. Aulul 6,30,
Ita is pellucet, quaſi laterna Punica.
LATESCO] Vide LATVS adiectiuum.
LATEX] Humor. Virg. 1, Aen 739,
Regales inter menſas, laticemq; Lyæum.
Ouidius Palladios latices dixit, quū oleum dicere vellet.
Cupido laticum: Sitis. Lucretius libro 4,220.
Liquoris vitigini latex Lucretius libro 5,3.
Cærulei latices. Ouidius 3, Triſt. eleg. 10,6.
Perennes Lucretius libro 5,53.
Sacri. Ouidius 5, Metam. 53.
Calidi. Virg. 6, Aen. 44.
Congerere laticem in vas. Lucretius libro 3,205.
Abſynthi amarum perpotare laticem. Lucretius libro 4,4.
Gelido latice refouere aliquem. Senec. Agamem 8,2.
LATHYRIS] Plinius libro 27, cap. 11,2, Lathyris folia habet multa lactucæ ſimilia, tenuiora, germina multa: in quibus ſemen tuniculis continetur, vt capparis.
LATIBVLVM] Vide LATEO.
LATICLAVIVS, LATIFOLIVS, LATIFVNDIVM] Vide LATVS adiectiuum.
LATIO] Vide FERO.
LATITO] Vide LATEO.
LATOMIAE vel LATVMIAE] Lapidicinæ, & metalla ſaxaria. Liu. libro 6, de bello Pun. Comprehenſa poſtea priuata ædificia, compræhenſæ latomiæ forumq; piſcarium.
Ad latomias damnari ſolebat ij, qui in opus Metalli damnabantur. Plautus in Capt. 2,65.
Inde, inquit, ibis porrò in latomias lapidarias.
LATOR] Vide FERO.
LATRINA] Locus priuatarum ſordium, Apuleius de Aſino, libro 9 Omnia prorſus, vt in quandam cœnoſam latrinam, in eius animum confluxerant vitia. Varro libro 2, de Analogia: Deinde quum breuitatis cauſa nomina contraherent, quo eſſent aptiora, pro Lauatrina, latrinam nominauerunt.
¶ Latrina, *in quam lotura proijcitur*, Plaut. Curcul. 12,24.

Non pluris facio, quàm ancillã meam, quæ latrinã lauat.

¶ Latrinum, *neutri generis*: apud Laberium, teſte Nonio: Sequere in latrinum, vt aliquid guſtes ex Cynica hæreſi. Lucil. libro 6.

Hoc tu aptè, credit quemq; latrina periſſe.

LATRO] vocem canis edo. Virg. eclog. 3, 4.

— multùm latrante Lyciſca. Plaut. Amph. 1 5, 24.

Nec gannio, nec latro.

Latrare, *pro, Vociferari*.

Rumperis, & latras, magnorum maxime regum. Horat. 1, Serm. Sat. 3, 27.

Latrare aliquid. Lucretius libro 2, 4.

Latrare, *cum accuſatiuo*. Horat. 2, Serm. Sat. 1, 17.

— ſi quis Opprobrijs dignum latrauerit integer ipſe.

¶ Latror: *Paſſiuum*. Plinius libro 25, cap. 10, 7, Hanc habentes, negem latrari à canibus.

Latratur. *Imperſonale*. Ouidius 2, Triſt 92,

Scit cui latretur, quum ſolus obambulat ipſe.

¶ Latrans. — colla latrantia canis. Propert. libro 5, eleg. 18, 5.

Bella vndiq; latrantia. Claud 2, in Eutrop. 98.

Stomachum latrantem lenire. Horat. 2, Serm. Sat. 2, 4.

¶ Latratus: Participium.

Caput latratum Caphareі. Stat. 1, Achil. 91.

¶ Latrator. Virg. 8, Aen. 58.

Omnigenumq; deûm monſtra, & latrator Anubis.

¶ Latratus: Verbale. Plinius lib. 8, cap. 40, 1. Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percuſſorem domini, laniatu & latratu adactum, vt cogeretur fateri ſcelus.

Latratus grauis. Varro 2. de Re ruſt. cap 9, 4.

Aper actus latratibus. Ouidius 2, Faſt 47.

Claris latratibus actus ceruus. Ouidius 13, Metam. 173.

Dare latratus. Seneca Medea, 10, 21.

Vagis latratibus implet dumeta venator. Silius lib. 3, 60.

Remugit nemus latratu. Seneca Thyeſte, 8, 11.

Sæuit canum latratus in auras. Virg. 5, Aen. 52.

Turbare apros latratu. Virg. 3, Georg. 83.

LATRO] viarum obſeſſor, qui publicè vel per vim furatur.

Infeſti latrones. Horat. 2, Serm. Sat. 1, 9.

Latronem, *pro Venatore vſurpant nonnunquam poetæ*. Virg. 12, Aeneid. 2.

— fixumq; latronis

Impauidus frangit telum.

Latrones, *dicebantur etiam conducti milites, quos nunc ſatellites vocant*. Plaut. Milit. 3, 75,

Nam rex Seleucus me opere orauit maximo,

Vt ſibi latrones cogerem & conſcriberem.

¶ Latrunculus, ſiue Laterunculus, qui & Latro, eſt quo ludimus, ſedecim ſcrupis gemina acie vtrinque directis. Martialis: Inſidioſorum ſi ludis bella latronum. Seneca: Latrunculis ludimus. Idem. Ludebat latrunculis, quum centurio agmen, &c.

Prælia latronum ludere. Ouidius 3, Arte, 72.

¶ Latrocinor: Latronum more prædor.

Latrocinari ex occulto. Plinius libro 9, cap. 42, 3.

Latrocinari: *Mercede militare*. Plaut. Curcul.

Latrocinatus annos decem, mercedem accipio.

¶ Latrocinatio. Plinius libro 19, cap. 4, 10, Multitudinis innumeræ ſæua latrocinatio.

¶ Latrocinium. Cæſar 8, bel. Gal. 92, Quia repentino latrocinio atq; impetu incolæ illorum, &c. Horat. 1, Serm. Satyr. 3, 25.

— quum dicas eſſe pares res

Furta latrocinijs.

Imago latrocinij. Ouidius 2, de Arte, 42.

Agitare latrocinia. Tacitus libro 12.

¶ Latrocinium: *militia*. Plaut.

Qui apud regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium acceptitaſti.

¶ Latrunculator: rerum capitalium iudex. Vlpianus libro 5. Digeſt. de iudicijs l. ſolemus. Latrunculator de re pecuniaria iudicare non poteſt.

LATVMIAE] Vide Latomiæ.

LATVS] Participium. Vide FERO.

LATVS] adiectiuum: Specioſus, amplus. Terent. Heaut. 5, 1, 30. Huc eſt intrò latus lectus.

Agri lati. Virg. 8, Aen. 2.

Area lata. Ouidius epiſt. 1, 15.

Campi lati. Virg. 2, Georg 99.

Aequor latum. Horatius 1, epiſt. 2, 4.

Amnis latus. Virg. 1, Georg. 29.

Armi lati. Virg. 11, Aen. 129.

Flumina lata. Virg. 3, Georg 43.

Humum latum habebat. Ouidius 5, Faſt. 56.

Orbis latus. Horat. 1. Carm. ode 12, 12.

Lato ore ingens feneſtra. Virg. 2, Aen. 97.

Pectus latum. Ouidius. 1, Faſt. 116.

Latã radice arbor. Plinius libro 12, cap. 7, 5.

Regna latiſſima. Ouidius epiſt 2, 22.

Latus vnguis. Plinius libro 11, cap. 45, 1.

Latus pectore. Martial. lib. 12, 34.

Latus, *cum genitiuo*. Colum. libro 3, cap. 13, 4. Quidam dupondio & dodrante altum ſulcum, latum pedum quinq; faciunt.

Latus, *cum accuſatiuo*. Plin. lib. 6, ca. 26. de Babylone: Sexaginta millia paſſuum amplexa muris, ducenos pedes altis, quinquagenos latis.

Buccina tortilis in latum. Ouidius 1, Metam. 68.

¶ Latè: multis in locis. Plin. epiſt. 163, libro 8. ad Fabatum: Quibus videor à meo tuoque latere pronum ad honores iter, & audita latiùs nomina, & non ſubitas imagines relicturus.

Lucus latè ſacer. Virg. 8, Aen. 120.

Latè victrices cateruę. Horat. 4, Carm. ode 4, 5.

Aperire latiùs. Tacitus in vita Agricolæ.

Audiri latiùs. Tacitus libro 19.

Latè loca milite complent. Virg. 2, Aen. 99.

Diſcedere latè. Virg. 4. Georg. 72.

Effuſum latè mare. Horatius 1, epiſt. 11, 6.

Fuſus latiùs locus. Quint lib. 6, cap. 5, 9.

Longè lateq; remotus à vulgo. Horat. 1, Serm. Sat. 6, 4.

Latè atque inflatè omnia perſcribere ad aliquem. Cæſar 2, bel. Ciuil. 68.

Sparſa latè veſtigia currus. Ouid. 2, Metam 64.

Latè vagatus ignis. Liuius 4, bel. Pun. 215.

Latiùs *pro Diuturniùs*. Plin. lib. 3, epiſt. 10. Cuius famæ latiùs conſuletur, ſi diſpenſata & digeſta fuerit.

¶ Lateſco: Latus fio. Columel. lib. 2, cap. 10, 19. Quia non in ventrem lateſcunt; ſed tenuem radicem deorſum agunt.

¶ Latifolius: lata hæbens folia. Plinius libro 15. Diſtinctio myrti ſatiuæ atque ſylueſtris, & in vtraque latifoliæ. Idem lib. 15, cap. 7, 3, Optima laurus ad latifolia.

¶ Latifundium: habens latum fundum. Plin. libro 17, cap. 22, 23. Latifundijs non legitima naturæ feſtinatio. Idem libro 18, cap. 6, 4. Latifundia perdidere Italiam.

¶ Latuſclauus. Veſtis Senatoria. Plinius libro 2, epiſt 9. Ego Sexto latumclauum à Cæſare noſtro, ego Quæſturam impetraui.

Latiore clauo Tullus Hoſtilius primus è regibus Romanis vſus eſt: quem è purpura fuiſſe contextum, docet Plinius libro 9, cap. 39. Nam longa prætexta & latiore clauo, &c.

Hac veſte vtebantur etiam ſacerdotes. Silius:

Sacrificam lato veſtem diſtinguere clauo.

¶ Laticlauij, Senatores appellati ſunt: à lato clauo, quo vtebantur, Suet. in Auguſto: Ac ne expers caſtrorum eſſet, binos plerunq; laticlauios præpoſuit ſingulis alis.

Laticlauia tunica. Valerius libro 5, cap. 1.

LATVS] ſubſtantiuum. Virg. 2, Aen. 79.

— lateriq; Argiuum accommodat enſem.

Artifices lateris. Ouid, 3, de Arte, 71.

Conatus laterum. Quintil. lib. 1, cap. 1, 5.

Dolor. Horat. 1, Serm Sat 9, 7.

Inclinatio laterum fortis ac virilis. Quint. lib. 1. cap. 11, 12.

Ardua latera. Virg. 3, Aen. 134.

Forte latus. Horat. 1, epiſt. 7, 6.

Inualidum. Ouidius 3, Amor. eleg. 10, 3.

Longum. Senec. Hippol. 10, 11.

Longo nullus lateri modus. Virg. 5, Georg 11.

Niueum latus. Virg. eclog. 6, 11. Ouid. 2, Metam. 172.

Patiens latus laboris. Quint. in Proœm. libro 1, 20.

Rigidum. Stat, 6, Thebaid. 42.

Accommodare enſem lateri. Virg. 2. Aen. 79.

Adiungere aliquem lateri filij. Quintil. libro 1, cap. 2, 5.

Aſtare in latus obliquum. Ouid. 3, Metam. 38.

Cinxit latus enſe. Ouidius 2, Faſt. 157.

Latus conferere lateri. Ouidius epiſt. 2. 12.

Extentum curſu miſſâ latus eruit haſtâ. Ouid. 12, Metam. 96

Exſoluere à latere pugionem. Tacitus libro 19.

Exonerare latus enſe. Senec. Agamem. 6, 7.

Hæret lateri lethalis arundo. Virg 4, Aen. 15.

Munire latus nauis. Ouid. 11, Metam. 98.

Latus enſe peregit. Ouidius epiſt. 4, 24.

Reſoluit latus enſe. Ouidius ad Piſonem, 29.

Ima ſoluuntur latera. Virg. 3, Georg. 105.

Submittere latus. Ouid 3, Metam. 5.

¶ Latus mundi: *Regio* Horat. 1, Carm. ode 22, 4.

Homines à latere: *id eſt chari & amici*. Curtius lib. 5, Quam ad perniciem eius etiam à latere ipſius pecunia ſolicitaret hoſtis. Liuius 4, bel. Pun.

Campi latus. Ouid. 10, Metam. 134.

Aequa latera. Quint. libro 1. cap. 10, 31.

¶ Lateralis.

¶ Lateralis. Plinius libro 21, cap.25,4. Idem ſi lateralis dolor ſit, aut inter ſcapulas, aut in thorace.
¶ Latuſculum. Catul. ad Thallum, epigr.22,2,
Ne laneum latuſculum, manusq; mollicellas,
Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent.
Speculorum latuſcula. Lucretius libro 4,69.
¶ Laterarius. Laterarium lignum. Vitruuius libro 10, cap. 20. ipſi autem laterarijs circa fixis contineantur, teganturq; tabulis maximè palmeis.
LAVACRVM LAVATIO] Vide LAVO.
LAVDICENVS] Plin. epiſt.58,6, Inde iam non inurbanè σοφαλῆς vocantur, ἀπὸ τῦ σοφὸς κὴ [illegible] iiſdem Latinum nomen impoſitum eſt laudicœni: & tamen creſcit in dies fœditas, vtráq; linguâ notata.
LAVDO] cōmendo. Laudare laudibus. Plaut. Capt.7,63.
Ore alicuius laudari. Ouidius ad Liuiam, 33.
Carmine. Ouidius 3, de Ponto, eleg. 1,12.
¶ Laudare: *Nominare*. Plaut. Capt.7.63.
Id ſcias, Iouem ſupremum teſtem laudo, Aegio,
Me infidelem non futurum Philocrati.
Laudare, *nominatim citare & appellare*. Gellius libro 3, cap. 16, Varro vndecimo menſe naſci hominem poſſe dicit: eiusq. ſententiæ tam de octauo, quàm de vndecimo menſe, Ariſtotelem laudat authorem. Pompon. in l. tenetur. de actionibus empti & venditi. Si tibi iter vendidero, ita demum authorem me laudare poteris, ſi tuus fuerit fundus, cui acquirere ſeruitutem volueris.
¶ Laudo: *pro Recuſo, improbo, nolo*. Virg. in Georg.
— laudato ingentia rura;
Exiguum colito.
Laudando concipit ignem Ouid.10, Metam.116.
¶ Laudandus. loci nō laudandi. Ouidius 1, Triſt. eleg. 8,13
Voluntas laudanda eſt. Ouidius 3, de Ponto, eleg 4,16.
¶ Laudatus. Abundè laudatus. Ouidius 1, Triſt. eleg.6,7.
Falsò laudata fœmina. Ouidius 3, Amor. eleg 11,9.
Forma laudata. Ouidius epiſt.15,27.
Laudatiſſima forma. Ouidius epiſt.18, 27.
Virgo laudatiſſima dote formæ, Ouid 9, Metam.144.
¶ Laudator. Dare laudatores alicui. Quint.lib.3, cap.7,2.
¶ Laudatrix. Laudatrix Venus eſt inſidioſa mihi. Ouidius epiſt.16,26.
¶ Laudatio. Funebres laudationes. Quint.lib.3, cap 7.2.
Laus, & Laudatio, *differunt*. Senec epiſt.103, Præterea aliud eſt laus; aliud laudatio. Hæc & voce exigit. Itaq; nemo dicit laudem funebrem; ſed laudationem: cuius officium oratione conſtat.
¶ Laudabilis. Plaut. Perſa.17,1,
Aedepol dediſti virgo operam laudabilem, probam, & ſapientem, & ſobriam.
Carmen laudabile. Horatius de Arte, 83.
Opus, Lucretius libro 5,32.
¶ Laudatiuus. Quint.lib. 2. cap.16, Laudatiuam totam, quæ eſt pars rhetorices tertia.
¶ Laus: commendatio, gloria. Virg.5, Aen.71.
— primam merui qui laude coronam.
Laus caſeo Romæ, ex prouincijs Nemauſenſi, &c. Plin. lib. cap.42,1.
In laude olei nominatur id quoq;. Plinius libro 13. cap.1,1,
Beatus omni laudum cumulo. Stat 4, Sylu,3,32.
Dignus vir laude. Horat.4, Carm. Ode 8,6.
Inclytus laude Senec. Agamem.6,2.
Potentes laude homines Lucretius libro 6,3.
Aemulus laudis alicuius. Ouidius 6, Metam.171
Animus auarus laudis. Horatius 2, epiſt 1,37.
Cupido immenſa laudum. Virg.6, Aen.165.
Hæres laudis alicuis. Ouidius epiſt.9, 22.
Imago falſa laudis. Quint.lib.5, cap.8,2.
Antiquæ laudis res. Virg 2, Georg 45.
Armatæ. Claudian.2, Paneg.1.
Bellicæ Senec. Troade, 8.7.
Blandæ. Virg.3, Georg.38.
Inclyta laus. Senec. Hercul. Oetheo, 7,29.
Modica Quint.lib.1, cap 5,45.
Numeroſa. Ouidius ad Piſonem, 14.
Afferre laudem Quint.lib.1, cap.5 45.
Afferre laudem alicui. Virg.12, Aen 65.
Aſſerere ſibi laudes alicuius. Ouidius 1, Metam.93.
Longâ laude canendus. Stat.8, Theb.111.
Certare laudibus alicuius. Virg.2, Georg 28.
Conciliare laudem. Quint.lib.2. cap.7,4.
Coniungere laudem ad aliquid. Quint.lib.4, cap.1,11.
Creſcere laude Quint.lib.1, cap.2,20.
Creſcere laude poſtera Horat.3, Carm. Ode 30,2.
Cumulare aliquem laudibus. Tacitus libro 18.
Debetur illi laus. Horat.1. Serm. Sat.6,18.
Deterere laudes alicuius. Horat.1. Carm. Ode 6,3.
Detrectare. Ouid.5, Metam.50.
Dicere. Virg. eclog 6,2.
Dicere laudem alicuius rei. Quint.lib.1, cap.10,13.
In laudem dicuntur. Gel.lib.4, cap 9.
Dare laudem virtutis neceſſitati. Quint. lib.1, cap.8.10.
Duci laude ad peiora. Quint.lib.5, cap.12,17.
Edunt obliuia laudem Silius libro 12,234.
Egentes animi laudis Virg 5, Aen.151.
Facta mihi ferent laudem. Virg.11, Aen.159.
Inſigni laude ferre aliquem. Virg.1, Aen.127.
Florere laudibus. Lucretius libro 5,257.
Fraudare aliquem debita laude. Quint.lib.2, cap.14,1.
Obſoleſcit laus Tacitus libro 4.
Carmina veſtratum peragunt præconia laudum. Ouidius 4, de Ponto, eleg 8,9.
Amore laudum perculſus. Virg.9, Aen.40.
Spes magna laudis percuſſit cor meum. Lucret. lib.1,189.
Egregiam laudem referre. Virg.4, Aen.19.
Scribere laudes. Quint.lib.3, cap.4,3.
Laudem alicuius. Quint.lib.2, cap.15,20.
Magnæ laudi eſſe. Horat.2. Serm. Satyr.3,20.
Sumere laudem à crimine Ouid.6, Metam.95.
Tactus cupidine laudis. Ouidius 4, Triſt. eleg.5,3.
Tollere aliquem laudibus Horat.1, Carm. ode 21,2.
Venerari aliquem laudibus ac gratia. Tacitus libro 12.
Laudem vertit in crimina Ouidius epiſt.8,11.
LAVER] Herba, quàm Plinius libro 26, ca.8,8. Lauer quoque naſcens in riuis, cōdita & cocta, torminibus medetur.
LAVO] Terent. Eunuch.3.5,52,
Abeunt lauatum, perſtrepunt. Ouidius libro 3, Faſt.3,
Sacra lauaturas manè petebat aquas.
Terent. Heaut.4,1,5.
— atq; illa, ſi iam lauerit, mihi nuntia.
Omnes in fonte lauabo. Virg eclog.3,20.
Reliquias vino, & bibulam lauêre fauillam. Virg.6. Aen.46
Membra lauabis aquâ Ouidius epiſt.2,18.
Lachrymis vulnera ſæua lauat. Ouidius 3, de Arte, 148.
Studio geſtire lauandi. Virg.1, Georg 78.
Ire lauatum. Horat.1. Serm. Sat.5,28.
Lauare peccatum ſuum. Terent. Phorm.5,8,80,
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum:
Lauare, *pro lauari*. Terent. Eunuch. Act.3, ſcen.5,
— paucæ, quæ circùm illam eſſent, manent
Nouitiæ puellæ. continuò hæc adornant, vt lauet.
*Aliquot poſt verſibus*:
Cape hoc flabellum & ventulum huic ſic facito, dum lauamus. Vbi nos lauerimus, ſi voles, lauato.
¶ Lauo: Lauis. Cato cap.65, Si inquinata erit, lauito.
Sanguis ater lauit corpora. Virg.3, Georg 45.
Crines lauis amne Xantho. Horat.4, Carm. ode 6,6.
Mala dulci vino lauere. Horat.3, Carm. ode 12.1.
Ora manusq; tua lauimus Feronia lympha Horat.1, Serm. Satyr.5,5.
Proluuie larga lauere humida ſaxa. Lucretius libro 5,190.
¶ Lauatio. Plinius lib.8, cap.45,3, Lauatione calidæ aquæ traduntur pingueſcere.
¶ Lauacrum. Gellius libro 1, cap.2, Propulſabamus caloris incommoda lucorum vmbrâ ingentium, longis ambulacris, & mollibus ædium poſticum refrigerātibus lauacris.
Auidus ſplendere lauacris Claud.2, in Eutrop 82.
¶ Lauatrina: Vide LATRINA.
¶ Lautus, ſiue Lotus: Participium, Terent. Phorm.2,2,25.
Téne aſymbolum venire vnctum, atq; lautum e balneis?
In vnda lotus. Stat.1, Syl.5,13.
Manus lautæ, Horat.2, Serm. Sat.3 5,7.
¶ Lautus: Nomē: Elegans, & ſplendidus. Plaut. Pſeud.4.31,
— facite vt offendam parata omnia.
Vorſa, præſtega, ſtrata, lautaque, coctaq; omnia vti ſint.
Militariter lautus Tacitus libro 10.8
Lauta opera. Plinius libro 13, cap.4.10.
Lautus: *Diues, Nitidus*. Terent. Heaut.4,5,50,
Omnes te in lauta & bene aucta parte putant.
Lautus cibus. Terent. Adelph.3,3,72.
Lautiſſima cœna, Plin epiſt.194. Mart lib.5.102,
Illa quidem lauta eſt, dapibusq; inſtructa ſuperbis.
Lautiorum cœnæ. Mart.lib.13,7.
Lautiſſimum conuiuium. Plinius libro 14.2.
Culina lauta. Horat 2, Serm. Sat.4.1.
Epulæ lautiores. Stat.1, Syl.6,7.
¶ Lautè: Eleganter. Lautè veſtitus. Plaut. Caſin.18.10,
Lautè loqui. Plaut. Milit 14,11. Loquitur lautè, & minimè ſordidè. Terent. Eunuch.3.1,37, Facetè, lepidè, lautè, nihil ſuprà.
Lautè munus ſuum adminiſtrare. Terent. Adelph.5,1,2.
¶ Lautitia: munditia, quæ in veſtitu & cibo fit. Plin. libro 9 cap 55, Quum exquiſitis quotidie Antonius ſagina-



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ...NADA

retur epulis, ſuperbo ſimul ac procaci faſtu, vt regina meretrix lautitiam eius omnem apparatumq; obtrectans.

¶ Lauia : Munera, quæ Romani per Quæſtores legatis exterarum nationum mittebant. Liu.8, bel. Pun. 208, Locus inde lautiaq; legatis præberi iuſſa.

Lautia, *fœminine*. Liuius: Ad hoc ædes, libera loca, lautiæ, legatis decreta.

¶ Lotura. Plinius libro 35, cap.7,3, Differentiam artis eſſe, quòd alij minium faciunt prima lotura: apud alios id eſſe dilutius, ſequentis autem loturæ optimum.

LAVREA, LAVREOLA, LAVRICOMVS] Vide LAVRVS.

LAVREOTIS] Cinerula, quæ, dum argentum in fornace vritur, in ipſa fornacis area colligitur. Plinius libro 34, cap. 13,4. Fit & in argenti fornacibus ſpodos, quam vocant laureotin.

LAVRICES] Plinius libro 8, cap.55.1. Leporum generis ſunt &. quos Hiſpania cuniculos appellat; fœcunditatis innumeræ, famemq; Balearibus inſulis, populatis meſſibus afferentes. Fœtus ventre exſectos, vel vberibus ablatos, non repurgatis interaneis, gratiſſimo in cibatu: laurices vocant.

LAVRVS] Plinius libro 15, ca.30,1. Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratiſſima domibus, ianitrix Cæſarū Pontificumq; quæ ſola & domos exornat, & ante limina excubat. Lauri fruticem non icit fulmen: vt ait idem Plinius libro 15 cap.35,1.

Amantes carmina laurus. Stat.4, Sylu.6,20.

Laurus Apollinea. Ouidius 6, Faſt.19.

Fatidica laurus. Claud.3, Paneg. 12. Tibull. libro 2, eleg. 6,20.

At laurus bona ſigna dedit; gaudete coloni. Propert. libro 2, eleg 29,8, Et tacet extincto laurus aduſta foco.

Fragilis laurus. Virg.8, eclog.16.

Martia. Claud. in Præfat. Paneg 24.

Parnaſide lauro vinctus caput. Ouid.11, Metam.34.

Peneia laurus Ouidius 1, Metam Valer.1, Arg.79.

Phœbea lauro cingentur tempora. Ouid 4, Triſt. eleg.2,11.

Venturi præſcia laurus. Claud.2, de raptu Proſ.22.

Triumphales lauri. Ouidius 2, Amor. eleg 12.1.

Crinem innectere lauro. Ouidius 6, Metam.33.

¶ Laurea: Folium lauri. Plinio libro 15, cap.30,10. Vnius arborum Latina lingua nomen imponitur viris. Vnius folia diſtinguuntur appellatione: laureā enim vocamus.

Cana laurea. Ouidius 3, Faſt.29.

Gratiſſima Phœbo. Virg. eclog.7 13.

Laurea, *pro lauro*. Horat.2, Carm. Ode 15.2,

Tum ſpiſſa ramis laurea feruidis.

Laurea: *Corona ex lauro facta*.

Apollonari laureā donandus Horat.4, Carm Ode 2,2.

Mittere lauream ad aliq rem. Tacitus libro 19.

¶ Lauream, & Laurum, & Loream, pro eodem accipit Cato, lib. de Re ruſt.

¶ Laureus Laurea corona. Liuius 3 bel. Pun.45.

Laureus ramus. Plinius libro 15, cap.3-,9.

Serta laurea. Ouidius 2. Triſt 35.

¶ Lauretum. Plinius libro 15, cap.30, 10. Durat & in Vrbe impoſitum loco, quando lauretum in Auentino vocatur, vbi ſylua lauri fuit.

¶ Laureatus: Lauro coronatus. Feſtus: Laureati milites ſequebantur currum triumphantis, vt quaſi purgati à cæde humana intrarent vrbem.

Laureatus vomer *per tranſlationem*. Plinius libro 10, cap.3, 9, Ipſorum nunc manibus imperatorum colebantur agri, vt fas eſt credere, gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore.

Laureati poſtes. Quintilia. lib. 8. cap.6.

Laureatæ tabellæ. Liu. Decad.5, lib.5,3.

Literæ. Liu. lib.5, Decad.5.

Proſequi geſta laureatis. Tacitus in vita Agricolæ. Sub. literis.

¶ Laurifer. Plinius libro 15, cap 30,7. Lauriferam tellurem illam oſculatus ex reſponſo.

Currus lauriferi. Lucanus, libro 5 67.

Phœbus laurifer. Ouidius 3, de Arte, 78.

¶ Lauriger. Idem. Martial. lib.3,24.

— Laurigeros ageres quum læta triumphos,

Ibidem libro 7.5.

Martia laurigerā cuſpide tela virent.

¶ Lauricomus. Montes lauricomi Lucretius libro 6, 31.

¶ Laurinus Plin. libro 23, cap.4.9, Oleum laurinum vtilius, quò recentius.

Laurinis folijs. Plinius libro 19, cap.8,34.

LAVS] Vide LAVDO.

LAVTIA, LAVTITIA, LAVTVS] Vide LAVO.

LAX] Fraus eſt inquit Feſtus: vnde Lacire.

LAXAMENTVM, LAXATVS] Vide LAXVS.

LAXVS] latus, & ſpatij maioris. Virg.3, Georg.34.

Ac primùm laxos tenui de vimine circlos
Ceruici ſubnecte. Colum. lib.1, cap.3,8,

Nec dubium, quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quam anguſtus eximiè.

Paludes laxæ. Lucanus libro 2,15.

¶ Laxus: *Mollis remiſſus*. Virg.1, Aen.14.

Et premere, & laxus ſciret dare iuſſus habenas.

Amictus laxus. Ouidius 3, de Arte, 54.

Arcus. Virg.11, Aen.175, Ouid.2, de Rem.am.62.

Calceus laxus hæret in pede. Horat.1, Serm. Sat.3,7.

Laxa domus. Plin. in Paneg.82.

Funes laxi. Virg.8, Aen.142.

Ianua laxa. Ouid.3, Amor. eleg.1,10.

Sinu laxo ferre aliquid. Horat.2, Serm. Sat.3,35.

Tunica laxa. Ouid. epiſt.15,50.

Opes laxæ. Martial. libro 2,30.

Laxum tempus. Plin. epiſt.74.e. Proculus in l. quum ſtipulatus. ff. de verb. oblig. Quum ipſe arbitratu meo aliam diem operi faciundo laxiorem dederint.

¶ Laxè. Varro 2 de Re ruſt. cap.10,8.

Laxè diſtare. Plin. lib.13, cap.4,6.

Laxiſſime vagari ſeu ferri. Plin libro 2, cap.16,4.

¶ Laxum: pro Latè. Martialis:

— & adhuc ſuperet centies tibi laxum.

¶ Laxo. diluto.

Arua laxant ſinus. Virg.2, Georg.67.

Laxare: *Aperire liberare*. Virg.2, Aen.52,

Laxat clauſtra Sinon.

Laxare animum à laboribus Liu.2, bel. Maced.13.

Laxat annona. Liu.6, bell. Pun.107.

Quies laxauerat artus. Virg.1, Aen.172.

Catenas laxare. Lucanus libro 10,12.

Corpora laxantur rugis. Ouid.3, de Arte, 15.

Laxare curas ſomno. Virg.9, Aen.46.

Curas in otia. Claud. De magnete, 4,5.

Ferrum laxatur ad vſus innumeros. Stat.1, Achil.86.

Frenos laxat populis furentibus Lucanus libro 7,25.

Humus die laxatur Ouidius epiſt.2,25.

Iras laxare Stat 9, Theb.166.

Membra quiete. Virg 5, Aen.168.

Munera Bacchi laxarunt duram mentem. Silius libro 11,58,

Laxare ſeſe ab anguſtijs in latitudinem. Plin. lib.21, cap.5,1.

Tempus Sen. Medea, 7,9.

Vincula. Stat 1, Theb.27.

¶ Laxatus. Plin. libro 19, cap.1,10, Maceratas, indicio, eſt membrana laxatior.

Dolore laxata fœmina Stat.5, Theb 122.

Aer denſatus, & laxatus. Quint. lib.5, cap.9,10.

Claſſis laxata. Lucan. libro 3,109.

Laxatæ cuſtodiæ. Liu.1 bel. Pun.

Pugnæ. Liu. lib.1, bell. Pun.

Ordines laxati. Tac lib.19. Laxati ordines abrumpuntur.

Laxata nocte lucida nitent clauſtra. Silius lib.13,111.

¶ Laxitas: Dilatatio.

Laxitas viarum. Colum. lib.4. cap.18,2.

¶ Laxamentum. Plin. in Paneg.136, An non plerique Principes hoc idem tempus in aleam, ſtupra, luxum conferebant: quum feriarum laxamēta curarum, vitiorum contentione ſupplerent?

Laxamentum & veniam non habent leges, ſi modum exceſſeris. Liu.2, ab Vrbe, 13.

## L E

LEA] fœmina leonis. Lucretius libro 5 265,

Irritata leæ iaciebant corpora ſaltu.

Sæua lea. Ouidius 4. Metam.21.

LEA] braſſicæ genus. Plin lib.10. c.9, Alteram leam, latis folijs è caule exeuntibus.

LEAENA] Virg 2, eclog 13.

Torua leæna lupum ſequitur; lupus ipſe capellam.

Plin. libro 8, cap.16,4, Is ergo tradit, leænam primo fœtu parere quinque catulos; ac per annos ſingulos, vno minùs, ab vno ſterileſcere.

Getulæ leænæ. Horat 1, Carm Ode 20,1.

LEBES] Vas æneum, in quo quid igni applicamus vt ebulliat. Ouidius epiſt.3,7.

Viginti fuluos operoſo ex ære lebetes.

Curui lebetes. Ouidius 12, Metam.49.

Gemini ex ære. Virg.5. Aen.54.

LECHAEVM] alterius maris portum appellari, tradit Liu. in bello Mac. Stat.2. Sylu.2,7.

Culmen ab Inoo fert ſemita tecta lechæo.

LECTICA, LECTICARIVS] Vide LECTVS.

LECTIO] Vide LEGO, legis.

LECTVS] locus ſuper quo quieſcimus. Plinius libro 14, capite 22,2, Iam verò alios lectum exſpectare non poſſe.

Iura

Iura ſocialia lecti. Ouid. 3, Amor. eleg. 10, 9.
Succuba noſtri lecti. Ouid. epiſt. 6, 31.
Eburni lecti. Horat. 2, Serm. Satyr. 6, 21.
Furtiui fœdera lecti. Tibul. lib. eleg. 5, 2.
Genialis lectus. Horat. 1, epiſt. 1, 18.
Iugalis. Virg. 4, Aeneid. 99.
Obſcœnus. Ouid. 10, Metam. 92.
Quaſſus ab impoſito corpore. Ouid. epiſt. 11, 16.
Temerati fœdera lecti. Ouid. epiſt. 5, 21.
Vacuus lectus. Ouid. 10, Metam. 87.
Viduo diſcedere lecto. Ouid. epiſt. 1, 17.
Comminxit lectum potus. Horat. 1, Serm. Satyr. 3, 18.
Alienum lectum concutere. Iuuen. Satyr. 6, 3.
Imponere corpus lecto. Quint. lib. 6, cap. 1, 24.
Incumbere lecto. Ouid. 11, Metam. 132.
Temerare lectum alicuius. Ouid. 1, de Arte, 49.
Imi lecti deriſor: hoc eſt, eius qui in loco infimo diſcumbit. Horat. lib. 1, epiſt. 19, —& imi Deriſor lecti.
Deſiderato acquieſcimus lecto. Catul. ad Sirmionem, epigram. 29, 2.
¶ Lectum: Idem quod lectus. Vlpian. in l. librorum, in fine, ff. de leg. 3, Legatum lectum continet & fulcra.
¶ Lectulus. Caſtus lectulus. Catull. Argon. 59, 18.
Membra lectulo iacebant. Catul. ad Licinium. 47, 3.
¶ Lectiſternium. Liu. lib 5, ab Vrbe, 63. Item lib 7, Valer. Max. lib. 2, cap. 1, De nuptijs.
¶ Lectiſterniator. Plaut. 4, 29,

Tu eſto lectiſterniator; tu argentum eluito.

¶ Lectica. Plinius libro 17, capite 14, 1, In mollibus arborum lecticis.
Geſtamen lecticæ. Tacit. lib. 2.
Geſtare aliquem lectica. Horat. 2, Serm. Satyr. 3, 43.
Inditur lecticæ. Tacitus lib. 12, Ibi, monente Præfecto, feſtis vocibus exceptus inditur lecticæ.
¶ Lecticula. Sueton. in Auguſto, cap. 78, A' cœna ſe in lecticulam lucubratoriam recipiebat.
¶ Lecticariola. Mart. lib. 12, 59,

Ancillariolum tua te vocat vxor, & ipſa
Lecticariola eſt: eſtis, Alauda, pares.

LEGALIS] Vide LEX.
LEGARIVM] Vide LEGO, legis.
LEGATARIVS LEGATOR, LEGATVS] Vide LEGO, legas.
LEGIBILIS] Vide LEGO, legis.
LEGIFER] Vide LEX.
LEGIO] Varro lib. 4, de Ling. Lat. Diuiditur legio in decem cohortes: Cohors in quinquaginta manipulos: Manipulus in vigintiquinque milites pro vnoquoque manipulo. Liu. 7, bell. Maced. Vide Vegetium de Re militari, libro 2, capite 2, & ſequentibus.
Acies legionum. Tacit. lib. 3.
Contubernium. Tacit. lib. 1.
Completa legio per manipulos. Silius lib. 8, 93.
Conferta maniplis. Silius lib. 7, 79.
Tranſmotæ legiones. Tacit. lib. 13.
Validæ. Lucret. lib. 5, 247.
Curare legiones. Tacit. lib. 5.
Diſſociant legionem à legione. Tacit. lib. 1.
Dare alicui legiones. Liu. 1, bel. Pun.
Dare legiones in diſcrimen. Tacit lib. 2.
Longa legio cohortes explicuit. Virg. 2, Georg. 56.
Magnis legionibus imperitare. Horat. 1, Serm. Satyr. 6, 1.
Locare legionem. Tacit. lib. 20.
Legio parebat Tribuno. Horat. 1, Serm. Satyr. 6, 10,

Quod mihi pareret legio Romana Tribuno.

Præeſſe legionibus. Liu. de bel. Punico.
Pugnare legione. Quintil. lib. 2, cap. 13, 2.
Supplere legiones. Liu. 9, bel. Pun.
¶ Legiuncula. Liu. 5, bel. Maced 190, Videritis vix duarum plane plenarum legiuncularum inſtar in caſtris regis.
¶ Legionarius. Plinius epiſtol. 199. Centurio legionarius.
Legionarij. Cæſ. 1, bel. Ciu. 285, & 2, bel. Gal. 327. Item, lib. 6, 124.
Legionarij milites. Cæſ. 5, bel. Gal. 73, & lib. 1, 77, 179.
Legionariæ cohortes. Liuius 4, bell Macedon. 108, & libro 10, 218.
LEGIRVPA, LEGISLATOR, LEGITIMVS] Vide LEX.
LEGIVNCVLA] Vide LEGIO.
LEGO] legas: Legatum mitto.
Legare in. Salluſt. in Iugurtha: Legantur tamen in Africa maiores natu, nobiles amplis honoribus vſi.
Famulum legare aliquò. Catull. de Coma Berenicis, epigram. 61, 12.
Legare alicui. Plaut. Amphit. 4, 51.
Legare negotium alicui: *Committere.* Plaut. Caſin. 3, 10.
Legare fortunæ: *pro, Aſſignare.* Liu. 8, bel. Pun. 228.
Legare: *Teſtamento relinquere.*



Argentum autem omne legauit. Quint. lib. 5, cap. 14, 21.
¶ Legatus: Qui refert mandata alterius. Virgilius 11, Aeneidos 46,

Legati reſponſa ferunt.

Miſſi legati de magnis rebus. Horat. 1, Serm. Satyr. 5, 6.
Mittere legatum de aliqua re. Liu. 2, ab Vrbe, 79. Legatos de pace mittunt. Cæſar libro ſecundo, bell. Ciuil. Neque ſe ignorare, quod ſit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret.
¶ Legatio. Irritus legationis redijt. Tacit. lib. 20.
Fungi legationibus. Quintil. lib. 3, cap. 2, 4.
Gerere legationem. Quintil. lib. 7, cap. 5.
Legationem mittere ad aliquem. Quintil lib. 10, cap 1.
Eſſe in legatione. Quintil. lib. 7, cap. 2, Qui aberat, & qui militabat, & qui in legatione erat.
¶ Legatiuum: Id quod datur legato impenſæ nomine. Arcadius in l. munerum. de mun. & hon Legati quoq;, qui ad ſacrarium principis mittuntur, quia viaticum (quod legatiuum dicitur) interdum ſolent accipere. Vlpian. l. 2, ff. de legationibus. His qui non gratuitam legationem ſuſceperunt, legatiuum ex forma reſtituitur.
¶ Legatum. Modeſtinus in l legatum. ff. de legat. 2, Legatum, eſt donatio quædam teſtamento relicta. Et legati appellatione, fideicommiſſum, & mortis causâ donatio, continentur.
Legatum, eſt, quod legis modo, id eſt, imperatiuè, teſtamento relinquitur. Vlpianus titulo 24, eius libri, qui inſcribitur; Tituli ex corpore Vlpiani.
Petere legatum ex teſtamento. Quintil. lib. 4, cap. 14, 21.
¶ Legatarius: cui ex teſtamento aliquid legatum eſt. Iuſtinianus Inſtit. de legatis. § ſed ſi rem. Sed ſi rem legatarij quis ei legauerit, inutile eſt legatum.
Teſtator & Legatarius opponuntur. Pomponius in l. ſi ex toto ff. de leg. & fideicommiſs.
¶ Legator. Suet. in Tiberio, cap. 31, Iterum eo cenſente, vt Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit; quin rata voluntas legatoris eſſet.
LEGO] legis: colligo. Virg. 3, eclog. 19,

Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga.

Mala legere. Virg. eclog. 11.
Mala lecta ex arbore. Virg. 3, eclog. 14.
Poma legit ab arboribus. Tibul. lib. 1, eleg. 7, 7.
Nauita legit humida vela. Virg. 1, Georg. 15.
Legere venas. Celſus. Halitum alicuius ore legere. Virgil. 4, Aeneid. 137.
Legere ſermonē alterius: *per translationem.* Plaut. Pſeud. 6, 21.
Legere ſpolia. Liu. 5, ab Vrbe, 163.
Veſtigia. Ouid. 3, Metam. 2,

Subſequitur, preſſoq; legit veſtigia greſſu.

¶ Legere: *Oculis ſcripta percurrere.*
Oculis inuitis legere verba alicuius. Ouid. epiſt. 17, 1.
Commodè legere. Plin. epiſt. 114, b.
Intentè. Plin. epiſt. 190, a.
Malè, vel malignè. Plin. epiſt. 211, Idem epiſt. 215.
Iudicio candido legere aliquid. Ouid. 2, Triſt. 16.
Remiſſiùs. Plin. epiſt. 45, c.
A' poſteritate legi. Ouid. 3, de Ponto, eleg. 2, 6.
Scripta legere ſecum. Ouid. 2, Amor. eleg. 2, 4.
Verba legenda. Ouid. 3, Triſt. eleg 10, 15.
¶ Legere: *præterire.* Liu. 5, bel. Maced 76, Ipſe, compoſitis Siciliæ rebus, oram Italiæ legens, Ariminum peruenit. Virg. 3, Aeneid. 59, Littoraq; Epiri legimus. Idem 3, Aen. 26, —& crebris legimus freta concita terris.
¶ Legere: *Eligere.* Plin. de Viris illuſtrib. 36, Dum in curiam legerent, conſenſu ſeruorum oppreſſi, quum multa indigna paterentur, clàm Roma auxilium petierunt.
Tempus legere. Ouid. 1, de Arte, 72.
Tempus idoneum. Ouid. 9, Metam. 123.
In demortui locum. Liu. 3, bell. Pun. 106.
Senatum. Liu. 10, bel. Maced. 207.
¶ Legere: *Furari.* Virgil. 10, Aeneid. 16,

Quid ſoceros legere, & gremijs abducere pactas?

¶ Lectus: participium. Selectus.
Iuuenes lecti. Virg. 5, Aeneid. 146.
Iuuenum lectiſſimus. Stat. 5, Sylu. 1, 50.
Virgines lectæ. Horat. in Carmine ſeculari, 2.
Corpora lectiſſima: Virg. 9, Aeneid. 55.
Oſſa è vulneribus lecta. Quint lib. 6, cap. 24, Et ab accuſatoribus oſtendi cruentum gladium, & lecta à vulneribus oſſa, & veſtes ſanguine perfuſas.
¶ Lectio. Tædium lectionis. Quint lib. 2, cap. 12, 4.
Virilis lectio, & cum ſuauitate quadam grauis. Quint. lib. 2, cap. 8, 2.
Accelerare lectionem. Quint lib. 1, cap. 22.
Continuare. Idem lib. 1, cap. 1, 22.

Formare lectione. Idem lib.1,cap.11,7.
¶ Lectio: *Electio*. Liu. Et eam lectionẽ nemo ratã habuerat.
Lectio lapidum: *Collectio*. Colum.lib.2,cap.2,9.
¶ Legibilis. Vlpian in l.1,§.ff. de his quæ in teſtamen. delen. Sufficit autem, ſi legibilia ſunt inconſultò deleta.
¶ Lectus: Verbale: pro Delectu. Tacitus libro 20, Tutor Treuirorum copias recenti Vangionum, Caratatium, Tribocorum, lectu auctas, veterano pedite atque equite firmauit.
¶ Lector. Martialis lib.5,16,
—tu cauſa es lector amice mihi.
Placidus lector. Ouid.3,de Ponto,eleg.4,2.
¶ Lectitare: pro, Identidem colligere. Valer. libro 8, cap.8, Conchulas & calculos in litore lectitaſſe.
¶ Legulus: Qui vuas aut oleas colligit: teſte Varrone libro quinto de ling. Lat. Cato cap.144, Legulos, quot opus erit, præbeto.
¶ Legumen. Varro lib 1,de Re ruſt. cap.23,2. de cicere. Hoc enim quoq; legumen, & cætera quæ velluntur è terra, neque ſubſecantur, ſuccum tollunt: quæ quòd ita leguntur, legumina dicta. Virg. lib. 1, Georg. 5,
Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen.
¶ Legarium: Idem. Varro lib 1, de Re ruſt. cap. 32, Serendum vitiam, lentem, cicerculam, eruiliam, cæteraq;, quæ alij legumina, alij (vt Gallicani quidam) legaria appellant.
LEGVLVS, LEGVMEN] Vide Lego, legis.
LEMA] lachryma, congelata. Plinius libro 23, capite 1,36, Aut ſi cruore ſuffunduntur oculi: vel ſi lemæ in oculis erunt.
LEMBVS] nauicula breuis, & velociſſima. Liuius 8, bel. Pun. 40, Inde quinqueremibus ſeptem, & lembis viginti amplius, quos, vt adiungeret Carthaginienſium claſſi, miſerat in Corinthium ſinum, profectus ad Erytas Aetolorum. *Idem*: Nullam ipſe nauem, præterquam duos lembos, qui non plus quàm ſedecim remis agerentur, haberet.
Regijs ſubigere lembum. Virg. 1 Georg 41.
¶ Lembunculus. Tacit. lib. 14, Nando deinde occurſu lembunculorum Lucrinum in lacum vectam.
LEMMA] Sumptio, Argumentum. Martial. lib. 2,
Lemmata ſi quæris cur ſint aſcripta, docebo:
Vt ſi malueris, lemmata ſola legas. Idem alibi:
Viuida componis epigrammata; mortua ponis
Lemmata.
LEMNISCVS] ſtricta anguſtaq; tænia. Auſonius:
Et quæ iamdudum tibi palma poetica floret,
Lemniſco ornata eſt; quo mea palma caret.
LEMNISCI] Faſciolæ coloriæ, ex coronis dependentes. Plaut. Pſeud. 22,16,
Vnguenta, atque odores, lemniſcos, corollas dari dapſiles. Plin. lib. 21, cap.3,1, Craſſus diues, primus argento auroq; folia imitatus, ludis ſuis coronas dedit. Acceſſerunt quoque & lemniſci, quos adijci ipſarum coronarum honos erat, propter Hetruſcas; quibus iungi, niſi aurei; non debebant.
LEMONIVM] Herba. Plin. lib.25, cap.9,6, Lemonium ſuccum lacteum mittit, concreſcentem gummi modo humidis locis.
LEMVRES] Laruæ nocturnæ. Varro de vita P. Rom. lib.1, Quibus temporibus in ſacris fabam iactant noctu, ac dicunt, ſe Lemures domo extra ianuam eijcere.
Nigri Lemures. Perſ. Satyr. 5,19.
Nocturni. Horat. 2, epiſt. 2,42.
LENA] Vide Leno.
LENIS] Aura lenis. Ouid. 2, de Rem. amor. 83.
Lenes cibi, & Acres, apud Celſum opponuntur, lib.2, ca.21.
Flabra lenia. Virg. 3, Georg 40.
Merum lene. Horat. 3, Carm. ode 29,1.
Spiritus lenis. Tibul. lib.1, eleg.8,12,
Tormentum lene. Horat. 3, Carm. ode 21,3.
Ventus lenis. Virg. 6, Aeneid 42.
Volatus. Ouid. 12, Metam. 107.
Lene vinum. Terent. Heaut 3,1,50, Celſ lib 2, cap.18,
¶ Lenis, *pro miti modeſtoque*. Plaut. Epid 11,34,
Habe animum lenem, & tranquillum face. Terent. Heaut. 3,1,29,
Si te tam leni & victo eſſe animo oſtenderis.
Carmina lenia. Lucret. lib 5,277.
Conſilium lene. Horat. 3, Carm. ode 4,9.
Dominus non lenis Horat. 2, Serm. Satyr. 7,19,
Ira lenior. Ouid. 2, Triſt. 26.
¶ Leniter. Leniter agere. Liu. 7, bel. Pun. 52.
Ire. Ouid. 1, Amor. eleg. 6,2.
Placidè leniterq; procedere. Cæſ. 1, bel Ciuil. 274.
Suſpenſis leniter alis. Liu. 1, ab Vrbe, 154.
Leniter aut minaciter tentare. Plaut. Sticho, 18,2.
Leniter illuſtrans nox. Plin. lib.2, cap.18,2.
Manipulatim leniter componitur amomum. Plinius lib.12, cap.13,2.
¶ Lenè. Martialis:
Tepida natabis lenè Congedi vada.
Aura aſpirans lenius. Catul. ad Mallium, epigr. 63,13.
¶ Lenitas: Suauitas. Plin. lib.26, cap.8,7, Differentia intelligitur lenitate guſtus.
¶ Lenimentum. Plin. lib 25, cap.5,21, Nuper inuenêre diſſectis raphanis inſerere elleborum, rurſusq; comprimere raphanos, vt tranſeat vis; atq; eo lenimento dare.
¶ Lenimen. Ouid. 11, Metamorph. 91,
—addidit illis
Hoc quoq; lenimen, quo ſolo flexit amantem.
¶ Lenio: Polio, læuigo. Columel. libro quinto, capite 11,9, Quum deinde truncum recideris, acuto ferramento plagam lenito.
Lenire: *Placare, mitigare*. Salluſt. In tali tempore tanta vis hominis magis leniunda, quàm exagitanda videbatur.
Lenire: *Imminuere, leuare*. Terent. Heaut. 1,1,75,
—pro ſe quiſq; ſedulò
Faciebat, quò illam mihi lenirent miſeriam.
Lenire animum dictis Virg. 6, Aeneid. 94.
Clamorem Horat. 1, Carm. ode 27,2.
Curas ſomno. Virg. 4, Aeneid. 106.
Dolentem ſolando. Virg. 4. Aeneid. 79.
Dolorem leniuit morte. Silius lib. 17,96.
Dolores lenire requie. Ouid. 13, Metam. 94.
Moras. Ouid. epiſt. 18,42.
Noctem. Propert. lib.4. eleg.9,1.
Numina leniri poſſunt. Ouid. 3, Triſt. eleg. 5,6.
Pauorem hoſpitij leniuit. Silius lib. 8,16.
Remedia aſpera molli manu & leui lenire. Quintilian. lib. 2, cap.49.
Panis leniet ſtomachum. Horat. 2, Serm. Satyr. 2,4.
Superos lenire rogando Ouid. 4, de Ponto, eleg. 8,1.
Tempeſtates. Plin. lib. 18, cap. 29,8.
Tempus lenit odium. Ouid. in Ibin, 9.
Tigres & leones lenire. Horat. de Arte, 80.
Timorem. Virg. Aeneid. 91.
¶ Lenibo: *in futuro*. Propert. lib. 3, eleg. 21,7,
Lenibunt tacito vulnera noſtra ſinu.
LENO] ſcortorum productor. Terent. Adelph 2,1,34,
Leno ego ſum, fateor; pernicies communis adoleſcentium.
Auarus leno. Ouid 1, Amor eleg. 10,5.
Inſidioſus. Horat. 2. epiſt. 1,35.
¶ Lena. Lenas appellat Vlpianus, De ritu nupt. l. palàm. quę mulieres quæſtuarias proſtituunt.
¶ Lenullus: Paruus leno. Plaut. Pœnulo:
Ita vt occœpi dicere, lenulle, de illa pugna.
¶ Lenunculus. Plaut. Pœnulo, 19,8,
Sic deriſorem ære militari tetigero lenunculum.
Lenunculus: *Nauigium piſcatorium*. Salluſt. lib. 1, Hiſt. Indicit forte per noctem lenunculo piſcandum. Cæſar 2, bel. Ciuil. 186, Horum fuga nauium onerariarum magiſtros incitabat: Pauci lenunculi ad officium imperiumque conueniebant.
¶ Lenonius: ad lenonem pertinens. Plaut. Rud. 31,30,
—ne vt leno poſtules,
Te hic fide lenonia vti.
¶ Lenocinium. Vlpianus in l. palàm, ff. de ritu nupt. Lenocinium facere, non minus eſt, quàm corporis quæſtum exercere. Idem, de ijs qui notantur infamia. l. athletas. Lenocinium facit, qui quæſtuaria mancipia habuerit: ſed & qui in libris hunc quæſtum exercet.
Lenocinium: *Exquiſitior elegantia*. Suetonius in Auguſto: Omnis lenocinij negligens, & in capite comendo incurioſus.
Lenocinium: *Delinimentum*. Quint. lib.4, cap.2, Caret enim cæteris lenocinijs expoſitio.
¶ Lenocinari: Gratiam conciliare. Plin. lib.2, epiſt. 9,c, Poteſt tamen fieri, vt, quanquam in his difficultatibus, libro iſti nouitas lenocinetur. Quint. lib.5, cap 2.
LENS] lendis. Plin. lib.28, cap.11,3. Quo cum aceto calefacto & lendes tolluntur. Idem lib.29, cap.6,5.
LENS] lentis. Genus leguminis. Plin lib.15, cap.12, Inuenio apud veteres authores, æquanimitatem fieri veſcentibus lente. Virg. 1, Georg. 46,
Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis.
¶ Lentim, pro lentem, frequens apud Catonem vt, cap.35, Lentim in rudeto & rubricoſo loco, qui herboſus non fiet, ſerito.
¶ Lenticula. Plin. lib.35, cap.11,3, Folia ſunt lenticulæ ſimilia. Idem lib.18, cap.12,5.
¶ Lenticulæ: *Maculæ in corpore*. Celſus lib.6, cap.5, Lenticulas tollunt galbanum & nitrum.

❡ Lenticula: figuræ genus. Plinius lib. 37, cap. 12, 4, de gemmis. Figura oblonga maximè probatur: deinde quæ vocatur lenticula: poſtea clypeidos & rotunda: anguloſis minima gratia.

Lente, Lenteſco] Vide Lentvs.

Lentigo] Macula ſubruſa. Plinius libro 20, capite 20, 9, de atriplice: Nec niſi mutatâ ſæpe aquâ coquendum: ſtomacho contrarium eſſe: lentigines & papulas gignere. Idem libro 20, capite 6, 10, Lepras, lichenas, lentigines exulcerat.

Lentiscvs] Arbor, quæ maſtichen gummi modo ſudat. Colum. lib. 5, cap. 10, 6, In imum ſcrobem lentiſci taleam inuerſo cacumine demittito. Mart. lib. 6, 74,

Foditq; tonſis ora laxa lentiſcis.

Ex lentiſco dentiſcalpium Mart. commendat, lib. 14, 22,

Lentiſcum melius: ſed ſibi frondea cuſpis
Deſuerit, dentes pinna leuare poteſt.

❡ Lentiſcinus. Plinius libro 23, cap. 2, 7, Tunc addito lentiſcino oleo.

❡ Lentiſciferus. Linternum lentiſciferum. Ouidius 15, Metamorph. 143.

Lentitia, Lentitvdo, Lento, Lentor] Vide Lentvs.

Lentvs] Tener & flexibilis. Plaut. Aſina 11, 29,

Vbi ſæpe ad languorem tuâ duritiâ dederis octo
Validos lictores, vlmeis affectos lentis. Virg. 5, eclog. 4,
Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ.

Brachia lenta. Horat. Epod. 15, 2.
Haſtile lentum. Ouid. epiſt. 4, 18.
Radix lenta. Ouid. 11, Metam. 16.
Rami lenti. Virg. 4, Georg. 112.
Lenta vincula eſcaria. Plaut. Men. 3, 18.
Lentus in frangendo calamus. Plin. lib. 12, cap. 22, 3.

❡ Lentus: *Facilis.* Lucilius Satyrarum lib. 11, Lucius Cotta ſenex Craſſi pater, huius Paneti magnus, trico fuit nummarius, ſoluere nulli lentus.

❡ Lentus: *Tardus.* Valer. Max. lib. 1, cap. 2, Lento enim gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira, tarditatemq; ſupplicij grauitate compenſat. Quintil. lib. 9, cap. 4, Particulæ graues, acres, lentæ, celeres, remiſſæ.

Lentus cœpti terra cunctaris Ibera. Silius lib. 3, 36.
In ira lentus. Ouid. epiſt. 16, 50.
Cupido lentus. Horat. 4, Carm. ode 13, 2.
Ignibus lentis macerari. Horat. 1, Carm. ode 13, 2.
Ira lenta. Ouid. epiſt. 3, 5.
Mora. Martial lib. 1, 23.
Paſſibus lentis peragere iter. Ouid. 5, Triſt. eleg. 11, 2.
Lentior pugna Liu. 10, bel. Pun. 83.
Spes lenta Ouid. epiſt. 2, 2.

❡ Lentus: *Securus & otioſus.* Virg. 3, eclog. 1,

Nos patriam fugimus: tu Tityre lentus in vmbra, &c.

Lentus ſpatiare ſub vmbra. Ouid. 1, de Arte, 14.

❡ Lentus: *Frigidus.* Virg. 1, Georg.

—noctis lentus non deficit humor.

Tellus lenta gelu. Propert lib. 4, eleg. 3, 8.
Lentus color. Plin. lib. 12, cap. 25, 10, Color in quacunq; natione præfertur rufus, & pinguiter lentus.
Lentus ignis è palmis: hoc eſt, moderatus. Plinius libro 13, capite 4, 11.
Lentus tepor: *Remiſſus.* Plin. lib. 12, cap. 19, 10.
Carbonibus lentis vrere aliquem. Ouid. 3, Triſt. eleg. 11, 10.
Amor lentus me torret. Horat. 3, Carm. ode 19, 6.
Lenta viuacitas: *Tenax & longa.* Plin. lib. 8, cap. 27, 4.
Virgis ſalicis lentior. Ouid. 13, Metam. 171.

❡ Lentè: Tardè. Plin. epiſt. 13, 2, Ac tum quoque lentè cunctanterq; veniunt.

Aſellus lentè gradiens. Ouid. 11, Metam. 36.
Lentè agere. Liu. 1, ab Vrbe, 42.
Lentiſſimè mandere. Colum. lib. 2, cap. 15, 3.
Lentè naſci. Plin. lib. 12, cap. 14, 9.

❡ Lentitia. Flexibilitas & mollitia. Plin. lib. 16, cap. 37, 2, Aliæ virgas ſequacis ad vincturas lentitiæ.

❡ Lentitudo: Tarditas.

Lentitudo exitus vel mortis. Tacit. lib. 16. Idem lib. 15.

❡ Lentor: Humor tenax & glutinoſus. Plinius libro nono, capite 51, 3, de piſcium generatione: Quæ durioris teſtæ ſunt, vt murices, purpuræ, ſaliuario lentore. Columel lib. 5, cap. 6, 5, Vt aliquem tamen ſuccum & lentorem habeat, inijciemus areis. Plin. lib. 13, ca. 5, 2, Fert & folliculos, emittentes quædã animalia ſeu culices, lentoremq; reſinoſum.

❡ Lento. Virg. 3, Aeneid. 77,

Antè & Trinacria, lentandus remus in vnda.

Arcus lentare. Stat. 1, Achil. 88, hoc eſt, flectere.

❡ Lenteo: lentus, ſum. Lucilius: Lentet opus.

❡ Lenteſco. Virgilius 2, Georg. 50,

Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo. Col. libro 11, cap. 2, 70, Quæ ſi natura minùs lenta eſt, ante dies quindecim præcidenda, & purgata in ſtercore obruenda eſt vt lenteſcat. Idem lib. 2, cap. 11, 9.

Lenteſcere dente. Plin. lib. 12, cap. 16, 3.
Curæ lenteſcunt tempore. Ouid. 2, de Arte, 72.

Lenvllvs, Lenvncvlvs] Vide Leno.

Leo] Horat. 1, Carm ode 20, 1,

Græca, quod ego ipſe teſta    Conditum leuí.

Leo.] animal. Plin. lib. 8, cap. 16.
Genus acre leonum. Ouid. 4, Faſt 43.
Triſte leonum ſeminium. Lucret lib. 3, 149.
Vis violenta leonum. Lucret. lib 3, 60.
Aſper leo. Horat. 3, Carm. ode 2, 3.
Auidus. Ouid. epiſt. 9, 8.
Cæſius. Catull. de Acme. 42, 2.
Flauus Horat. Epod. 16, 7.
Frendens Silius lib. 10, 5.
Fuluus. Virg. 2, Aeneid. 145.
Hirſutus. Ouid epiſt 9, 23.
Horridus. Senec. Herc. Oeth. 12, 11.
Inſanus Horat. 1, Carm. ode 16, 3.
Iracundus. Ouid. 15, Metam. 18.
Iubatus. Senec. Thyeſt. 8, 22.
Magnanimus. Ouid 3, Triſt eleg. 5, 7.
Magnus. Virg. eclog. 4, 5.
Rapidus. Horat. de Arte, 80.
Sæuus. Lucret. lib. 5, 62.
Sanguineus. Valer. 3, Argonaut. 119.
Toruus. Claud. 2, in Eut. 61.
Trux. Valer. 8, Argon. 92.
Validus. Lucret. lib 5, 197.
Violentus. Ouidius 2, Metam. 17.

❡ Leo marinus, *ex cancrorum genere.* Plin. lib. 32, cap. 11, 7.

Leo: *ſignum Cæleſte.* Plin. lib. 17, cap. 24, 1.
Stella veſani leonis. Horat. 3, Carm. ode 29, 4
Aeſtiuus leo. Claud. 1, in Ruff 74

❡ Leoninus. Adeps leoninus Plin lib. 24, cap. 17, 9. Leoninã ſpecies, Varro 2, de Re ruſt. cap. 9, 4.

Leontice] Herba. Plin. lib. 25, ca. 11, 9, Cacalia, ſiue leontice vocatur: ſemen margaritis minutis ſimile, dependentis inter folia grandia, in montibus ferè.

Leontios] Gemma. Plin lib. 37, cap. 11, 5, Sunt & à leonis pelle & pantheræ nominatæ; leontios, pardalios.

Leontopetalon] Herbæ genus, pedi leonis folia ſimilia habentis. Plin. lib. 8, cap. 11, 3.

Leontophonon] Exiguus vermis, naſcens quàm vbi leo gignitur: quo guſtato, ſtatim exſpirat leo. Plinius libro 8, capite 38.

Leontopodion] Plinius libro 26, cap. 8, 10, Herba hæc amatoria eſt.

Leopardvs] Animal ex leone & panthera natum, vel ex pardo & leæna. Plin. lib. 8, cap. 16.

Lepidivm] Herba. Columel. lib. 12, cap. 8, Sunt, qui ſatiui, vel etiam ſylueſtris lepidij herbam quum collegerunt, in vmbra ſiccent. Plin. lib. 19, cap. 8, 33, Peregrinum fuit & lepidium. Seritur à Fauonio. Dein quum fruticauit, iuxtà terra præciditur.

Lepidotes] Gemma, quæ ſquamas piſcium imitatur. Plin. lib. 37, cap. 10.

Lepidvs] Plaut. Milit. 10, 65,

At quidem illuc ætatis qui ſit, non inuenies alterum
Lepidiorem ad omnes res.    Terent. Eunuch. 3, 3, 25,
O' capitulum lepidiſſimum!

Cantio lepida & ſuauis. Plaut. Sticho, 15, 19.
Cardo lepidus. Plaut. Curc. 2, 94.
Cauſa lepida. Plaut. Trinum. 11, 58.
Coniux lepidiſſima. Catul. de Gallo, epigram 73, 1.
Dictum lepidum. Horat. de Arte, 56.
Dies lepidus. Plaut. Aul. 28, 4.
Facinus lepidum. Plaut. Pœn. 14, 79.
Fama lepida. Plaut Trinum. 6, 96.
Forma lepida & liberalis. Plaut. Epid. 2, 41.
Libellus lepidus. Catul. ad Cornelium, epigr. 1, 1.
Literæ lepidæ Plaut. Pſeudolo, 3, 25.
Locus lepidus. Plaut. Bacchid. 1, 51.
Mores lepidi. Plaut. Moſtel. 4, 12.
Nuntium lepidum. Plaut. Sticho, 5, 2.
Tabellis lepidis, lepida conſcriptis manu. Plaut. Pſeud. 3, 26.
Verſus lepidi. Catul. ad Flauuium, epigr. 6, 4.
Vnguentum lepidum Plaut Caſin. 6, 12.
Lepida memoratu. Plaut. Bacchid. 1, 28.

❡ Lepidùm: pro Lepidè. Plautus Pœn. 14, 39, Lepidùm eloquere.

❡ Lepidè. Lepidè hercle adiuuas Plaut. Perſa, 14, 5.

Lepidè efficiam, mea hera, officium. Plaut. Trucul. 16, 1.
Ego hoc effectũ lepidè tibi tradam; tace. Plaut. Curc. 8, 15.

Lepidè

Lepidè intelligere. Plaut. Trucul. 14,9.
Lepidè ſtratus lectus. Plaut. Pœn 9,84.
Lepidè hercle animum tentaui tuum. Plaut. Aulul. 31,18.
Lepidè memoras Plaut. Bacchid. 1,35.
Lepidè volo molliculas eſcas Plaut. Caſin. 11,55.
Vin' tu lepidè facere? Plaut. Milit. 13,31.
Lepidè referre gratiam. Plaut. Trucul 4,13.
¶ Lepidulè. Plautus Pſeud. 7,115, Eam circumducam lepidulè.
LEPISTAE] Vaſa quædam antiquis vſitata. Varro de Vit. pop. Rom. li. 1, Lepiſtæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus pleriſq; aut fictiles ſunt, aut æneæ.
LEPOR & LEPOS] Plaut Caſina, 6,3,
Nec pote quicquam commemorari, quod plus ſalis,
Pluſq; leporis habeat hodie. Plinius lib. 17, cap. 1,4, Craſſus faceto lepôre ſolers.
Diſertus lepôrum ac facetiarum. Catul. in Aſinium, epigr. 12,2.
Nitidus & leuis lepor. Lucret. lib. 5,253.
Vario diſtincta lepôre omnia. Lucret. lib. 5,276.
Aeternum dare lepôrem dictis. Lucret. lib. 1,6.
Perfuſa lepôre omnia corrident. Lucret. lib. 4,17.
Medio de fonte lepôrum ſurgit amari aliquid. Lucretius libro 4,228.
LEPORINVS. LEPORARIVM] Vide LEPVS.
LEPRA] Plinius libro 24, Lacryma vitium, veluti gemma, lepras, & lichenas, & ploras, nitro ante præparatas, ſanat.
LEPVS] Varro lib. 3, de Re ruſt. cap. 12, Lucius Aelius putabat ab eo dictum leporem, à celeritudine, quòd leuipes eſſet. Ego arbitror à Græco vocabulo antiquo, quòd cum Aeoles Bœotij λέπορις appellabant Plaut. Capt. 4,81,
I modò, venare leporem; nunc itym tenes. Vide Gellium lib. 1, cap. 18.
Auriti lepores. Virg. 1, Georg 62.
Fœcundi leporis ſapiens ſectabitur armos. Horat. 2, Serm. Satyr 4,9.
Exagitatus lepus. Ouid. 3, de Arte, 132.
Pauidum captare leporem. Horat Epod. 2,7.
Proni lepores. Ouid. 1, de Remed amor. 41.
Solicitus lepus. Ouid. Faſt 75.
Venari leporem canibus. Virg. 3, Georg. 82.
Lepus à poſteriore parte, pulpamentum de ſe præbet; eaq; corporis parte lautiſſimus eſt. Horatius 2, Serm. Satyr. 4,9, Fœcũdi leporis ſapies ſectabitur armos. Teren. Eun. 3,1,36,
Lepus tute es; & pulpamentum quæris.
¶ Lepus: *Piſcis ex laceriorum genere*. Plin. lib. 32, cap. 11,7.
¶ Lepuſculus. Varro 3, de Re ruſtic. cap. 3,5, Et Columel. in Præfat. lib. 9,1.
¶ Leporinus. Leporinus cinis. Plin. lib. 28, cap. 11,4.
Leporinum lac. Varro 2, de Re ruſt. cap. 11,4.
¶ Leporarium. Varro de Re ruſt. libro 3, capite 3,1, Leporaria te accipere volo; non ea quæ tritaui noſtri dicebant, vbi ſoli lepores ſint. Ibidem, capite 12, Vide Gellium libro 2, capite 20.
LESSVS] Lugubris eiulatio. Plaut. Trucul. 26,18,
Thetis quoq; etiam lamentando leſſum fecit filio.
LETHALIS] Vide LETHVM.
LETHARGVS] marcor & inexpugnabilis penè ſomni neceſſitas; inquit Celſus lib. 3, cap. 20, cum alienatione mentis. Plinius lib. 20, cap. 12,1, Præterea inſaniam facere, & lethargos, & iecineris vitia.
Vndæ nigræ lethargi. Lucretius lib. 3,170,
Adde, quòd in nigras lethargi immergitur vndas.
Grauis lethargus. Lucret. lib. 3,95.
Grandi lethargo oppreſſus. Horat. 2, Serm. Satyr. 3,20.
Preſſus graui lethargo. Quintil. lib. 4, cap 2,76.
¶ Lethargia: Idem. Plin lib. 24, cap. 9,7, Semen inſtillatur in oleo decoctum capiti, in lethargia & phreneſi.
¶ Lethargicus. Plin. lib. 20, cap. 4,5, Hydropicis quoque ex aceto aut ſinapi ſumpti, & lethargicis.
Morbus lethargicus. Plin lib. 24.
LETHATVS, LETHIFER] Vide LETHVM.
LETHVM] Mors. Liu. 2, ab Vrbe, 172, Adductis deinde legionibus ex agro Romano, inuidia rei oppreſſum periſſe tradunt: alij alio letho.
Dolor ac morbus lethi fabricator vterq;. Lucret. lib. 3,96.
Genus miſerabile lethi Ouid. 1, Triſt. eleg. 2,11.
Limen. Lucret. lib. 6,233.
Vis horrida Lucret lib. 3,35.
Voluntas animoſa Stat. 9. Thebaid. 16.
Sopor conſanguineus. Virg. 6, Aeneid. 56.
Crudele lethum. Virg. 12, Aeneid. 128.
Fœlices lethi pietas quos addidit vmbris. Silius lib 4,80.
Ignobile lethum. Silius lib. 3,25.
Memorabile. Silius libro 11,35.



Nobile. Horatius 1, Carm. ode 12,7.
Abſumere animam letho. Virg. 3, Aeneid. 131.
Adimere aliquem letho. Horatius 3, Carm. ode 12,1.
Inſtanti raptum auehe letho. Silius lib. 17,78.
Deuitari non poteſt lethum. Lucret. lib. 3,219.
Dare aliquem letho. Virg. 5, Aeneid, 162.
Eripere ſe letho. Virg. 2, Aeneid. 27.
Ferre lethum. Virg. 11, Aeneid. 175.
Lumina labuntur letho. Virg. 11, Aeneid. 64.
Offerre caput letho. Lucret. lib. 3,212.
Oſtentant omnia lethum. Catul. Argon. 59,38.
Parere ſibi lethum manu. Virg 6, Aeneid. 87.
Perire præcipiti letho. Seneca Hippol. 2,36.
Celeri præuertit triſtia letho. Lucan. lib. 8,6.
Sternere letho aliquem. Virg. 8, Aeneid. 114.
Volui letho. Virg 9, Aeneid. 87.
¶ Lethalis: Mortifer. Plinius de Viris illuſt 7, a. Priſcum Tarquinium graui quidem, ſed non lethali vulnere accepto, petere, vt &c. Plinius libro 7, capite 5,3, Lethaleſq; in ijs abortus.
Enſis lethalis. Ouid. 13, Metam 79.
Iaculum lethale. Ouid 5, Metam. 37.
Hyems lethalis: Frigus lethale. Ouid. 2, Metam 166.
Serpens lethalis Stat. 6, Theb. 8.
Vulnus lethale. Virg 11, Aeneid. 150.
Minari lethale. Stat. 4, Sylu. 4,17.
¶ Lethaliter. Plin. lib 11, cap. 37,74, Oues quidem lethaliter circùm renes concreto pingui.
¶ Lethifer. Columel. libro 7, capite 12,13, Et (vt plurimi paſtores affirmant) rabies arcetur; lethifer morbus huic generi De canibus.
Aeſtus lethifer. Ouidius 7, Metam. 108.
Annus. Virg 3, Aeneid.
Arcus Virg. 10, Aeneid. 24.
Cædes lethifera. Claud. 5, Paneg. 24.
Anguis lethifer. Stat 5, Theb. 126.
Certamen belli lethiferum. Catul. Argon. 59,79.
Dextra lethifera. Ouid. 12, Metam. 122.
Ictus lethifer Ouid. 8, Metam. 73.
Locus Ouid. 5, Metam. 27.
Sanguine lethifero totus miſcebitur orbis. Ouid 1, Faſt. 25.
¶ Lethatus: Morte mulctatus. Ouidius 3, Metam. de ſocijs Cadmi interemptis à ſerpente:
Vt nemus intrauit, lethataq; corpora vidit,
Victoremq; ſupra ſpacioſi corporis hoſtem.
LEVAMEN, LEVAMENTVM] Vide LEVIS.
LEVCACANTHA] Herba, in cacumine aculeum habens, radice cyperi: quæ commanducata, dentium dolorem ſedat. Plin. lib. 22, cap. 16,1.
LEVCACHATES] Gemma alba. Plin. lib. 37, cap. 10.
LEVCANTHEMIS] Herba. Plin lib. 22, cap 21,3.
LEVCARGILLION] Plin. lib 17, ca. 7,1, Leucargillion vocant candidam argillam, qua in Megarico agro vtuntur.
LEVCOCHRYSIS] Gemma, quæ fit chryſolitho interalbibicante. Plin. lib. 37, cap. 10.
LEVCOGAEA] Gemma. Plin. lib 37, cap. 10.
LEVCOION] Plinius, de Calcantho, lib 34, cap. 12,9, Sed ex eo candidum colorẽ, ſententem violam, leucoion appellant. Colum. lib 11.
LEVCONICVM] Tomentum. Mart lib 11,22,
Culcitra leuconico quàm viduata ſuo. Idẽ lib. 14,158,
Accipe leuconicis vellera raſa fagis.
LEVCOPHAEVS] Color natiuus, ex albo & nigro nomen trahens. Plin. lib. 32, cap. 10,2, Iecur rubetæ vel cor adalligatur in panno leucophæo, & quartanis prodeſt. Idem lib. 24, cap. 12,3, Purpurea aut leucophæa, & quæ facillimè diluitur. Vitruu lib. 8, cap. 3.
¶ Leucopæatus. Leucophæo colore indutus. Mart. lib. 1,91.
Amator ille triſtium lacernarum,
Et beticatus atq; leucopæatus.
LEVCOPHORVM] Glutinum auri. Plinius libro 35,6, & lib. 23, cap. 3.
LEVCOPHTHALMOS] Gemma. Plin. lib. 37, cap. 10, Leucophthalmos rutila alias, oculi ſpeciem candidam nigramq; continet.
LEVCOSTICOS] Lapis, ab albis punctis nomen habens. Plin. lib. 36, cap. 7,4.
LEVIPES] Celer. Varro 3, de re Ruſt. cap. 12,5, Lucius Aelius putabat ab eo dictum léporem, à celeritudine, quòd leuipes eſſet.
LEVIR] Modeſtinus iuriſc. de gradibus affinita. l. non facilè. Viri frater, leuir eſt.
LEVIS] Virg. 10, Aeneid. 34.
Corytiq; leues humeris, & lethifer arcus. Plin lib. 12, cap. 9,2, Leue autem dicitur propriè, quod faciliùs ſurſum attollitur, quàm deorſum tendat.

Animæ leues. Lucret.lib.3,85.
Arma leuia. Ouid.ad Piſon.18.
Currus leuis.Ouid.1,de Arte,1.
Equus. Valer.6,Argon.49.
Leue piper.Plin.lib.12,cap.7,2.
Pondus.Ouid.2,Metam.33.
Rota leuis.Virg.1,Aeneid.31.
Stipula.Virg.1,Georg.17.
Folijs leuior.Ouid.epiſtol.5,22.
Leuis homo: *Inconſtans*.Plaut.Trinum.17,46.
Leuis homo: *Vilis & abiectus*.Plaut.Menæch.11,25,
 Quid ais,homo leuior quàm pluma?
Vulgus leue.Ouid.12,Metam.11.
Leuis author,nec ſatis fidus. Liuius 5.ab Vrbe,73.
Leuia hæc ſunt, quæ & tu pergrauia eſſe in animum induxti tuum.Terent.Hecyr.5,1,12.
Cauſæ leues. Terent.Hecyr.3,4.12,
 Olim quidem te cauſæ impellebant leues.
Colla leuia.Propert.lib.2,eleg.3,3.
Cura leuior.Virg.3,Georg.61.
Fortuna leuior malorum.Ouid.4,Triſt.eleg.1,13.
Fortunam facere leuem.Stat.1,Thebaid.36.
Gratia leuis. Plaut.Pœnul.12,17.
Iactura.Claud.2,in Eutrop.24.
Impenſa.Ouid.2,de Arte,51.
Inſania.Horat.2,epiſt.1,24.
Iuuentus. Horat.2,Carm.ode 11,2.
Labor leuis. Terent.Heaut.2,4,19,
 Nam dum abs te abſum, omnes mihi labores fuère, quos cepi,leues.
Labor leuior minorq;.Ouid.1,de Ponto,eleg.5,5.
Munus leue.Ouid.1,Metam.125.
Pœna leuior. Ouid.1,Amor.eleg.1,1.
Precium leuius. Ouid.3,de Arte,35.
Res leues.Virg.4,Georg.1.
Ruina leuis.Horat.2,Carm.ode 19,3.
Scriptura. Terent in Prolog.Phorm 5,
 Qui ita dictitant,quas antea fecit fabulas,
 Tenui eſſe oratione,& ſcripturâ leui.
Sententiâ leui pueri.Terent.Hecyr.3,1,32.
Seruitutem leuem reddere. Plaut.Capt.5,5.
Spes leues.Horat.1,epiſt 5,2.
Somnus leuis.Virg.5,Aeneid.168.
Tactus.Plin.lib.11,cap.53,3.
Verba leuiora folijs Ouid.2,Amor.eleg 16,9.
Verſus leues. Horat.de Arte,47.
Vina leuia. Plin.ait,leuiſſimum vinum celerrimè inueterari.
Vmbra leuis.Tibul.lib.2,eleg 6 13.
Vomere leui admodum ſauciare ſummam partem terræ. Colum.lib.2,cap.2,13.
Vſus leuis amicitiæ. Ouid.2,de Remed.amor.39.
Vulnus leue.Ouid.3,Metam 18.
Habere aliquid in leui.Tacit.lib.19.
¶ Leuitas. Plin lib.12,cap.12,2, Syncerum quidem leuitate deprehenditur.
Volucri leuitate ferri. Lucret.lib.4,41.
Leuitas: *Inconſtantia*. Plinius libro vndecimo,capite 23,2, Nec puduit has veſtes vſurpare etiã viros, leuitatem propter æſtiuam.
Vana leuitas incertæ mentis. Silius lib.16,30.
Conſtans in leuitate fortunæ.Ouid.5,Triſt.eleg 9,4.
Culpanda leuitas.Ouid.2,de Arte,86.
Leuiter attingere ſtudia. Sueton.de claris Grammaticis,9.
Leuiter aliquid tangere. Quint.lib.7,cap.4.
Dolere. Ouid.10,Metam,27.
Leuiter fundata fides. Liu.2,ab Vrbe,33.
Leuiſſimè læſus.Plin.epiſt 116,lib.6.
Leuiter bene velle alicui Plaut Pœn.9.9.
¶ Leuius: *pro minus*. Horat.2,Sarm.Satyr.7,4,
 —quantò conſtantior idem
 In vitijs, tantò leuiùs miſer.
Dolere leuiùs. Ouid.in Ibin,52.
¶ Leuifidus: Qui leui fide eſt.Plautus Perſa,6,63,
 Omnes ſunt lenæ leuifidæ.
¶ Leuiſomnus.Lucretius lib.5,173,
 Et leuiſomna canum fido cum pectore corda.
¶ Leuo: In altum tollo.
Membra leuare cubito. Ouid.epiſt.20,4.
Palmas leuauit ad cælum.Stat 11,Thebaid.112.
Manum leuare.Quintil lib 2,cap.12,6.
Leuare ſe de.Ouid.3,Metam.43,
 —de ceſpite virgo Se leuat.
In ſublime.Plin.lib.2,cap.16,7.
¶ Leuare: *Auferre*.Virg.2,Aeneid.30,
 —atque arcta leuari
 Vincla iubet Priamus.



Leuare: *Exonerare*.Virg.eclog.9,12,
 —ego hoc te faſce leuabo.
Leuari à pœna.Plin.lib.28,cap.4,4.
Auxilio leuare aliquem Virg.2,Aeneid.91.
Annonam leuare.Liu.6,bel.Pun.206.
Leuare cladem authore.Ouid.2,Metam.54,
 —liceat perituræ viribus ignis,
 Igne perire tuo,clademq; authore leuare.
Corpus tempore ſeſto.Horat.2,epiſt.1,29.
Curas & ſitim vino.Ouid.12,Metam.32.
Cura leuanda verbis.Ouid.5.Faſt.48.
Dentes leuare penna.Martial.lib.14,22,hoc eſt,purgare.
Facinus alicuius. Liuius 4,ab Vrbe,74. hoc eſt, excuſare.
Famem fronde & ceſpitibus.Ouid.epiſt.14,20.
Fœnore leuari. Liu.6,ab Vrbe,65.
Ictum ſerpentis leuare.Plin.lib.7,cap.2,4.
Iniuriam Cæſ.1,bel.Ciuil.36.
Inopiam Cæſar 3,bel.Ciuil.193.
Laborem alicui. Virg.1,Aeneid.7.
Laborum.Plaut.Rud.6,22,
 Vt me omnium iam laborum leuas?
Membra quiete. Ouid.1,de Remed amor.42.
Aliquem metu.Liu.2,ab Vrbe,92.
Morbum alicui. Plautus Milit 18,56.
Nemus leuandum fronde. Virg.2,Georg.80.
Obſidione leuari.Virgil.10,Aeneid.5.
Ora arida leuare aquâ Ouid.1,de Remed.amor.46.
Partu leuare aliquam,dicitur Lucina. Ouid 9,Metam.140.
Paupertatem alicui. Plautus Epid.11,28.
Plagam.Colum.lib.5,cap.11,11, Tum arborem fici detrunca,plagamq; leua.Ibidem,cap.9,2.
Promiſſa multa fidem leuant. Horat.2,epiſt.2,2.
Sitim leuare de fonte. Ouid.15,Metam.65.
Sumptum. Terent.Heaut.4,4,24.
Tributum alicuius agri. Vlpianus in l. forma.§,ſi verò.ff.de cenſibus.
Viam ſermone.Virg.8,Aeneid.62.
Vitium. Ouid.epiſt.16,10.
¶ Leuatus. Liu.1,bel.Pun 251, Et mox aqua leuata vento, quum ſuper gelida montium cacumina cõcreta eſſet, tantum niuoſæ grandinis deiecit.
Leuata in nubes nebula. Liu.7,bel.Maced.167.
¶ Leuamen. Martial.lib.6,68,
 Hic tibi curarum ſocius,blandumq; leuamen.
Omnis curę caſusq; leuamen.Virg.3,Aeneid.142.
Mite leuamen.Ouid.epiſt.3,13.
¶ Leuamentum. Plinius lib.8,epiſt. Studia vnicum doloris leuamentum.
Malorum leuamenta.Tacit.lib 4.
Vxorium leuamentum.Tacit.lib.3.
Modicum in præſens leuamentum fuère. Tacit.lib.3.
Præſtare leuamentum.Plin.lib.30,cap.3,4.
Lex] Auxilium legum.Tacitus lib.1.
Conſtitutor legis. Quintil.lib.3,cap.6,32.
Latores legum.Quintil lib 3,cap.2,3.
Neceſſitudo legis.Tacit.4.
Nexus.Tacit.lib.3.
Peritus iuris legumq;. Horat.1,Serm.Satyr.1,8.
Sanctor legum.Tacitus lib.3.
Tutela legum.Ouidius 2,Triſt.47.
Lege populi aliquid poſcere.Plaut.Trinum 17,22.
Lex maieſtatis.Cornel.Tacit.lib 2.
Lege Pompeiâ cautum eſt.Plin.epiſt.300.
Amiſſæ pereunt leges. Lucan.lib.3,24.
Aſpera lex.Quintil.lib.4,cap.3,6.
Duriſſimæ leges. Quint lib.1,cap.10,14.
Malignæ.Ouid.10,Metam.65.
Publica lex hominum.Perſ.Satyr.5,10.
Rubræ leges.Iuuenal.Satyr.14,
 —cauſas age,perlege rubras
 Maiorum leges,id eſt,miniatas.
Sanctæ. Horat.2,Serm.Satyr.1,17.
Secundiſſimæ. Liuius 8,ab Vrbe,65.
Seuera lex.Ouid.3,de Ponto,eleg 3,13.
Socia. Ouid.epiſt.4,13,
 In ſocias leges vltima gentis eo.
Theatralis. Quintil.lib.3,cap.6,14.
Vanæ leges ſinè moribus Horat.3,carm.ode 24,7.
Vetus lex.Quintil.lib.1,cap.5,17.
Viduatæ iudice leges. Claud.8,Paneg.24.
E' lege. Quintil.lib.5,cap.10,76, Quòd accuſatores eorum, qui erant & ipſi ambitus damnati, è lege ſint poſt hanc victoriam reſtituti.
Adæquare aliquem legibus.Tacit.lib.12.
Agere lege. Terentius Phorm.5,8,91,
 —vna iniuria eſt Tecum, a lege agito ergo.

Liuius, de Campanis loquens, Decad. 3, li. 6, Fuluius acceptas literas, neque reſolutas, quum in gremio repoſuiſſet, præconi imperauit, vt lictorem lege agere iuberet. Valer. lib. 3, cap. 8.

Spretarum legum reus agitur. Ouid. 15, Metam. 8.

Magnis agitant ſub legibus æuum. Virg. 4, Georg. 31.

Denuntiare lege. Quintil lib. 5, cap. 7, 6.

Dare leges. Virg 1, Aeneid. 103,

Iura dabat, legesq; viris.

Mos & lex maculoſum edomuit nefas. Horatius 4, Carm. ode 5, 5.

Egredi leges. Tacit lib. 3.

In leges ire. Stat. 1, Sylu. 1, 6.

Fixit leges precio, atq; refixit. Virg. 6, Aeneid. 125.

Florent ſub Cæſare leges. Ouid. 2, Faſt. 29.

Fundare vrbes legibus Quint. in Procem. lib. 1, 9.

Imponere legem alicui. Virg. 1, Georg. 12.

Incidere leges ligno. Horat. de Arte, 81.

Indicere leges Propert. lib 4, eleg 9, 11.

Medias perrumpere milite leges. Lucan lib. 1, 66.

Ponere leges. Horat 1, Serm. Satyr. 3, 21.

Validas æui reſcindere leges. Lucret. lib. 5, 12.

Rogare leges. Lucret lib 6, 1.

Ruptis legibus arma ferunt vrbes. Virg. 1, Georg. 102.

Aurum lex ſequitur. Propert. lib. 13, eleg. 13, 11.

Leges bello ſiluere coactæ Lucan. lib. 1, 57.

Legibus ſoluere Liu. 10. ab Vrbe condita.

Solutus lege. Lucret. lib. 3, 140.

Aenigmata legum ſoluere. Iuuenal. Satyr. 8, 5.

Teneri legibus. Lucret lib 2, 144.

Timendæ leges in pace. Lucan. lib. 2, 51.

Iniquas leges tolerare. Claud. 7, Paneg. 53.

Lege vendere. Plaut Non potes tu lege vendere.

Vetita legibus alea. Horat. 3, Carm. ode 24, 12.

Vti legibus. Lucret. lib 5, 192.

Leges pellegere. Plaut. Aſina. 13, 2,

Agedum, iſtum oſtende, quem conſcripſiſti, ſyngraphum
Inter me & amicam, & lænam, leges pellege.

Vincula legum. Quint lib. 5, cap. 10, 71.

Certa lex temporum. Quint lib. 1, cap. 12, 3.

Compoſitæ leges. Virg. 12, Aeneid. 63,

—ictum iam fœdus, & omnes
Compoſitæ leges.

Alligari lege. Quint. lib. 4. cap. 5, 3.

Conſcribere leges. Quint. lib. 2, cap. 5, 1.

Dicere legem ſibiipſi. Ouid. 13, Metam. 15.

Firmatas pacis diſſoluere leges. Claud. 1, de raptu Proſerp.

Facere legem. Quint. lib. 2, cap. 5, 2. (13.

Seruare certam legem temporum. Quint. lib. 1. cap. 12, 3.

Vltra legem tendere opus. Horat. 2, Serm. Satyr. 1, 1.

Fatali lege tenemur. Ouid. 10, Metam. 41. Ibidem 3, 62.

Tradere ſe ſub leges pacis. Virg. 4. Aeneid. 124.

Natura ſe vertet in nouas leges. Senec. Thebaid. 1, 17.

Eâ lege. Terent. Andr. 1, 2, 29.

Verberibus cæſum te in piſtrinum, Daue, dedam, vſq; ad necem:
Ea lege atq; omine, vt ſi te inde exemerim, ego pro te molam. Idem Eunuch. 1, 2, 22,
Verùm heus tu, lege hac tibi meam aſtringo fidem.

¶ Legumlator. Liu. 4, bel. Maced 122, Noſter legumlator nõ in paucorum manu Rempub. eſſe voluit.

¶ Legifer. Virgil. 4, Aeneid. 12.

Legiferæ Cereri. Ouid. 3, Amor. eleg. 9. 9.
Optauit Minos ſimiles ſibi legiſer annos.

¶ Legirupa. Qui legem rumpit & violat. Plaut. Pſeud. 15, 19.

¶ Legirupio: Idem. Plaut. Ruden. 18, 4.

¶ Legitimus: Aetas legitima ad petendum conſulatum. Liuius 5, bel. Pun 9.

Amor legitimus. Ouid. epiſt. 13, 6.

Coniux legitima. Ouid. 10, Metam. 87.

Faces legitimæ. Lucan. lib. 2, 72.

Finis legitimus. Ouid. 1, de Arte, 57.

Fœdere legitimo iunctus Amor. Ouid. 2, Triſt 107.

Poëma legitimum. Horat. 2. epiſt. 2, 22.

Quæſtiones legitimæ. Quint. lib. 3, cap. 8, 3.

Viri legitimi. Ouid. epiſt. 5, 16.

Vox legitima. Ouid. 3, de Arte, 59.

Vxor. Martial lib. 5, 126.

¶ Legitimè. Nubere legitimè. Iuuen. Satyr. 10, 34.

¶ Legalis. Quintil. lib. 3, cap. 10, Aliquando etiam incidere poſſunt legales tractatus, in priuata maximè conſilia.

Homines legales. Firmicus lib 5, cap. 7. Docti, ſapientes, legales, & qui optimo legum ac iudiciorum diſcurſu omnia pertractent.

Legale genus quæſtionum. Quint. lib. 3, cap. 5.

Legales quæſtiones. Quintil. lib. 3, cap. 8.



LIBADIUM.] herbæ genus. Plin. lib. 25, cap 6.

LIBAMEN, LIBAMENTUM.] Vide LIBO.

LIBANOCHNES.] Gemma. Plin lib. 37, cap. 10.

LIBANOTIS.] Herba odorem thuris reddens. Plin. lib. 19, cap. 12.

LIBANOTUS.] Ventus flans inter Liba, id eſt, Africum, & Notum. Plin lib. 2, cap. 47, 3.

LIBELLA.] Vide LIBRA.

LIBELLUS.] Vide LIBER.

LIBENS, LIBENTER, LIBENTIA.] Vide LIBET.

LIBER.] adiect. Qui, nullius habito reſpectu, quod ſentit, dicit & facit.

Libera vti lingua. Plaut. Ciſtel. 3, 9.

Libero corde fabulari. Plaut. Epid. 3, 43.

Homo liber. Quint. lib. 6, cap. 3, 22.

¶ Liber, *qui nulli ſubiectus eſt*. Plaut. Menæc. 22, 39.

Meâ quidē hercle cauſâ liber eſto; atq; abito quò voles.

Liber: *Qui curis omnibus ac negotijs ſolutus eſt*. Martialis lib. 1, ad Cherilum:

Liber homo es nimiùm, dicis mihi, Cherile, ſemper,
In te qui dicit, Cherile, liber homo eſt.

Truculentior, atque plus æquo liber. Horatius 2, Serm. Satyr. 3, 11.

Liberæ ædes. Plaut. Milit. 10, 83.

Liberum arbitrium. Liuius 7, bell. Maced. 25. Idem 4, ab Vrbe, 184.

Bilis libera inæſtuat præcordijs Horat. Epod. 11, 4.

Cœlo liberiore frui. Ouid. 15, Metam. 61.

Campus liber Liuius 1, bel. Maced 155. Ouid. 4, Faſt. 59.

Libero curſu ferunt equitem in hoſtem, equi concitati. Liu. 4, bel. Maced. 146.

Dies liber. Seneca Thyeſte, 1, 13.

Egreſſus. Tacit lib. 4.

Equus liber habenis. Virg. 3, Georg. 39.

Exitus patet liber Lucret. lib. 4, 80.

Fama libera. Propert lib 4, eleg. 12, 15.

Fides nulla parte libera. Ouid epiſt. 19, 8.

Indignatio liberrima. Horat Epod. 4, 2.

Iocus liberior. Ouid 4, Faſt. 190.

Iter liberum. Horat. in Carm. ſeculari, 9.

Iuriſdictio libera. Tranquillus in Caligula Budæus.

Lingua libera. Ouid 3, de Ponto, eleg 3, 5.

Locus liber. Plaut. Caſin. 13, 5.

Mandata libera. Liu. 7, bel. Maced.

Otia. Ouid. 2, de Arte, 146.

Libera toga. Propertius:

Matris & ante deos libera ſumpta toga eſt.

Verba libera edere. Tibul. lib. 1, eleg. 9, 6.

Via libera facta luxuriæ. Propert. lib. 3, eleg. 13, 1.

Vina libera. Horat de Arte, 18.

Vitæ liberioris iter. Ouid. 3, Faſt. 156.

Vox libera. Liu. lib. 5, Decad 4.

Liber à legibus. Plaut. Trinum. 14, 24.

Liber à metu inſidiarum campus. Liu. 9, bel. Maced. 122.

Liber omni metu. Liu. 7, ab Vrbe 161.

Liber pauore. Plin. lib. 10, cap. 33, 10.

Liber religione animus. Liu. 2, ab Vrbe, 154.

Liber eſt harum rerum. Plaut. Amphitr. 3, 105.

Laborum liber ruſticus. Horat. de Arte, 43.

Liberum eſt mihi. Plin epiſt. 8, b.

Relinquere liberum alicui. Quint. lib. 1, cap 4, 17.

¶ Liber: *Quod eminet & exſtat*. Varro Eumenid. Iterum tragici prodeant cum capite libero, cum antiqua fronte.

Liber: *Magnus, ſeu validus*. Ouid. epiſt. 8, 22,

Perfruor infœlix liberiore malo.

¶ Liberè Plaut. Bacch. 23, 14.

—ánnon vides
Vt ſolæ liberè graſſentur?

Educari, liberè: hoc eſt, Ingenuè. Terent. And. 5, 4, 8.

Nimis liberè fugere imperia alicuius. Catul. de Berecynthia, 58, 16.

Loqui liberè. Plaut. Trucul. 5, 2.

Viuere liberè. Terent. And. 1, 1, 25.

Tutò & liberè. Cæſar 1, bel. Ciuil. 4.

Liberiùs. Virg. 1, Georg. 26,

—ipſaq; tellus
Omnia liberiùs, nullo poſcente, ferebat.

¶ Libertas (vt ait Florentinus iuriſc. de ſtatu hominum. l. libertas) eſt naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet: niſi ſiquid vi aut iure prohibetur.

Caſtigata libertas. Stat. 19, Thebaid. 138.

Potior metallis. Horat. 1, epiſt. 10, 8.

Precaria Liu. lib. 9. Decad. 4.

Aſſerere libertatem Reip Quint. lib. 6, cap. 5, 6.

Coaleſcit libertas. Tacit. lib. 20.

Deturbare

Deturbare libertatem. Senec. de Benef. lib. 2, cap. 12.

Moriens libertas. Tacit. lib. 2.

Obruere libertatem bello Stat 4, Sylu. 6, 14.

Cœptatam libertatem omittere. Tacit. lib. 20.

Tueri libertatem. Lucan. lib 2, 57.

Libertas furtiua. Ouid. 2, Amor eleg 2, 3.

Maxima libertas data eſt nobis. Ouid. epiſt. 16, 31.

Multa cum libertate notare aliquem Horatius 1, Sermon. Satyra, 4, 1.

Affectatores libertatis Quint. lib. 6, cap. 2, 14.

Teſtamentorum libertas. Quint. lib. 3, cap. 6, 61.

¶ Liberalis: munificus.

Epulæ liberales. Tacit. lib. 15.

Liberale iudicium, & cauſa liberalis: quum quis aliquem vindicat in libertatem. Quintil. lib. 6, cap. 4, de riſu: Quod fecit Longus Sulpitius, qui quum ipſe fœdiſſimus eſſet, eum, contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Plaut. Pœnul. 16, 4,

—ſi frugi eſſe vis,
Eas liberali iam aſſeres cauſa, manu.

Liberale coniugium. Terent. 3, 3, 30.

Liberalis vxor. Terent. Phorm. 1, 1, 16,

Vt ne addam, quòd ſine ſumptu ingenuam, liberalem nactus es.

Liberalis facies. Terent. Eunuch. 3, 2, 20.

Forma. Plaut M lit. 13 20,

Lepida & liberali forma eſt. Terent. And. 1. 1, 96,

—& quia erat forma præter cæteras
Honeſta ac liberali.

Liberale ingenium. Terent. Adelph. 4, 5, 50.

Liberales ioci. Plin in Paneg 80.

Liberales arte. Plinius lib. 14, omnes à maximo bono liberales dictæ artes, in contrarium cecidere, ac ſeruitute ſola profici cœptum.

Studia liberalia. Tacit. lib. 3.

¶ Liberaliras. Libidinoſa liberalitas. Valer. Max lib. 8, cap. 2. Siniſtra. Catul. in Iulium Cæſ. epigram. 27, 4.

Liberalitatem diuidere in multos. Senec. de Benefic. libro 2, capite 28.

Liberalitas: *pro Bonitate.* Terent Adelph 1, 32,

—pudore & liberalitate liberos
Retinere ſatius eſſe credo, quàm metu.

Liberalitas eleganter fonti comparatur. Plin. lib. 2, epiſt. 4, ad Caluinam.

¶ Liberaliter. Liberaliter inſtructus. Cæſar 3, belli Ciuilis, 233.

Genitus liberaliter. Plin. lib. 23, cap. 1, 31.

Seruire liberaliter. Terent. And. 11, 1, 1. Liu. 1, ab Vrbe, 156, Notitiamq; eam breui, apud regem liberaliter dextereque obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat iura.

Liberaliter: *pro Indulgenter.* Salluſtius: Exercitum, quem in Aſia ductauerat, luxurioſè nimisq; liberaliter habuerat.

¶ Liberi: Filij. Caius de verb ſignif. l non eſt. Non eſt ſinè liberis. cui vel vnus filius, vnáue filia eſt. Sceuola. ff. de verb. & rerum ſignif. Paulus de grad. affini. l iuriſconſultus. Liberi vſq; ad trinepotem: vltra hos, poſteriores vocantur. Papin, de verb. ſignific. l. cognoſcere. Calliſtratus ibidem, l liberorum. Liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæterique qui ex his deſcendunt, continentur: hos enim omnes liberorum appellatione lex XII. Tab. comprehendit.

Dulces liberi. Horat. Epod. 2, 8.

Similes patri. Seneca Medea, 1, 5.

Auctus liberis. Tacit. lib. 3.

Liberos dare. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56, 14.

Parere. Seneca Theb 1, 28.

Procreare. Quint. lib 3, cap 8, 17.

Liberi, *de vno tantùm filio dictum.* Terent. Hecyr. 2, 1, 15,

Qui illum decrerunt dignum, ſuos cui liberos
Committerent.

¶ Libertus. Vlpianus eum eſſe libertum definit, quemquis ex ſeruitute ad ciuitatem Romanam perduxit. Plautus Aſina. 12, 100,

—magis decorum eſt,
Libertum potiùs, quàm patronum, onus in viâ portare.

Modeſtinus: Libertis libertabusq; meis, libertum libertæ teſtatoris non contineri.

¶ Liberta. Horat. 1, Serm. Satyr. 1, 20,

—at hunc liberta ſecuri
Diuiſit medium fortiſſima Tyndaridarum.

¶ Libertinus: qui ex iuſta ſeruitute manumiſſus eſt.

Patre libertino natus. Horat. 1, Serm. Satyr. 6, 2.

Libertinus: *Qui ex liberto creatus eſt* Sueton. in Claud. cap. 24, Ignarus, temporibus Appij, & deinceps aliquamdiu, libertinos dictos, non ipſos qui manumitterentur; ſed ingenuos ex his procreatos.

Libertinæ conditionis homo. Modeſtinus in l. homo liber. ff. de ſtat. hom.

¶ Libertina. Horat. Epod. 14, 3,

—me libertina neq; vno
Contenta Phryne macerat. Plaut. Mil. 10, 188.

¶ Libertinitas. in l. iuxta. C. de liberali cauſa. Siue de libertinitate, ſiue de ingenuitate quæſtio moueatur. Maſurius Sabinus, in l. 2. ff ſi libertus ingen. eſſe dic. Qui ex libertinitate ingenuitati ſe aſſerunt.

¶ Libero. Liberatus ſum Daue hodie tua opera. Terentius Andr. 2, 2, 33.

Liberare à creditoribus. Seneca de Benef lib. 2, cap. 7.

Liberare aliquem metu. Terent. Andr. 2, 2, 14.

Liberatis obſidione, abominanduq; exilio, totis caſtris. Plinius lib. 22, cap. 41.

Liberare tædio. Plin. lib. 26, cap. 13, 7.

Enſem liberat vagina Ouid. 6, Metam. 110.

Culpæ aliquem liberare. Liu. lib. 1, Decad. 5, 38.

¶ Liberatio. Malorum liberatio. Quint. lib 5, cap. 10, 24.

LIBER] Subſtantiuum: Pars corticis interior, quæ ligno adhæret. Colum. lib. 5, cap. 10, Ita librum arboris inoleſcere ſinito Virg. 10 eclog. 14,

Nec ſi cùm moriens alta liberaret in vlmo. Idem 2, Georgic. 16,

— huc aliena ex arbore germen
Includunt, vdoq, docent inoleſcere libro.

Liber: *opus integrum.* Plinius epiſtol 20, c, Poſtea reciſa ac purgata, in vnum librum, grandem quidem, vnum tamen, coartaſſe.

Liber grandi volumine. Gell lib. 14, cap. 6.

Liber & volumen. Quint lib. 9, cap. 4 circa finem.

Copia bona librorum Horat 1, epiſt. 19, 23.

Carminum libri Horat Epod. 17, 1.

Nobiles libri vndiq; coempti Horat. 1, Carm. ode 29, 3.

Libri tres ſubtiles & diligentes. Plin. epiſt. 100, a. lib. 5.

Venoſus liber. Perſ. Satyr. 1, 8.

Verax aperit præcordia liber. Hor. 1, Serm. Satyr. 4, 18.

Comparare libros in aliquid. Quintilianus in Procem. libro 1, 7.

Arcana credere libris, Hor 2, Serm. Satyr. 1, 7.

Edere libros de re aliqua. Quint. lib. 6, cap. 3, 3.

Librum edidit, non eſſe Cæſaris filium, quem Cleopatra dicat. Sueton. in Iulio Cæſare.

Emittere librum de re aliqua. Quintilianus in Procem. libro 6, 3.

Excipere librum. Quint. in Procem lib. 1, 7.

Inſcribere libros nomine alicuius. Quintilianus libro 3, capite 5, 0.

Inſeneſcere libris. Hor. 2, epiſt. 2, 17.

Faſciculum librorum portare. Hor. 1, epiſt 13, 3.

Voluere libros. Claud. de nupt. Honorij, 47.

Vulgare librum Quint. in Procem lib 1, 7.

¶ Libellus Doctus libellus. Martial lib. 10, 19.

Lepidus nouus. Catul. ad Cornel. epigram. 1, 1.

Sacri libelli. Iuuenal. Satyr. 13, 2.

Triſtes. Propert. lib. 1, eleg. 9. 3.

Dare libellos de re aliqua. Quint. lib. 1, cap. 7, 17.

Innoteſcere libellis alicuius, Ouid. 3, Amor. eleg. 11, 2.

Proferre libellos. Tacit. lib. 2.

Libellus: *quem vulgus ſupplicationem appellat.* Sueton. in Auguſto, cap. 53, Tanta comitate adeuntium deſideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quòd ſic libellũ porrigere dubitaret, quaſi elephanto ſtipem.

Libellos ſignare, vel ſubnotare. Sueton. in Auguſt. Plinius epiſtol. 10, c.

Libellis ſupplicibus vocare. Martialis.

A' libellis: dicti magiſtri, qui principi ſubſeruiunt, vt ſupplices libellos miniſtrent. Sueton. in Domit. cap. 14, Epaphroditum à libellis capitali pœna condemnauit. Lampridius in Alexandro: vt ab epiſtolis, à libellis, & à memoria ſemper aſſiſterent.

Libellos agere. Triphonius in l. reſcriptum. ff de diſtractione pignorum. Reſcriptum eſt ab imperatore, libellos agente Papiniano.

¶ Libellus: *pro Commentario.* Quint. lib. 12, cap. 8, Peſſimæ verò conſuetudinis eſt, libellis eſſe contentum: quos cõponit aut litigator, qui confugit ad patronum; aut alij ex genere aduocatorum.

Libellus memorialis. Suet. in Iulio Cæſare, cap. 57, Epiſtolæ quoq; eius ad Senatum exſtant, quas primùm videtur ad paginas & formam memorialis libelli conuertiſſe.

Libellus: *Quam citationem vocant.* Plaut. Curc. 46,

Vbi tu es, qui libello Venerio citaſti?

Libellus: *Epiſtola aſſertoria.* Paulus in l. ſi publicanus. de publicanis, Significet, inquit, id libello manu ſua ſubſcripto; cumq; ad publicanum mittat.

Libellus : *Genus menſuræ.* Cato cap. 15, habeat libellum in pedes quinos, & perticam vnam pedum, III. CIX.

¶ Libellio: Tabellio. Varro: Tum ad me ferunt, quòd libellionem eſſe ſciebant.

Libellio : *Minutorum librorum venditor.* Stat. 4, Sylu. 9, 5,

De capſa miſeri libellionis.

¶ Librarius : Qui libros tranſcribit.

Scriptor librarius. Horat. de Arte, 72.

Scrinia librariorum. Catul. ad Caluum, epigr. 14, 4.

Librarius & ſcriptor. Liu. 8, bel. Maced. in L. Scipione. Malim equidem librarij mendum, quàm mendacium ſcriptoris eſſe in ſumma auri atq; argenti.

¶ Librarius: ad libros pertinens. Plinius lib 35, cap. 6, 13, Omne autem atramentum ſole perficitur : librarium gummi, tectorium glutino admiſto.

¶ Libraria : Locus in quo reponuntur libri. Gellius lib. 5, ca. 4. Apud Sigillaria, forte in libraria, ego & Iulius Paulus poeta, vir memoria noſtra doctiſſimus, conſederamus.

LIBET] Placet.

Inſanire libet tibi Virg 3, eclog. 8.

Libet : *perſonaliter poſitum.* Sueton. in Iulio Cæſare, cap. 20, Cætera item quæ cuiq; libuiſſent.

Libitum eſt. Terent. Adelph 5, 1, 4,

Prodeambulare huc libitum eſt.

¶ Libens : Volens.

Libenti animo. Liu. 9 bel. Pun. 41, Vt modicas iniurias non æquo modo animo pati, ſed propè libenti, videri poſſent.

¶ Libens, *pro libenter.* Terentius And. 2, 1, 39,

Fugin' hinc? B. ego verò ac lubens.

Morior libens. Ouid. 14, Metam. 145.

¶ Libentia : Voluptas. Gell lib. 15, cap. 2, Cui libentiæ gratiaq; omnes conuiuiorum incognitæ ſint.

¶ Libenter. Libenter viuere & cœnare. Terentius Eunuch. 5, 9, 44,

Et libenter viuis; etenim bene libenter victitas. Cato cap. 156, 1, Si voles in conuiuio multum bibere, cœnareq; libenter, ante cœnam eſto crudam, quantum voles ex aceto. De Braſſica.

Libentiùs. Horat. 2 epiſt. 1, 53.

Ducit enim citiùs, meminitq; libentiùs illud,

Quod quis deridet; quàm quod probat, & veneratur.

¶ Libido. Plaut Epid. 2, 85,

Nequam homo es, Epidice, cui libido, eſt malè loqui.

Terent. Heaut. 2, 1, 4,

Ex ſua libidine moderantur, quæ nunc eſt; non quæ olim fuit.

Libido : *pro Veneris appetentia.*

Fœdus ac maculoſus auaritia & libidine. Tacit. lib. 17.

Damnoſa libido. Horat 2, epiſt 1, 22.

Dira Lucret. lib. 4, 211 Perſ. Satyr. 3, 4.

Fœminea Ouid. 1, de Arte, 69.

Furioſa. Ouid. 1, de Arte, 56.

Inextinctæ libidinis homo. Ouid. 1, Faſt. 83.

Maſculæ libidinis fœmina Horat. Epod. 5, 9.

Potens libido. Senec. Octau. 7, 12.

Sæua libido habendi. Ouid. ad Piſonem, 44.

Tetra. Horat. 1, Serm. Satyr. 2, 7.

Vetita Ouid. 9, Metam. 116.

Vitioſa Horat. 1, epiſt. 1, 17.

Innata libido exſtimulat hunc. Ouid. 6, Metam. 92.

Facere delicias & libidines in vno. Catul. de Acme. epigram. 42, 5.

Ebrietas geminata libidine regnat. Ouid. 12, Metam. 45.

Aſſiduis libidinibus rumpere membra. Propertius libro 2. eleg 17, 5.

¶ Libido : *Voluntas incerta ac leuis.* Terent. Phor. 4, 5, 4,

At maturia, dum libido eadem hæc manet.

Libido, *in bonam partem accepta.* Salluſtius in Catil. magisque in decoris armis, & militaribus equis, quàm in ſcortis & conuiuijs, libidine habebant. Idem ad Cæſarem: Quòd ſi tibi bona libido fuerit, patriæ & parentibus gratificandi.

¶ Libidinoſus : In libidinem propenſus.

Caper libidinoſus. Horat. Epod. 10, 5.

Libidinoſæ dapes. Colum. in Præfat. lib. 10, 2.

Eloquentia libidinoſa. Quint. lib. 5, cap. 12, 25.

Libidinoſus: *Pronus ad venerem.* Plin. lib. 11, cap. 39, 3, Libidinoſiores hominum quoq; hirtos colligens.

¶ Libidinosè: Appetenter. Salluſt. Pòſt, vbi paulatim licentia creuit, iuxtà bonos & malos libidinosè interficere.

Libidinosè & crudeliter Liu. 3, ab Vrbe, 149.

¶ Libidinor. Sueton. in Nerone, cap. 28, ad finem : Olim etiam, quoties lecticà cum matre veheretur, libidinatum inceſte, ac maculis veſtis proditum affirmant.

LIBITINA] Ipſa exſequiarum expenſa. Liu. 10, bel. Macedon 80, In vrbe tanta fuit peſtilentia, vt tunc vix libitina ſufficeret.



Libitina : *Ipſa ſepeliendi ars.* Valerius Max. lib. 5, cap. 2, Qui tunc libitinam exercebant. Hor 1, Serm. Satyr. 6, 3.

Autumnusq; grauis libitinæ quæſtus acerbæ.

Libitina: *pro Morte; ſeu pro lecto, in quo mortui ferebantur.* Horatius 3, Carm ode 3, 2,

—multaq; pars mei Vitabit libitinam.

¶ Libitinarius. Vlpian. in l. quicunq;. ff. de inſtitoria actione. Si libitinarius (quem Græci *ἐνταφιαστήν* vocant) ſeruum pollinctorem habuerit, isq; mortuum ſpoliauerit: dandam in eum quaſi inſtitoriam actionem. Seneca de Benef 6.

LIBO.] leuiter deguſtare. Virg. 4, Georg. 11,

Purpureosq; metunt flores, & flumina libant.

Amnem libauit quadrupes. Virg. 5, eclog 6.

Cibum libare digitis. Ouid. 1, de Arte, 116.

Cibi libati ore alicuius. Ouid. 1, Amor eleg 4, 7.

Dapes libare. Virg. 5, Aeneid. 19.

Laticum libauit honorem. Virg. 1, Aeneid. 150.

Merum libatum Propert. lib. 3, eleg. 17, 8.

Libata guſtu potio traditur Britannico. Tacitus.

¶ Libare: *Leuiter tangere.* Virg 1, Aeneid. 52,

Oſcula libauit natæ : dehinc talia fatur.

Virginitas libata. Ouid. epiſt. 2, 23.

¶ Libare : *Sacrificare.* Virgil lib. 7, Aeneid. 27,

Nunc pateras libate Ioui. Tibullus lib. 1, eleg. 1, 1. Pomum libatum Liu. 9, bel Maced. 180, Vbi libare dijs dapes, vbi bene precari mos eſſet. Gell. lib. 2, cap. 7, Solenni die Ioui epulum libaretur.

Duo ritè mero libens carcheſia Baccho. Virg 5, Aeneid. 16.

Patris altaria libant. Virg. 12, Aeneid 35.

Thura libare dijs. Ouid. 4, de Ponto, eleg. 8, 8.

Libatæ vires : id eſt, attenuatæ. Liu. lib. 1, bell. Pun.

Viam libare deo. Tib lib. 1, eleg. 10, 5.

Lachrymas libare alicui defuncto. Ouidius 1, de Ponto, eleg 10, 9.

¶ Libare: *quod ſibi vtile eſt tranſſumere.* Plin. li. 7, ca. 37, 1, Variarum artium ſcientia innumerabiles enituere; quos tamen attingi par ſit florem hominum libantibus.

¶ Libamen, & Libamentum. Ouid. 3 Faſtorum, 147,

Nomine ab authoris ducunt libamina nomen.

Ignibus imponit ſacris libamina prima. Virgilius 6, Aeneidos, 50.

Pingui cumula libamine flammam. Valerius libro primo, Argonaut. 42.

Libamenta ferre ad aras. Stat. 3, Sylu. 1, 33.

Libamina famæ. Ouid. epiſt. 4, 6.

¶ Libum : Genus dulciarij cibi, ex farre, & melle, & oleo. Virg 7, Aeneid. 22,

—& adorea liba per herbam

Subijciunt epulis. Ouidius 3, Faſtor 147,

Liba deo fiunt, ſuccis quia dulcibus idem

Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt. Cato cap. 75. Libum ſic facito: Caſeum bene diſtere in mortario. Vbi bene triueris, farinæ ſiligineæ libram; aut ſi voles tenerius eſſe, ſelibram ſimilaginis ſolùm eodem indito: permiſcetoq; cum caſeo bene: ouum vnū addito, & vnà permiſceto bene. Inde panem facito : folia ſubdito : in foco calido ſub teſta ea coquito leniter.

Annua liba. Ouid. 1 Faſtor.

Calenti libo infuſa mella. Ouid. 3, Faſt. 153.

Grandia liba facere. Ouid. 4, Faſt. 157.

Ruſtica liba. Ouid. 3, Faſt. 134.

Toſta. Ouid. 6, Faſt. 97.

Plena domus libis venalibus. Iuuenal. Satyr. 3, 19.

¶ Libus: *maſc. gen.* Nigid de dijs : Deinde ſurgat, faciat libos quatuor, & intrà libos duos à dextra, & duos deuexos.

¶ Libarius : Qui liba vendit. Seneca epiſt. 57, Iam libarii varias exclamationes.

LIBRA] Quæ & as, & mina, & pondo dicitur : duodecim conſtans vncijs.

Vna libra farris. Horat. 1, Serm Satyr. 5, 14.

Libra : *inſtrumentum quo res ponderantur, lancem vnam vtrinq; habens.* Plinius epiſtol. 180, Iam illa, quanta probitas in ore, quanta in ſermone cunctatio, quàm pari libra grauitas comitasque.

Anceps libra. Perſ. Satyr. 4, 2.

Libra : *menſura, quæ & ipſa duodecim vncijs menſuralibus conſtat.* Suet. in Cæſare Dictatore, cap. 38, Populo præter frumenti denos modios ac totidem olei libras, tricenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viritim diuiſit.

¶ Libra: *Signum cæleſte.* Plin. lib. 18, cap. 25, 12, Alterumq; æquinoctium Libræ.

Libra Phœbeos tenet æqua currus. Senec. Herc. furent. 10, 3.

Pendula cæleſtes libra mouebat aquas. Ouid. 4, Faſt. 78.

Libra die ſomniq; pares vbi fecerit horas. Virgilius 1, Georgic. 42.

¶ Libra: inſtrumentū fabrile. Col. lib. 8, cap. 1, 72, Sin autem

locus,

locus, vbi viuarium conſtituere cenſemus, pari libra cum æquore maris eſt: in pedes nouem defodiatur piſcina.
Libra, *pro libramento.* Plinius lib. 16, cap. 36, 4, Contra flatus quoq; peruicax libra Bononienſibus calamis.
¶ Libella: Nummulus argenteus, qui & As dicitur. Plautus Capt. 16, 25,
At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.
Libella: *Fabrile eſt inſtrumentum.* Plinius lib. 36, cap. 22, 14, Structuram ad normam & libellam, & ad perpendiculum reſpondere oportet. Col. lib. 3, cap. 13, 11, Deinde tranſuerſæ, quæ eſt in latere virgulæ, fabrilem libellam ſuppoſuimus. Lucret. lib. 4, 105.
¶ Libralis: Qui eſt vnius libræ. Vegitius ſcribit, manu ſola omnes milites meditatos libralia ſaxa. Plinius lib. 19, cap. 2, 7, Excedunt ſæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere.
Librales offæ, Colum. lib. 6, cap. 2, 5.
Pira libralia. Plin. lib. 15, cap. 11, ad finem. Nec non & quædam è piris libraria appellata, amplitudinem ſibi ponderis nomine aſſerunt.
¶ Libratior: *Comparatiuum.* Liuius libro decimo, belli Punici. 42, Grauior, ac pondere ipſo libratior, ſupernè ex oneratijs ictus erat.
¶ Libramen: vis eiaculandi & vibrandi. Liu. lib 2, Decad 5, Huic ſpiculo ad libramen parmæ tres, vt ſagittis ſolent, circumdabantur.
¶ Librarius: ad libram pertinens. Col. lib. vltimo cap. 53, 4, Caro in libraria fruſta conciditur.
¶ Librile. Scapus libræ, inquit Feſtus.
¶ Libripens. Plin. lib. 33, cap. 3, 5.
¶ Libro: Pondero, æſtimo. Apuleius: Omnia priùs, quàm aliquid ſtatuas, libranda ſunt.
Metum librare. Stat. 9, Thebaid. 34.
Librare: *Graue facere.* Plin. lib. 11, cap. 10, 4, Apes, ſi cooriatur procella, apprehenſi ponduſculo lapilli ſe librant. Virgilius 4, Georg. 40.
Curſum librare in aere: de auibus dicitur. Ouidius 2, Amor, eleg. 6, 3.
Librare: *Aequaliter diuidere.* Col lib. 10, 4,
Et paribus Titan orbem librauerat horis.
Librare tela: *conijcere & iaculari.* Virg. lib. 9, Aeneid. 84,
—hoc acrior idem
Ecce aliud ſummâ telum librabat ab aure.
Librare malleum. Ouid. 2, Metam. 62.
Librat ſeſe ex alto. Plinius de aquila.
Corpus librauit in alas. Ouid. 8, Metam. 41.
¶ Librator. Qui peritiam habet librandi aquam ad libellam. Plin. epiſt. 258, Supereſt vt tu libratorem, vel architectum, ſi tibi videbitur, mittas, qui diligenter exploret, ſit'ne lacus altior mari. Idem epiſt. 282.
Libratores: *Qui lapides in bello emittebant.* Tacit. lib. 13, Libratoribus funditoribusq; attributus locus, vnde eminus glandes torquerent. Idem lib. 2.
¶ Libramentum: Aequamentum. Columel. lib. 1, cap. 5, 3, Nam eiuſmodi poſitio, medium temperatumq; libramentum ventorum hyemalium & æſtiuorum tenet. Plin. epiſt. 95, b, An neſcio quod libramentum abditum & cæcum, quod quum exinanitum eſt, ſuſcitat & elicit fontem.
Libramenta tormentorum: quibus librabantur ſeu vibrabantur tormenta. Tacit. lib. 19.
Libramenta plumbi: Maſſæ plumbeæ in arietes coniectæ & vibratæ Liuius lib. 8, Decad. 4.
¶ Librilla: inſtrumenta bellica, authore Feſto: ſaxa ſcilicet, ad bracchij craſſitudinem in modum flagellorum loris reuincta.
LIBS] Ventus. Plin. lib. 18, cap 34, 5, Ex aduerſo Aquilonis, ab occaſu Brumali, Africus flabit: quem Græci Liba vocant. Sic, lib. 2, cap. 47, 2.
LIBVM] Vide LIBO.
LIBVRNVM, & LIBVRNA, & LIBVRNICA] Genus nauis bellicæ velociſſimæ. Horat. in Epodis, ode 1, 1,
Ibis liburnis inter alta nauium,
Amice, propugnacula. Lucan. lib. 3, 107,
Ordine contentæ gemino creuiſſe liburnæ. Plinius epiſt. 102, b. Iubet luburnicam aptari: mihi, ſi venire vnà vellem, facit copiam.
¶ Liburnus: vt Roſtra Liburna Propert. lib. 3, eleg. 11, 9.
LICENTER, LICENTIA, LICENTIOSVS] Vide LICET.
LICEO] Precio augeor. Plaut. Men. 24. 90,
Vænibunt ſerui, ſuppellex, fundi, ædes, omnia
Vænibunt: quiqui licebunt præſenti pecunia. Mart. lib. 6, 66, Paruo quum precio diu liceret.
LICEOR] Precium defero in auctione facienda. Plautus Stich. 7, 68,
Iocos ridiculos vendo: agitè licemini. Perſi. Sat. 5, 19,
Et centum Græcos curto centuſſe licetur. Vlpian. Si res eius vænierit, & exiſtat qui plus liceatur.
¶ Licitor: Frequentatiuum. Curtius lib 4, Et cùm habeatis arma, licitamini hoſtium capita.
Licitari: *Congredi, pugnare.* Ennius: Pars ludicrè ſaxa iactant; inter ſe licitantur. Cæcilius Hymnide: quæ narrare incepi & ſcitras feruentis, quin machæra licitari aduerſum eum cœpiſti ſciens.
¶ Licitans. Caius in l. locatio. ff. de Publicanis. Locatio vectigalium, quæ calore licitantis vltra modum ſolitæ conditionis inflatur, ita demum admittenda eſt.
LICET] Fas eſt. Quint. lib 4, cap 4, Procuratorem tibi eſſe non licuit. Horat. 1, Serm. Satyr. 1, 19,
Eia quid ſtatis? nolunt atqui licet eſſe beatis.
Licet: *Reſponſio permittentis.* Plaut. Rud. 26, 8,
Rogato vt relinquat alias res, & huc veniat. T. licet.
Licet mihi diſcere de te. Terent. Eunuch. 2, 2, 31.
Licet me id ſcire, quid ſit? Plaut. Pſeud. 3, 14.
Liceat. Terent. Heaut. 5, 2, 18,
Modo liceat viuere; eſt ſpes.
Liceat dicere. Plautus Rud. 4, 51, Mea quidem hercle cauſa ſaluos ſis licet.
Si per te licet. Plaut. Aſin. 1, 12, Terent. in Prolog Heaut. 36,
—date poteſtatem mihi
Statariam agere, vt liceat per ſilentium. Idem Hecyr.
Per me exquirere licet.
Licet: *abſolutè, pro, Poteris facere.* Cato de Re ruſt. Et, ſi voles inſuper vinum Coum muſtum bibere; licebit bibas.
Impunè licere. Tibul. lib. 1, eleg 9, 1.
¶ Licet: *Aduerbium concedentis* Virg. 6, Aeneid. 80,
—licet ingens ianitor antro
Aeternum latrans exſangues terreat vmbras.
Licet: *pro Quamuis.* Virg. 6, Aeneid. 161,
Flexeris æripedem ceruam licet.
¶ Licitus. Negociatio licita. Vlpian in l. 2, ff de iure patron.
¶ Licitum eſt. Terent Hecyr. 5, 3, 39.
Ego, dum licitū eſt, vſa ſum benigno, & lepido, & comi. Virgil. 10, Aeneid. 21,
Quandoquidem Auſonios coniungi fœdere Teucris
Haud licitum eſt: nec veſtra capit diſcordia finem.
¶ Licitò. Solinus cap. 16. Aedes numinis, præterquam nudus veſtigia, nullus licitò ingreditur.
¶ Licentia. Terent. Adelph. 3, 4, 6,
—verùm nimia illæc licentia
Profectò euadet in aliquod magnum malum. Idem Heaut. 3, 1, 64,
Nam deteriores omnes ſumus licentia.
Licentia temporum. Plin. epiſt. 47, b.
Conſtricta licentia nullo nodo. Claud. de nupt. Honorij. 16.
Effræna. Claud de bello Get. 74.
Effuſa. Tacit lib. 4.
Feſta. Quint. lib. 6, cap. 3, 10. Quin illæ ipſæ, quæ dicta ſunt, ac vocantur, quas certis diebus feſtæ licentiæ dicere ſolebamus.
Fœcunda licentia vatum. Ouid. 3, Amor. eleg. 11, 9.
Immenſa licentia ponti. Ouid 1, Metam. 63.
Indomita. Horat. 3, Carm. ode 24, 6.
Laſciua. Horat. 1, Carm. ode 19, 1.
Nocturna. Ouid. 5, Faſt. 54.
Dare infinitam licentiam iudici. Senec. de Benef. lib. 3, ca. 7.
Ferri licentia. Lucan. lib. 1, 2,
Quis furor, o ciues, quæ tanta licentia ferri?
Vaganti fræna licentia iniecit. Horat. 4, Carm. ode 15, 3.
Notare licentiam verbi. Quint. lib. 4, cap. 1, 32.
Prodere licentiam mentiendi. Quint. lib. 4, cap 2, 64.
Tranſſcendet hæc licentia in prouincias. Tacit. lib. 17.
¶ Licentia: *pro poteſtate, ſiue permiſſione.* Tacit. lib. 14. Statuerent vt vellent, data & abſoluendi licentia. *Paulo poſt:* Mox licentia habendi obliuionem attulit.
¶ Licentior. vt, Licentior accuſatio. Valerius libro nono, de Damaſippo.
Licentior epiſtola. Plin. epiſt.
Licentior vita. Valer. lib. 9, cap. 1.
¶ Licentioſus. Tacitus: Ex moribus imperatoris miles intactus aut licentioſus. Quint. lib. 1, cap. 6, 15, Nam ebor dicere, non minùs eſt licentioſum, quàm ſi ſulphuri & gutturi ſubijcerent o mediam in genitiuo.
¶ Licenter. Liu. 6, bel. Pun. 48, Idem tam licenter atq; otioſè facere, Flacco indignum viſum eſt.
Audacter & licenter ede. Catul. in Camerium, epigr. 51, 4.
Dicere licentiùs. Quint lib. 1, cap. 2, 7.
Errare licentiùs. Ouid. 4, de Ponto, eleg. 10, 6.
LICHEN] Morbi genus quod à mento incipit. Plin lib. 26, cap. 1, 2, Grauiſſimum ex his, lichenas appellauêre Græco nomine. Mart. lib. 11, 92,
Nec triſte mentum, ſordidiue lichenes.
Lichenes equorum. Plin. lib. 28, cap 11.

¶ Lichen: *Herba*. Plin.lib.26,cap.4,5. Lichen verò herba his omnibus præfertur, inde nomine inuento.

LICIA] Fila ſunt, quibus in telis textrices implicant ſtamina. Plin.lib.8,cap.48,6, Plurimis verò licijs texere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit. Virg.8,eclog.15,

Terna tibi hæc primũ triplici diuerſa colore Licia circumdo.

Dira ſororum licia. Stat.1,Achil.105.

Cantata. Ouid.2,Faſt.115.

LICITOR] Vide LICEO.

LICTOR] Plaut. Aſin.11,19,

Vbi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores, vlmeis affectos lentis virgis.

Liuius Miſſiq; lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos virgis cædunt, ſecuriq; feriunt.

Conſularis lictor. Horat.2,Carm.ode 16,2.

Lictor, *etiam inter ſacrorum miniſtros cenſebatur*. Pompeius Feſtus lib.6, Flaminius lictor eſt, qui flamini diali ſacrorum causà præſtò eſt. Ouid.lib.2,Faſt.

¶ Lictorius. Plin.7,cap.30,1. Faſces lictorios ianuæ ſubmiſit is, cui ſe Oriens Occidensq; ſubmiſerat.

LIEN, vel LIENIS] Plaut.Curc.5,19,

Lien diruptus eſt. P. ambula: id lieni optimum eſt.

Idem Merc.4,14,

Perij: ſeditionem facit lien; occupat præcordia.

Celſus lib.3, Si iecur aut lienis eſt affectus. Idem lib.2, Quos lienis malè habet.

Lienis bubulus. Celſus.lib.4,cap.9.

Lienis magnitudine intemperantiam riſus fieri, affirmant phyſici Perſius. Sat.1,2.

Intumeſcit quandoque lien, vt cingere hominem videatur. Cato cap.157.

Lienis torquet. Cel.lib.5,cap.18.

¶ Lienoſus. Qui liene laborat. Plin.lib.7,ca.2,11, de Pyrrho refert, cuius dextri podis pellex lienoſis medebatur.

Lienoſum cor: *id eſt, lienis naturam habens* Plaut.Caſin.9,61.

¶ Lienicus: Idem quod Lienoſus. Plin.lib.29,cap.3,5. Hæc & illita lienicis.

¶ Lienteria, lienteriæ (λειεντερία) Inteſtinorum leuitas, infeſtus. Celſus lib.2, cap.1, Fit etiam leuitas inteſtinorum quæ λειεντερία vocatur. Vnde Lienterici Plinio, alui, qui hoc morbo vexantur. Dicitur autem propriè Lienteria, alui fluxus, qui à melancholicis excrementis à liene per inteſtina deſcendentibus venit.

LIGAMEN, LIGELLVM] Vide LIGO.

LIGNVM] Plin.lib 12, cap.11,2, Conſtat arboribus fructus radice, frutice, cortice, ſucco ligno, &c.

Aridum compone lignum. Horat.3,Carm.ode 17,3.

Arida ligna explicare in flammas. Lucret.lib 2,177.

Durum lignum. Virg 9,Aeneid.108.

Dolatum. Iuuen.Satyr 12,6.

Fiſſum: Virg 9,Aeneid.83.

Fiſſile. Virg.1,Georg.29.

Inutile. Horat.1,Serm.Satyr.8,1.

Odoratum. Virg.2,Georg.24.

Reponere ligna ſuper foco. Horat.1,Carm.ode 9,1.

¶ Ligneus. Plaut.Pœn.20,28.

—tantiſper quidẽ. Vt ſis apud me lignea in cuſtodia.

Idem Rud.7,7, Ligneus equus. Liu.3,bel.Pun.172, Lignea turris.

Deus ligneus. Tibul.lib.1,eleg.10,4.

Simulacra lignea. Ouid.10,Metam.138.

¶ Lignarius: *Qui lignatum it* Liu.5,bel.Maced.162, Et ijdem porticum, extra portam Trigeminam, inter lignarios fecerunt.

¶ Lignoſus: inſtar ligni durus. Plin. lib.12, cap.7,5. Arbor radice lata lignoſaq;.

¶ Lignor: Ad ferenda ligna eo. Plaut. Capt.11,126,

Ite iſtinc, efferte lora. C. num lignatum mittimur?

Liuius 5, belli Punici, 186, Et deinde aſſiduè dies noctesque infeſtus aderat, vt non vagus tantùm procul à caſtris lignatum pabulatumque progreſſos exciperet; ſed ipſis obequitaret caſtris.

¶ Lignatio: Lignorum deſectio, vel deportatio. Cæſar 5, bel Gal.144, Vt nonnulli milites, qui lignationis munitionisq; cauſa in ſyluas diſceſſiſſent.

Lignatio: *locus vnde ligna accipi poſſint*. Col.lib.1,cap.5,1, Sit autem vel intra villam, vel extrinſecus inductus fons perennis, lignatio pabulumq; vicinum.

¶ Lignator. Liu.10,ab Vrbe 118, Cæſar 5,bel.Gal.96. Subitoq; oppreſſit lignatoribus magna manus.

LIGO] conſtringo. Plin. lib.11, cap.46,2, Talus autem rectus eſt in articulo pedis, ventre eminens concauo, in vertebra ligatus.

In catenas aliqua ligare. Quint.lib.5,cap.14,25.

Guttura ligauit laqueo. Ouid.6,Metam.27.



Vulnera ligare. Ouid.7,Metam.173.

Legibus aliquem. Stat.4,Sylu.3,15.

Pacta. Propert.lib.4,eleg 4,17.

¶ Ligatus. Comas ligatas auro ſubſtringere. Lucan.li.1,57.

Crines ligatos impedit vitta. Tibul.lib.1.eleg.6,14.

¶ Ligamen. Colum.lib.11,cap.2,70, Poſſit etiam ſalix deciſa pridie ad lucubrationem expurgari, & ad vitium ligamina præparari.

Nocturna ligamina mitræ. Propert.lib.2,eleg.30,3.

¶ Ligellum: tuguriolum. Plaut.Aul.9,22,

De ſuo ligello fumus ſi quà exit foras.

LIGO] Ruſticum inſtrumentum Lucan lib.1,34.

Vomereq; antiquos curionum paſſa ligones.

Plin. libro 18, cap 6,10, Adduxit graues ligones; vomeres ponderoſos.

Incurui ligones. Stat.3,Thebaid,118.

Duris ligonibus exhauriebat humum. Horat.Epod.5,6.

Iactati pulſarunt arua ligones. Ouid.3,Amor.eleg.9,7.

Longis purgare ligonibus arua. Ouid.1,de Põto eleg 9,12.

LIGVLA] Vide LINGVA.

LIGVRIO] auidè conſumo: ſuauiora edulia carpo. Liguriunt muſcæ, inquit Varro de ling. Latin. Terent. Eunuch. 5,4,14.

Quæ cum amatore ſuo quum cœnant, liguriunt.

Ius tepidum ligurire. Horat.1,Serm Satyr.3,16.

Furto ligurire: id eſt, cibum furto ablatum, Horat 2, Serm. Satyr.4,16.

LIGVSTICVM] Herbæ hortenſis genus. Plinius libro 19, capite 8,32.

LIGVSTRVM] Eadem arbor eſt (inquit Plin. lib.24, cap. 10,1,) quæ in Oriente cypros. Virg.2,eclog 4,

Alba liguſtra cadunt.

id eſt, liguſtri flores. Martialis lib.1,186, ad Procillum:

Toto candidior puella cygno,
Argento, niue, lilio, liguſtro.

Niueum luguſtrum. Ouid 13,Metam.169.

Liguſtrum: *Genus herbæ, per ſepes & macerias ſerpens*. Colum. libro 10,25,

—& nigro permiſta liguſtro Balſama.

LILIVM] Plinius lib 21,cap.5.

Alba lilia. Virg.4,Georg.27.

Breue lilium. Horat.1,Carm.ode 36,4.

Candida lilia. Virg.6,Aeneid.142.

Canentia. Ouid.12,Metam,83.

Grandia. Virg.eclog 10,5.

Infringere lilia. Ouid 10,Metam.39.

¶ Lirinus. Lirinum oleum. Plin.lib.21,cap.5,1.

LIMA] Inſtrumentũ, quo aliquid expolitur terendo. Quint. lib.10,cap.3, Opus poliat lima.

Lima, *per translationem*.

Vltima lima defuit meis ſcriptis. Ouid.1,Triſt.eleg.6,6.

Intendere limam alicuius. Plinius iun. lib.1, epiſt.2, ad Arrianum.

Mordet librum lima cenſoria. Martialis libro 5, epigram. ad Seuerum.

Perſequi ſcriptum aliquod limâ. Plin.iun.lib.1,epiſtol.8, ad Saturninum.

Vti lima mordaciùs Ouid.1,de Ponto,eleg.6,4.

Liber raſus limo. Ouid.2,de Ponto,eleg 4,4.

¶ Limo. Plin.lib.18, cap.11, Atq; cùm in arbores exacuant limentq; cornua elephanti.

Scalpere atq; limare gemmas. Plin.lib.36,cap 7,1.

Ratio limat aliquid. Quint.lib 2,cap.4,6.

Tenui cura limari. Ouid.4, de Ponto,eleg.6,8.

Limare caput cum altero: *id eſt, coniungere*. Plautus Pœnul. 4,69.

Limare commoda alicuius: *Attenuare*. Horat 1,epiſt.14,8.

Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat.

¶ Limatus. Limatus & emunctus. Quint.lib.12,cap.10.

Terſus ac limatus. Quint lib.12,cap.10.

Limatior. Horat.1,Serm.Satyr.10,13.

—fuerit Lucilius (inquam) Comis & vrbanus, fuerit limatior idem, Quàm rudis.

LIMAX] Qui exquirit, vt aliquid auferat. Plaut. Bacchid. Limaces viri: quòd atterant & conſumant.

¶ Limax: Teſtudo Col.lib.10,31,

Implicitus conchæ limax, hirſutaq; campe.

Plin.lib. 29, ca.6,7, Limacis inter duas orbitas inuentæ oſſiculum.

LIMBVS] pars veſtis extrema. Virg.2,Aeneid.124,

—limbo effulgens, & Gorgone ſæua.

Idem 4,Aen.28,

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Aureus limbus obibat chlamydem. Ouid.5,Metam.11.

Vltima pars telæ tenui circumdata limbo. Ouid.6,Met.26.

¶ Limbolarius: Qui limbũ veſtib. prætexit. Plaut.Aul 19,47.

—textores limbolarij, arcularij Dicuntur: datur æs.

LIMEN] Terentius Hecyra,3,3,18, Iam vt limen exirem,ad genua accidit.

Limen, *etiam ſuperiorem partem oſtij ſignificat.* Iuuenalis Satyr.6,23,

—pendentia liquit

Vela domus, & adhuc virides in limine ramos. Cato vtrunque complectitur, quum inquit cap.14,1, Tigna omnia,quæ opus ſunt,limina,poſtes,&c.

Limen ſuperum & inferum, dixit Næuius: Exime limen ſuperum, quod mihi miſero ſæpe confregit caput: inferum quoq; vbi ego omneis defregi digitos. Plaut.

Limen ſuperum,inferumq; ſalue,ſimul autem vale.

Aſtrictum limen: Clauſum. Ouid.3,Amor.eleg.1,10.

Auratum.Senec.Herc.Oeth 5,5.

Crudelia limina. Virg.3,Aeneid.124.

Dulcia. Virg.2,Georg 103.

Læta.Virg.1,Aeneid.144.

Marmoreum limen.Horat.1,epiſt 19,15.

Perfractum.Senec.Troad.7,4.

Proſperum.Stat.4,Sylu.3,20.

Religioſa deorum limina.Virg.2,Aeneid.74.

Reuulſum tellure limen Ouid.12,Metam.57.

Crudeles rigido cum limine poſtes. Ouidius 1,Amor.eleg. 6,15.

Superba ciuium potentiorum limina. Horat.Epod,2,2.

Tritum limen. Catul.ad Mallium,epigr.63,15.

Adire limina alicuius.Virg 6,Aeneid.23.

Ferrea limina compeſcere Lucan.lib.1,13.

Exturbatus limine templi Silius lib.11,21.

Inſiſtere limen. Virg.6,Aeneid.113.

Interiora domus irrumpit limina.Virg.4,Aeneid.129.

Dura limina perrumpit bipenni. Virg.2,Aeneid.96.

Pulſare limina. Ouid.2,Amor.eleg.19,8.

Scandere limina turris.Stat.12,Thebaid.3.

Sedere in limine. Virg.4,Aeneid 95.

Tranſire limen cautiùs.Ouid.1,Amor.eleg.12,1.

¶ Limen: *pro ingreſſu.* Virg.2,Aeneid 91,

Limen erat, cæcæq; fores, & peruius vſus. Plinius libro 3,in Præf.5.

Obſeſſa tenere limina portarum.Virg.Aeneid.161.

¶ Limen: *interior pars domus.* Virg.2,Georg.110,

—penetrant aulas & limina regum.

¶ Limen: *Locus in quo ſtatur.* Virg 5,Aeneid.64,

—ſignoque repente

Corripiunt ſpatia audito,limenq; relinquunt.

Ad limina ſeruus: *pro atrienſi*, apud Apuleium lib.2, de Aſino. Etapud Virgilium lib.9,Aeneid.129,

—fiduq; ad limina cuſtos.

¶ Limen: *pro amicitia.* Virgil.7,Aeneid.116.

—de limine pelli. Iuuenal.Satyr.3,13,

Limine ſubmoueor,perierunt tempora longi

Seruitij.

Limina imperij: Lethi limina.Lucret lib.6,243.

LIMEN] Græcè,Latinè portum ſignificat. A' quo.

¶ Limenarcha: Qui locis maritimis præeſt,vnde proiectus eſt ad exteras nationes. In Pandectis, De ſeruis fugitiuis,l. limenarchæ.

LIMES] Tranſuerſa via. Virg.9,Aeneid.65.

—& lato te limite ducam. Colu.lib.1, Semitas, nouosq; limites,in agro fieri non patiatur.

Accliuus limes.Ouid.2,Metam 4.

Arctior Stat.Thebaid 5.

Attritus limes aquarum.Ouid epiſt.17,27.

Curuus. Senec.Thyeſt.9,11.

Directus Stat.2,Sylu.2,17.

Longo limite ſulcus. Virg.2,Aeneid.140.

Obliquus Senec. Oedipo,4,15.

Scopuloſus.Stat.1,Thebaid.66.

Sectus in obliquum.Ouid.2,Metam.26.

Spatioſus.Ouid 15,Metam 150.

Tenuis limes longa ſubnubilus vmbra. Ouidius 2,de Rem. am.41.

Recto graſſari limite.Ouid.2,Triſt.95.

Curuo limite deſcendere.Ouid.14,Metam.166.

Incidere rectum limitem.Quint.lib.2,cap.13,11.

Partiri limite campum. Virg 1,Georg 26.

Reſcindere limites.Stat 4,Sylu.3,9.

Limites duo maximi in agris: cardo,& decumanus.Plinius lib.22,cap 33,1.

Limites in vrbe.Liuio,vt lib.1,bell.Macedon.90,extrà limes mille fermè paſſus in Academiæ gymnaſium ferens,pediti equitiq; hoſtium liberum ſpatium præberet.

Limes laxus benignitatis: *per tranſlationem.* Senec.de Benef. lib.1,cap.14,Quare ſiquis exiſtimat,nos,quum iſta præcepimus,benignitatis fines introrſus referre, & illi minus laxum limitem aperire.



¶ Limito: Partior,diſtinguo. Plin.lib.17,cap.22,2, Vineas limitari decumano oportet XVIII. Pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum tranſitus.

¶ Limitatus ager: In centurias dimenſus,inquit Feſtus.

¶ Limitatio.Colum lib.3,cap 12,1,Non intempeſtiue commemorabimus Iulij Græcini conſcripta, velut formulam, ad quam poſita eſt limitatio terræ vinealis.

¶ Limitaneus: limiti deputatus. Iuriſconſ.in l.vlt de fundis limitrophis. Agros limitaneos vniuerſos cum paludibus, omniq; iure, quos ex priſca diſpoſitione limitanei milites ab omni munere vacuos ipſi curare pro ſuo compendio, atq; arare conſueuerunt.

LIMEVM] Herba.Plin.lib.27,cap.11.

LIMITO] Vide LIMES.

LIMO] Vide LIMA.

LIMONIA] Alterum genus anemones. Plinius libro 21, capite 11.

LIMONIATES] Gemma eadem videtur, quæ ſmaragdus. Plin.lib 37,cap.10.

LIMONIVM] Frutex, nunquam cubitali altior, criſtiſque foliorum ac radice nigra; ſed dulci. Plinius libro 22, capite 22.

LIMOSVS] Vide LIMVS.

LIMPIDVS] Clarus,purus.Colum.lib.12,cap.28,3,Poſtea quum de dolijs aut de ſerijs diffundere voles, vere florente roſa deſæcatum quàm limpidiſſimum in vaſa bene picata & pura transferto.

Lacus limpidi.Catul.ad Sirmionem Peninſulam,epig.29,3.

Vocem limpidam ac canoram facit ſandaracha. Plin.lib.34, cap.vlt.12.

¶ Limpitudo.Plin.lib.32,cap.11,12, Stant veluti fuiſſo crure longo in arena defixæ hiantesq;,quâ limpitudo eſt,pedali non minus ſpatio.

LIMVS] Veſtis genus.Virg.lib.12,Aeneid.24,

Velati limo, & verbena tempora cincti.

LIMVS] Lutum,ſeu cœnum mollius.Plinius libro vndecimo, capite 37, 33, Labra herbas cruentibus, limumq; lata vt ſuum generi.

Grauis veteri cratere limus adhæſit. Horatius 2, Serm, Satyra,4,16.

Informis limus. Virg.6,Aeneid.84.

Niger.Virg.4,Georg.96.

Dureſcit limus igni Virg,8,eclog.16.

Læui rimoſa cubilia limo vnge.Virg.4,Georg.9.

¶ Limoſus: Limo plenus. Plin,lib.16,cap.36,2, Vbi limoſiore callo induruit.

Limoſa aqua Colum.lib 5,cap.9,11.

Flumina limoſa. Ouid.1,Metam.128.

Humus limoſa. Ouid.1,de Remed.amor.29.

Iuncus limoſus.Virg.1,eclog.10.

Lacus.Virg.2,Aeneid.27.

Limoſa radix.Plin lib.27,cap.5,3.

Vlua. Lucan.lib.2,14

LIMVS, & LIMIS] Feſtus: Limis, obliquus, id eſt, tranſuerſus.Terent Eunuch.3,5,53,

—ego limis aſpecto

Sic per flabellum clanculum.

Limis oculis aſpicere,vel intueri. Plaut.Milit.18,2.

Ocellis limis ſubridere. Ouid.3,Amor eleg 1,7.

¶ Limulus.Plaut.Bacchid.23,9,

Viden' limulis vt,obſecro,intuentur.

LINAMENTVM] Vide LINVM.

LINEA] filum illud, quo fabri materiarij vtuntur ad ſignandam materiam.

Circumcurrens linea.Quint.lib.1,cap.10,30.

Extremæ lineæ.Quint.lib.1,cap.10,30.

Deſignare aliquid velut primis lineis. Quintilianus libro 4, capite 2,84.

Ducere primas lineas. Quint.lib.2,cap.6,1.

¶ Linea: *Gradus agnationis.* Paulus in l.ſtemmata.ff.de grad. & affin.& nom.Stemmata cognationum directo limite in duas lineas ſeparantur.

Linea: *filum omne ex lino.* Columella: Ligato pede longâ lineâ gallina cuſtoditur.

Linea, *qua capiuntur piſces, & cui hamus deligatur.* Plin.li.9,ca. 43, At vulpes marinæ, ſimili in periculo glutiunt ampliùs vſq; ad infima lineæ,quæ facile prærodant. Mart.li.5,114,

Tremulaq; captum linea trahit piſcem.

Lineam mittere. Plautus in Moſtell.15,22,

Non ego ita extemplò meum oſtendam ſenſum; mittam lineam.

Diſſimulabo me horum quicquam ſcire.

Vltima linea rerum mors eſt. Horat.1,epiſt.17,16.

Linea margaritarum. Scæuola in l.medico.§ vlt.ff.de auro, argento,mundo,&c. Idem in l.lineam.ff.ad legem Falcid. Lineam margaritarum triginta quinq; legauit.

Vti in linea pertuſis margaritis. Vlpian in l.ſi ſeruus ſer.§.ſi quum.ff.ad legem Aquil.Si quum maritus vxori margaritas extricatas dediſſet in vſum, ea inuito vel inſcio viro perforaſſet,vt pertuſis in linea vteretur.

¶ Lineo: Lineas duco. Plaut.Milit. 2,42,

Bene lineatam ſi ſemel carinam collocauit. Cato cacap 24,2. Et quæ opus ſunt domui,præſtabit,& ad opus dabis: ſuccidet, dolabit, lineabit, ſecabitq; materiam ſolam duntaxat.

¶ Linearis Plinio lib 35,cap.3,5.

Probationes lineares. Quint.lib.1,cap.10,36.

Linearis ratio. Quint.lib.1,cap.10,28.

¶ Lineatio: Firmicus lib.1, cap vlt. Vnde enim ſeſe ſinguli propria corporis lineatione cognoſcunt.

LINEVS] Vide LINVM.

LINGO] linguâ molliter tango. Plaut.Caſi.

Mel mihi videor lingere.

Lingere, *dicimur, quum aliquid in ore tenentes, guttatim defluere in ſtomachum ſinimus.* Plin.lib.37,cap.10,41,ſed lingentium calculos frangit, pellitq;. Idem lib.31, cap.9,8, Datuſq; lingendus,& oculis iumentorum inſpuitur.

¶ Linctus. Plin lib.31,cap.9,7, Multi tuſſim veterem lincta ſalis diſcuſsêre.

LINGVA] Raræ perplexa foramina linguæ,Lucret.li.4,125.

Radix vltima linguæ. Ouid.6,Metam.112.

Humor linguæ deficit.Ouid.9,Metam.114.

Aſpera lingua premit fauces. Virg.3,Georg.102.

Biſulca. Ouid.9,Metam.13.

Fiſſa in duas partes. Ouid.4,Metam.118.

Frigida. Virg.4,Georg 105.

Multifidas linguas vibrans draco Valerius libro, primo, Argonaut.13.

Nigra lingua ſubeſt. Virg.3,Georg.78.

Suppreſſa lingua palato.Ouid.Triſt eleg.3,5.

Tribus linguis præſignis draco. Ouid.7,Metam.30.

Linguis micat ore triſulcis. Virg. 3, Georg 89.

Vibrantes linguæ.Virg 2,Aeneid.41.

Comprehenſam forcipe linguam abſtulit. Ouidius 6, Metamorph 12.

Coruſcare linguis dicuntur ſerpentes. Ouid.4,Metam.99.

Reſecta lingua enſe.Ouid.in Ibin,89

Theſaurus in lingua ſtultis ſitus Plaut.Pœn.9,12.

Commercia linguæ Ouid.Triſt.eleg.11,2.

Facundia. Ouid.3,Triſt eleg.5,6.

Tela. Ouid.4,de Ponto,eleg.6 8.

Blæſa lingua.Ouid.3,de Arte,59.

Diues. Horat 2,epiſt.2,25.

Elegans Catul in amicam Formiani,epigr.40.1.

Exanimis Ouid 1 ,Metam 12.

Facunda Horat 4,Carm ode 1.7.

Falſæ periuria linguæ Ouid.7.epiſt.13.

Gratia ficta linguæ.Ouid.12,epiſt.3.

Garrula lingua. Tibul.lib.4,eleg.12,4.

Magicæ potentia linguæ.Ouid 7,Metam.66,

Modeſta lingua. Ouid.epiſt.18,13.

Nocens.Propert.lib.2,eleg.29,3.

Lingua nulla eſt,qua negem quicquid roges.Plautus Capt. 16,15.

Patruæ verbera linguæ.Horat,3,Carm.ode 12,1.

Pia lingua. Ouid.epiſt 21,14.

Pictæ tectoria linguæ.Perſius Satyr.5,3.

Procax lingua. Silius libro 8,49.

Profeſſoria.Tacit lib.13.

Prompta ad rigidos ſonos.Ouid.4,Faſt.62.

Sacrilega. Ouid.1,de Remed.Amor.74.

Secretior. Quint,lib.1,cap. ,25.

Subdola. Ouid.1,de Arte,120.

Trepidans.Catul.de Berecynthia.58,6.

Vanæ mendacia linguæ.Ouid.3,Amor.eleg.10,5.

Vænalis lingua.Lucan.lib.1,55.

Acuere linguam cauſis. Horat.1,epiſt.3,5.

Vſum linguæ auferre alicui Ouid.14,Metam.20.

Deerat lingua palato. Ouid.21,epiſt.23.

Delirat lingua.Lucret lib.3 92.

Templa linguæ.Lucret lib.4.116,

Humida linguai circùm ſudantia templa.

Vſum linguæ deperdere.Ouid.5,Metam.113.

Linguam diuertere ad mores alicuius. Plaut.Pœn.16,24.

Eripere linguam alicui.Ouid 2,Faſt.122.

Feruet lingua mero. Ouid.2,Faſt 147.

Stolidæ conuicia fundere linguæ. Ouid.13,Metam.62.

Fac habeant linguā ædes tuæ. A.quid ita? S. quum veniam inuocent.Plaut.Caſin.12,13.

Crimen habere linguæ Ouid 1,Faſt.89.

Inuidis hæſit lingua. Ouid.4,epiſt.2.

Infringitur lingua. Lucret.lib.3,32.



Properante lingua legere. Ouid.2.de Ponto,eleg 5, 2.

Titubante lingua loqui. Ouid.3,Triſt.eleg.1,5.

Lingua gladiorum aciem præſtringens. Plaut.Trucul 10,18.

Riget lingua.Ouid.1,de Arte,104.

Rapta ſilet altera lingua. Ouid.6,Metam.127.

Linguam eſſe in quæſtu. Quint.in Proœm.lib.1,10.

Tardeſcit lingua.Lucret lib.3,97.

Non tenere linguam nimio mero Ouid 2 Triſt 89.

Tenere linguam in ore clauſo. Catul.in Cameriū,epig.55,4.

Titubat lingua.Ouid.1,de Arte,120.

Torpet Catul.ad Lesbiam,epigr 48,2.

Torpuerat gelido lingua retenta metu. Ouid.epiſt.11,17.

¶ Lingua: *pro Differentia ſermonum.* Linguas ſcire:apud Plautum Pœn.2,112, Plin lib.12,cap 1,8, Eſt Gortynæ,in inſula Creta,iuxta fontem, platanus vna, inſignis vtriuſq; linguæ monumentis.

Gentes variæ linguis. Virg.8,Aeneid.145.

Agmina diſſona lingua. Silius lib 16,4.

Sermo lingua concinnus vtraq; Horat.1,Serm.Satyr.18,5.

Egeſtas linguæ. Lucret.lib 1,28.

Doctus ſermonis vtriuſq; linguæ.Horat.3,Carm.ode 8,1.

Duas linguas ediſcere. Ouid.2,de Arte,25.

Facere potentiorem linguam Latinam. Quintilianus lib.1, cap.5,37.

Tueri linguam.Quint.lib 1 cap.1,11.

¶ Lingua: *herba quæ naſcitur circa fontes.* Plinius libro 24,capite 19,1.

¶ Linguarium: Linguæ velut theca & repoſitorium.Senec. Ecce inquit, vt doleat tibi, vt poſtea conſideratiùs loquaris: quod dicere ſolemus, linguarium dabo.

¶ Lingula,ſiue Ligula.

Lingula calceorum Martial.lib 2,29,

Non extrema ſedet lunata lingula planta. Iuuenalis Satyr.5,3, —& ligulas dimittere ſolicitus,ne

Tota ſalutatrix iam turba peregerit orbem.

Lingula edolata.Colum.lib 8,cap.11.

¶ Ligula: *inſtrumentum cauum & oblongum, in ſpeciem linguæ factum.* Plin.lib.21,cap 14.6, Indè ligulis hauriunt florem, id eſt, candidiſſima quæque, transfunduntq; in vas, quod exiguum frigidæ habeat. Colum.lib.6, cap.2, Martial.lib. 14,124,125,de ligula argentea:

Quámuis me ligulam dicant equitesq; patresq;,

Dicor ab indoctis lingula grammaticis.

Ligulam,vocat Columella, *inſtrumentum ad purgandam è vaſis ſpumam.* lib.9,cap 16,11, dum muſteus fructus deferueſcat: isq; ſæpius ligula purgandus eſt

¶ Ligula: *menſuræ genus, quarta pars cyathi.* Plin lib.20, cap.5,6, Item opiſthotonicis & iocinorum vitijs, & torminibus & ſtranguriæ, duarum aut trium ligularum menſura. Idem lib.20,cap.5,6, Colum.lib.12,cap 21,2.

Lingulam, vocitauêre etiam veteres, *gladiolum oblongum, in ſpeciem linguæ factum.* Gellius lib.10,cap.25.

¶ Lingula, ſiue Lingua, *pro monterio oblongo.* Plinius libro 37, Inde in altum lingua mille paſſuum excurrens.Cæſ 3 bell. Gall.394. Erant eiuſmodi ferè ſitus oppidorum, vt poſita in extremis lingulis promontorijsq;, neq; pedibus aditum haberent.

¶ Linguax: Verboſus. Gell.lib 1,cap.15. Hoc genus homines in verba proiectos, locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.

¶ Lingulaca: Mulier blateratrix. Plaut.Caſina,11,61,

Vin' lingulacas? S. quid opus eſt,quando vxor domi eſt?

Ea lingulaca eſt nobis: nam nunquam tacet.

Lingulaca: *Genus piſcis, vel mulier auguratrix,* inquit Feſtus

Lingulaca,quæ & Lingua: *Herba circa fontes naſcens.* Plinius lib.25,cap.11,1.

¶ Lingulatus. vt Lingulatus tubulus, veluti linguæ ſchema præferens. Vitruuius,lib.8,cap vlt.

LINIO] Vngo, vel frico. Colum.lib.6,cap.30, Tepenti adipe vel vino liniuntur Ibidem, cap.17.4, Quicquid vitioſi eſt, inurere,atq; ita liquida pice cum oleo linire.

Ora linit.Ouid.3,Faſt.152.

Liniuntur cæde ſagittæ. Propert.lib.3,eleg.12,9.

LINO] ſuperinducere. Liuius 1,bel.Pun.31, Id ſicut in pilo quadratum ſtuppa circunligabant, linebantq; pice. Mart. lib.1,145,

Nec quæ Callaico linuntur auro.

Auro ſublimia tecta linuntur. Oui.de medicamine faciei,2.

Ora linere venenis: id eſt, fucare faciem. Ouid.1,de Remed. amoris,71.

Linere ſpiramenta: Obturare. Virg lib.4,Georg 8.

¶ Liniſti. Quintil.in Declam. Cæci: Et nequid ſceleri impie deeſſet, mariti tui cruore parietem liniſti.

Liui. Colum.lib.12,Cap.50, Multi,quum ſemel noua dolia, vel ſerias craſſa gummi liuerunt, vna in perpetuum gummitione contenti ſunt.

Leui. Columella; Si recte leueris, indolium quinquagenarum pedum quatuor ſatis erit.

¶ Linere: *Inſignire.* Carmina linenda cedro. Horat. de Arte, 67.

¶ Litus: Maculatus, inſperſus. Virg. 4, Georg. 20,
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.

¶ Litura: Superinductio, deletio. Ouidius epiſt, 3. 1,
Quaſcunq; aſpicies, lachrymæ fecere lituras. Martial. libro 4, 10.
Non poſſunt noſtros multæ Fauſtina lituræ
Emendare locos: vna litura poteſt.

Cæcæ lituræ. Ouidius epiſt, 11. 1.
Facta litura admonitu tuo. Ouidius 2, de Ponto, eleg. 4, 4.
Suffuſas lituras habet litera. Ouidius 3. Triſt. eleg. 1, 3.

¶ Litura: *pro Linitione, vel Linimento.* Colum. lib. 4. cap. 24, 5. Solem etiam & pluuias arcet eiuſmodi litura.

¶ Litus. Verbale. Plinius libro 33, cap. 6, Vſus eius ad collyria, & litu ad muliebriū cicatricum fœditates tollendas.

Linqvo]. Virg. eclog. 1, 1,
— & dulcia linquimus arua.

Hoſpitium linquere Virg. 3, Aen. 13.
Laborem longum. Virg. 5, Aen. 32,
Menſas. Catul, in Carm. nupt. 57.
Animas linquebant. Virg. 3, Aen. 28.
Promiſſa linquere. Catul. Argon. 59, 12.
Linquentem animum reuocare. Curtius: linquentem reuocauit animum, & nudum hoſtis latus ſubiecto mucrone hauſit.
Linqui animo. Sueton. Extremo tempore repente animo linqui ſolebat.

¶ Linquendus. Ouid. 13, Metam. 15, — vtq; reliquit, Sic linquendus erat.

Lintearivs, Linteatvs, Linteo, Linteolvm] Vide Lintevm.

Linter] Nauicula è caua arbore facta. Cæſar 7, bel. Gall. 335. Conquirit etiam lintres: has magno ſonitu remorum incitatas, in eandem partem mittit. Liuius 1, bell. Pun. 96, Itaque ingens coacta vis nauium eſt, lintriumque temerè ad vicinalem vſum paratarum.

Exigua linter. Tibul. lib. 2, eleg. 5, 7.
Cauat arbore lintres. Virg 1, Georg. 53.
In liquida nat tibi linter aqua. Tibul. lib. 1, eleg. 5, 15.
Tranſuecti amnem lintribus. Claud. 1, Paneg. 41.
Seruabit plenis in lintribus vuas. Tibullus libro 1, elegia 5, 5.

¶ Lintrarius: Qui lintri præeſt. Vlpianus l. j. §. de exercitoribus. ff. nautæ, caupones, ſtabularij, vt recepta reſtituant.

Lintevm] Pannus lineus.
Non tam ſæpè teret lintea fullo tibi.

Tepefacere linteum. Celſus libro 3, cap. 6.
Lintea: *Vela, quibus vtuntur nautæ.* Virg. 3, Aen. 138.
— certum eſt dare lintea retro.

Caua lintea. Valer. 4, Argon. 17.
Conuerſa domum dare lintea. Horatius Epod. 16, 6.
Orba lintea ventis. Ouid. 13, Metam. 39.

¶ Linteatos, vocare poſſumus ſacerdotes linteis indutos. Seneca de Vita beata: Quum linteatus ſenex, laurum & medio lucernam die proferens, conclamat iratum eſſe aliquem deorum concurritis.

¶ Lintearius. Vlpian. in l. procuratoris. §. ſi plures. ff. de trib. act. Duas negotiationes exercebat: puta ſagariam, & lintteariam.

¶ Linteolum. Plinius libro 20, cap. 17, 7, Diſtillationem narium diſcutit tuſum, in linteolo olfactum. Plaut, Epi. 5, 47.
Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum cæſicium.
Columel. li. 6, cap. 16, 1. Præfractis cornibus linteola, ſale atque aceto & oleo imbuta, ſuperponuntur.

¶ Linteus, Linteæ candidæ tunicæ. Liu. 9, ab Vrbe, 209.
Lintei libri: Qui lino fiebant, ſiue qui in linteis vice chartæ erant ſcripti. Liu. 4, ab Vrbe, 37, Licinus Macer author eſt, & in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetæ inuentos. Ibidem, 60. Plinius libro 13, cap. 11, 53, In plumbeis linteiſq; voluminibus ſcriptitatum conſtat.

¶ Linteatus: Linteo indutus. Liuius 10, ab Vrbe, 191, Ea legio linteata ab integumento conſepti, quo ſacrata nobilitas erat, appellata eſt.

¶ Linteo: Qui texit linteamina pro conficiendis veſtibus. Plaut, Aulul. 19, 40,
Aut manulearij, aut myrobecharij,
Propolæ, linteones, calceolarij.

Linvm] Plinius libro 10, cap. 33, 4, Argatilis appellatur, eadem figura ex lino intexens.
Seges lini vrit campum. Virg. 1, Georg. 16.
Lini ſemen Plinius libro 34, cap. 12, 11.
Traijcere duo lina acu. Celſ. lib. 7, cap. 21.



¶ Linum: *pro filo.* Celſus lib. 7, cap. 14, A' quibuſdam tumor ad imum acu traiectatur, duo lina ducentes: deinde vtriuſque lini duobus capitibus diuerſæ partes aſtringuntur.
Linum crudum. Celſus lib. 7, cap. 4.
Linum: *pro fune nautico.* Ouidius 3, Faſt, 118,
Dumq; parant torto ſubducere carbaſa lino.
Linum: *pro verriculo* Virg. 1, Georg. 29,
— pelagoq; alius trahit humida lina.
Lina: *pro caßibus quibus feræ capiuntur.* Ouid. 3, Metam. 30,
Lina madent, comites, ferrumq; cruore ferarum. Ibidem, 31.
Siſtite opus præſens, nodoſaq; tollite lina.

¶ Lineus. Plinius libro 12, cap. 6, 2, Sed vnde lineas veſtes faciunt.
Vincula linea. Virg. 5, Aen. 102.

¶ Liniger. Ouid. 1, Metam. 150,
Nunc dea linigera colitur celeberrima turba.
Idem 2, Amor. eleg. 2, 5 Iſis linigera.
Grex liniger. Iuuenal. Satyr. 6, 54.

¶ Linamentum: Filum quod ex lino voluendo trahitur. Plinius. Delphini adipe linamenta accenſa excitant vuluæ ſtrangulatu oppreſſas. Linamentum Celſus ſemper accipit pro penicillo, quod vulneri imponitur, ex linteolo vel ſpongia vel lana, Colum. libro 6, cap. 11.
Linamentum demittendum. Celſ. libro 8, cap. 9.
Superdare linamenta. Celſ. lib. 7. cap. 25.

Lipara] medicamentum pingue, &, vt Celſus ait, lene. Plinius libro 33, cap. 6, 10. Addunt & in medicamenta, quę vocant liparas, ad excreſcentia vlcerum. Celſus libro 5, cap. 19. Lenia quoque quædam emplaſtra ſunt quas λιπαρὰς ferè Græci nominant.

Liparis] Genus lacertorum, teſte Plinio libro 32, cap. 11.
Liparis, etiam Gemmæ nomen eſt, quæ ſuffita omnes beſtias euocat, teſte Plinius libro 37, cap. 10.

Lippvs] Qui oculos habet lachrymantes. Plaut Mil. 15, 15
Cubare in naui lippam, atq; oculis turgidis nauclerus dixit. Plin. epiſt. 141. Quas ſatis acribus oculis, quanquam adhuc lippis, pinguiſſimas vidi. Horat. 1, Serm. Sat. 3, 5.
Cùm tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum?
Omnibus & lippis notum & tonſoribus. Horat. 1, Serm. Sat. 7. 1.
Lippa lacuna. Martial. libro 8, 53, In luſcum furem.
Lippa ficus: ſuccum lachrymoſum emittens. Mart. li. 7, 19.

¶ Lippitudo Ipſe morbus. Plinius libro 16, cap. 37, 7. Flos eius contra lippitudinem illinitur.
Subire lippitudines. Celſus libro 2, cap. 1.

¶ Lippio: Lippus fio. Plinius libro 28. Oculorum vitia fieri negant, nec lippire eos; qui quum pedes lauant, aqua inde ter oculos tangant.
Lippiunt fauces. Plautus Curcul. 7, 29,

¶ Lippitur: *Imperſonale.* Plinius libro 38, cap. 8, 6. Aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, & croci vncia.

Liqvamen, Liqveo, Liqvesco, Liqvet, Liqvidvs] Vide in Liqvor.

Liqvor] Deponens: Diſſoluor. Virg. 1, Georg. 9.
Vere nouo gelidus canis quum montibus humor
Liquitur.
Liquuntur amnes. Virg. 2, Georg. 38.
Aetas liquitur. Lucretius libro 2, 22, 7.
Liquentes campi: pro mari. Virg. lib. 6, Aen. 145.
Mella liquentia. Virg. 1, Aen. 88.
Vina. Virg. 5, Aen. 48.

¶ Liquidus: Mollis & fluxus. Plaut. Milite.
Liquidiuſ; cultiuſq; quàm ventus eſt Fauonius.
Lucretius lib. 4, 253,
Liquidus venter. Mart. lib. 13, 116.
Liquidus: *Purus.* Virg. 4, Georg. 21,
Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, & durum Bacchi domitura ſaporem.
Virg. 6, eclog. 7.
Et liquidi ſimul ignis. hoc eſt, ætherei.
Idem Georg. 40,
Non liquidi gregibus fontes, ſiue Peſtilentia.
Aer liquidus. Virg. 1, Georg. 31.
Aeſtas liquida. Virg. 4, Georg. 12.
Aether liquidus. Virg. 7, Aen. 13.
Amnis liquidiſſimus. Ouid. 6, Metam. 80.
Aquæ liquidæ. Ouidius 1, Amor. eleg. 8, 2.
Auræ. Lucretius libro 5, 43.
Carmen liquidum citharæ. Lucretius libro 4, 198.
Cœlum liquidum. Ouid. 1, Metam. 5.
Colores liquidi Horat. 4, Carm. ode 8, 2.
Fontes. Virg. 2, eclog. 12.
Humor liquidus aquarum. Lucretius libro 1. 71.

Iter liquidum. Propert. libro 3, elg. 21, 3.
Lumen. Lucretius libro 5, 57.
Nubes liquidæ. Virg. 5, Aen. 105.
Odor liquidus. Virg. 2, Georg. 83.
Plumbum liquidum. Horat. 1, Carm. ode 35, 4.
Querela liquida cygnorum. Lucretius libro 4, 111.
Somni liquidi potentia. Valer. 4, Argon. 4.
Sorores liquidæ. Ouidius 1, Metam. 242.
Liquidiſſima tempeſtas cœli. Lucretius libro 4, 35.
Voces liquidæ auium. Lucretius li. 5, 277. Virg. 1, Georg. 82.
Liquidus animus & tranquillus. Plaut. Epid. 13, 36.
Mente liquida videre aliquid. Catul. de Berecynthia, 58, 10.
Liquidum auſpicium: Optimum Plaut. Pſeud, 11. 72.
¶ Liquidum: Subſtantiue, pro aqua. Horat. 1, Ser. Sat. 1. 11.
Vt tibi ſi ſit opus liquidi non amplius vrna,
Vel cyatho.
¶ Liquidò: Pure & manifeſtè. Terent. And. 4, 4, 8,
Quia, ſi forte opus ſit ad herum iurandum mihi,
Non appoſuiſſe, vt liquidò poſſim.
Liquidò diſcere aliquid ab aliquo Liu, 9, bel. Maced. 192.
¶ Liquor: Ipſe humor liquidus. Plinius libro 10, cap. 52, 2,
Piſcium oua ex liquore mollia.
Blandus liquor amaracini floris. Lucretius libro 2, 170.
Dulcis, flauusq; liquor mellis. Lucretius libro 1, 192.
Fluidus. Virg. 3, Georg. 97.
Gelidos hauſire liquores Ouidius 6, Metam. 70.
Leuem fundunt oculi liquorem Seneca Oedip. 12, 9.
Perſpicuus liquor. Ouidius 4, Metam. 60.
Virigenti liquoris latex Lucretius libro 5, 3.
¶ Liqueo, ſiue Liqueſco. Ouidius 1, de Ponto, eleg. 9. 11.
Sic mea perpetuis liqueſcant pectora curis. Virgil. 8, Aeneid. 90.
Vulnificusq; chalybs vaſta fornace liqueſcit.
Cera liqueſcit igni. Virg. 8, eclog 16.
Silex fornace. Stat. 3, Sylu. 1, 25.
Mens. Ouidius 1, de Ponto, eleg 1, 14.
Liqueſcere: *pro colari & dilabi* Vitruu. libro 8. de aquis.
¶ Lucratiuus. Iulianus in l.omnes D. de actio.& obligatio. Omnes debitores, qui ſpeciem ex cauſa lucratiua debent, liberantur,quum ea ſpecies ex cauſa lucratiua ad creditorem perueniſſet.
Acquiſitio lucratiua.Vlpian.in leg.apud Celſum § autoris. D de doli mali except.
¶ Lucrificabilis. Plaut.Perſa,19.2,Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis.
¶ Lucrifuga. Plautus Pſeud.20.36,
—Venus mihi hæc
Bona dat,quū hos huc adijcit lucrifuga, dāni ſui cupi-(dos.
¶ Lucror.Moram fati lucrari. Stat.9,Theb.156.
¶ Lucratus.Lucratus nomen ab Africa domita.Horatius 4. Carm.8,4.
Pythias emuncto lucrata Simone talentū.Horat.de Arte,44.
¶ Lucrifacio.Martialis libro 8.11,
Emit lucernas mill:bus decem Baſſus,
Tyrias coloris optimi lucrifecit.
Lucrifacere nomen.Varro 3.de Re ruſt.cap.4,1, quòd lucrifecerunt hoc nomen turdi.
Iniuriam.Plinius lib.7,cap.39,2.
LVCTOR.] Conor,nitor. Liu.7.ab Vrbe,185. Se militando feſſos in peſtilenti atq; arido circa vrbem ſolo luctari.
Luctantur inter ſeſe.Plin.lib.17,cap.12,6.
Contendunt ludo,& fuluâ luctantur arenâ. Virgilius 6,Aeneid 5,129.
Luctari complexu. Plin lib.9,cap 30,2.
Equo.Silius libro 4,48.
Molimine magno luctari.Ouid 6,Metam.139.
Remis ad opem luctare ferendam. Ouid.4.Triſt.eleg.5,4.
Morti luctari Silius lib.10,59.
Circa omnia momenta luctari. Quintilianus libro 5, capite 13,40.
¶ Luctandum in turba. Horat.2. Serm Satyr.6,6.
¶ Lucto.Ennius lib 9,Viri à validis viribus luctant. Terent. Hecyr 5.3.32,
Dicitq; ſe illi annulum ſeſe, dum luctat,detraxiſſe.
¶ Luctans.Iuuenci luctantes Virg.2,Georg.72.
Anima luctans.Virg.4,Aeneid.139.
Lumina luctantia compoſuit ſomnus. Silius lib.7,42.
Oſcula luctantia carpit.Ouid.4,Metam.72.
Luctantes venti.Virgil.1,Aeneid.12.
Viri. Propert.2,eleg.14,1.
¶ Luctator Plaut.Pſeud.22.5,
Luctator doloſus eſt. Ouid in Ibin.79,
Vt iacet Aoniâ luctator ab hoſpite fuſus.
¶ Luctatio. Liu.1.bell Pun.124. Tetra ibi luctatio erat,vt à lubrica glacie non recipiente veſtigium.
¶ Luctatus:Verbale, Plinius libro 32, capite 2.1, Quem luctatum eius ſi forte alius ſcarus extrinſecus videat, apprehenſa mordicus caudâ adiuuare nixus erumpentis. Sic libro 8. capite 12, 1. Scit ille imparem ſibi luctatum contra nexus.
¶ Luctamen.Virgilius 8,Aeneid.7,
—Remo vt luctamen abeſſet.
Miſerum luctamen.Valer.2,Argonaut 47.
LVCTVS,LVCTVOSVS.] Vide LVGEO.
LVCVBRO] ad lucernam compono. Liuius lib.1.ab Vrbe; 252.Sed nocte ſera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentem inueniunt.
¶ Lucubrata nox. Martial lib 4 45.
¶ Lucubratio. Columel. libro 11, capite 2.9. Item ad lucubrationem veſpertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere; totidemque per antelucanam lucubrationem.
Ad lucubrationem conficere aliquid. Columel.libro 11,capite 2,70.



Per lucubrationem ferramenta acuere. Columel. libro 11, capite 2,71.
¶ Lucubratoria lecticula Sueton.in Auguſto, cap.78.
LVCVLENTVS.] Vide LVX.
LVCVMO] pro ſtulto & furioſo. Auſon.ad Theonem,
Anticyramq; bibas Samij lucumonis acumen.
LVCVNS.] Edulij genus.Varro apud Nonium:
Ac nulla ambroſia ac nectar, non allia, ſardæ,
Panis pemma lucuns,cibus qui puriſſimus multò eſt.
¶ Lucunculus. Apuleius: Hic panes, cruſtula, lucunculos, hamos,lacertudos,plura ſcitamenta mellita. Afranius:
Piſtori cur non, cur non ſcriblitario,
Vt mittat fratris filio lucunculos?
LVCVS.] Nemus arboribus denſum. Virg.1,Aen 89,
Lucus in vrbe fuit mediâ lætiſſimus vmbrâ. Idem 6, Aeneid 135,
Nulli certa domus:lucis habitamus opacis.
Senium venerabile lucorum.Stat.1.Sylu.3,8.
Alti luci.Virg 8,eclog 18.
Caligans nigra formidine lucus Virg.4,Georg.94.
Deſertis ceſſant ſacraria lucis. Propert.lib.3,eleg.13,10.
Inacceſſi luci Virg.7,Aeneid.3.
Ingens lucus.Virg.7,Aeneid.120.
Pios errare per lucos Horat 3,Carm.ode 4,2.
Prænubilus lucus denſa aborc.Ouid.3,Amor.eleg 12,1.
Sacri luci.Virg.5, Aeneid.152.
Sacrati.Virg.7,Aeneid 156.
Sancti.Ouid.15, Metam.159.
Silentes Virg.1,Georg.96.
Sonantes Virg 10,eclog.12.
Steriles Stat.2,Thebaid,3.
Viridis lucus.Virg 7,Aeneid.160. & Stat.5.Theb.31.
Vmbroſi luci. Horat 1,Carm ode 4,3.
LVDIA, LVDIBRIVM, LVDICRVS, LVDIFICO, LVDIVS, LVDO.] Vide LVDVS.
LVDVS.] Tempeſtiuum pueris concedere ludum.Horat.2. epiſt.2,29.
Dare alicui operam ludo. Plaut.Rud.11.13,Otium tibi erit, tum tibi operam ludo & deliciæ dabo.
Ducere noctem ludo.Virg 3,Georg.76.
Gaudens ludis.Horat.1.epiſt 7,12.
Ludus genuit trepidum certamen, & iram. Horatius 1, epiſt.20,10.
Incidere ludum Horat.1.epiſt 14,7.
Inani ludo prohibere animos.Virg.4,Georg.21.
Omnem ſcholam ludum dixere Romani.
¶ Ludus:*pro loco,in quo quis exercetur docetúrve.*
Ludus gladiatorius. Suet.in Cæſare: Formam qua ludum gladiatorium erat ædificaturus,conſiderauit.
Ludus literarum. Plinius lib 9, capite 8, de delphinis: Puerum,ex Baiano Puteolos itantem in ludum literarum.Liu. 6 ab Vrbe,118.
Publicus ludus vrbis.Horat 4,Carm.ode 8,9.
Antiquus ludus Horat 1,epiſt.1,1.
Longo ludo ſatiatus.Horat.1,Carm.ode 2,8.
Ludus literarius Quintil.lib.1,cap 4.20, Literarij pene iſta ſunt ludi,& triuialis ſcientiæ.
¶ Ludus:*pro ioco.* Terent.Eunuch.2.3.8,
—qui ſi occœperit amare:ludum iocumq;
Dices fuiſſe illum alterū;præut huius rabies quæ dabit.
Horat.1.Serm Satyr.1,6,
Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo.
Iocans ludus Lucret.lib 4,118.
Seria vertere ludo.Horat de Arte poetica,46.
Ludos reddere alicui.Terent And.1,1,21.
Facere ludos.Lucret.lib.4.169 Terent Phorm.5.8.52,
—oh,tune is cras? D. vt ludos facit.
Ludos aliquem facere:*pro Irridere.* Plaut Capt.11.49,
Vt ſceleſtus, Aegio, nunc is te ludos facit. Idem Bacchid.22.14.
Noui iam ludum Plaut.Amph.15,52.
Operam ludos facere:*Perdere operam.* Plaut.Rud.21,9.
Dare ludum amori. Horat.3,Carm.ode 12,1.
Ludus & iocus:*pro re abiecta,ac parui precij.* Liu Decad.3 lib 8. in orat. Fabij Max. Næ tibi, P. Corneli, cùm ex alto Africam conſpexeris, ludus & iocus fuiſſe Hiſpaniæ tuæ videbuntur.
Ludo; *Ablatiuus.* Per ludum Virg.5,Aeneid.135.
Quo ludo indutus belli ſimulacra ciebat.
¶ Ludus,*Cantilena.* Virgil 7,eclog.4,
Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo.
Caſti ludi.Claud.3.de raptu Proſerpinæ,42.
Celebres.Ouid.1 de Arte,20.
Viles Horat.2.Serm.Satyr.10,15.
Edere ludos. Tacit.lib.1.
Facere.Plin.lib.7,cap.48.

VVu 2 Inſti-

Inſtituere. Quintil lib 3,cap.8,19.
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos.Ouid.1,Metam.90.
¶ Luſus. *Subſtant.* delectatio. Quintilianus libro primo, capite 4.Nec me offenderit luſus in pueris:eſt & hoc ſignum alacritatis.
Anni luſibus apti.Ouid.epiſt,21.5,
    Virgineis exercent luſibus vndas
        Naiades æquoreæ. Ouid.14,Metam.111.
¶ Luſus *pro ioco.* Plin.iunior Ariſtoni:quorum non ſeria modò;verùm luſus etiam, exprimere laudabile eſt.
Luſus & iocus. Martial.lib 2,4.
Carentes grauitate luſus.Ouid.1.de Ponto,eleg.10,2.
Inepti luſus Ouid.2 Triſt.45.Sic vocat ſua poemata.
Dare venuſtiſſimos luſus Quint lib.5,cap.13,36.
Luſus aleæ Sueton.in Caligula,cap.41.
¶ Ludius:Hiſtrio Ouid.1.de Arte,13,
    Ludius æquatam ter pede pulſat humum. Plautus:
    Glabriorem reddes, quam volſus ludius eſt. Nonius.
¶ Ludio. Liu.7 ab Vrbe,6, Ludiones ex Hetruria acciti, ad tibicinis modos ſaltantes.Idem 9 bel Maced.23.Et conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis.
¶ Ludia:Mulier artes ludicras exercens: Iuuenal. Satyr.6.
    Quid vidit,propter quod Ludia dici
    Suſtinuit. Martial.lib 5.25,
    Hermes cura,laborq; ludiarum. Martianus Capella Ludiam quandam Gaditanam, ſaltantem vidimus ſemicinctam.
¶ Ludi magiſter. Valer. Max lib 7, cap.vlt. Magiſter ludi factus ex tyranno.De Dionyſio.
¶ Ludo. Plinius epiſtol. 111.2, Vt parcè cuſtoditeque ludebat.
Exſultim ludit velut equo trima.Horat.3. Carm.ode 11,2.
Ludere:*cum accuſatiuo.* Suet.in Auguſto,cap,71, Aliquando vt vincat,ludit aſſiduè aleam.
Ludere ludum Terent Eunuch.3.5.38,
        —& quia conſimilem luſerat,
    Iam olim ille ludum, impendiò magis animus gaudebat mihi.
Inſolentem ludum ludere Horat.3 Carm.ode 29,10.
¶Ludere operam:*Perdere* Plautus Pſeudolo,5.134.
    In pertuſum ingerimus dicta dolium: operâ ludimus.
Ludere operam in re aliqua Terent Phorm.2.2.18,
    Quia enim in illis fructus eſt; in illis opera luditur.
Ludere otium Martial lib.3,25.
Ludere par impar Horat 2.Serm Satyr.3,50.
Ludunt mea verba.Propert lib.2.eleg 34,5.
Ludere:*cum ablatiuo.* Terent.Adelph 4 7.21,
    Ita vita eſt hominum quaſi quum ludas teſſeris.
Ludere ludo Plaut.Moſtel 16,36.
Artes,quibus aleâ luditur. Ouid.2 Triſt 94.
Luditur alea pernox Iuuenal.Satyr.8,1.
Ludere in numerum Virg.6,eclog 6.
In chori ſpeciem Ouid.3,Metam.137.
Ludendo ſæpe paratur amor.Ouid.3 de Arte,74.
Agni ſatiati ludunt.Lucret lib.2,65.
Pecus omne ludit campo.Horat.3. Carm.ode 18,2.
Ludit piſcis in aquâ.Terent.Adelph 3.3.21,
    Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere paulisper. Virgil 8,Aeneid.127,
        —geminos huic hubera circùm
    Ludere pendentes pueros.
¶ Ludere:*Iocari & irridere.* Terentius And.4.5.48:
    Hic ille eſt,non te credas Dauum ludere.
Arbitrio ludat amica ſuo. Ouid.1. de Remed.amor.76.
Ludere ſanguine hominis in conuiuio. Liuius 9. bell. Maced.181.
¶ Ludere:*decipere.* Virg.1,Aen.72.
        —vana ſpe luſit amantem.
Pater luditur arte Ouid.de Arte,67.
Ludere dolis aliquem.Terent.Eunuch.2,3,94.
Imaginibus falſis.Virg.1,Aeneid.83.
¶ Ludere:*Canere, Pulſare.* Gellius: Is optimè ludere à magiſtro eius didicerat.
Ludere:*Verſus ſcribere* Virgil.1.eclog.23
    Ludere, quæ vellem calamo permiſit agreſti. Idem 4. Georg 113,
    Carmina qui luſi paſtorum. Horatius 1. Carmin. ode.32,1.
    Poſcimus ſiquid vacui ſub vmbra Luſimus tecum.
Læta & iuuenilia luſi.Ouid.3,Amor.eleg.1,32.
Muſa tua luſit Ouid.3.Amor.eleg 1,6.
Modis bucolicis luſerat Ouid.2, Triſt,108.
Verſu ludere Virg.6,eclog.1.
Verſus ludens.Ouid Piſonem,33.
¶ Luſum:*Supinum.* Horat.1.Serm.Satyr.5.10,
    Luſum it Mecœnas;dormitum ego,Virgiliusque.



¶ Ludens Pueri ludentes.Horat.1,epiſt.1,12.
¶ Luſus;Participium.
Luſus equis nunc eſt; leuibus nunc luditur armis. Ouid.3. Triſtium,eleg.12,4.
¶ Luſito.Plautus Capt.19 6,
    Aut anates,aut cothurnices dantur quibuſcum luſitēt.
¶ Luſor.Plautus Amphit.8.60,
    Quid enim cenſes, te vt deludam contrà luſorē meum.
Luſor amorum.Ouid.4,Triſt.eleg 9,1.
¶ Luſorius. Plinius lib.17. cap.56.15, Luſoriam pilam Pythus inuenit. Idem lib.37, cap.2.1, Tranſtulit alueum cum teſſeris luſorium è gemmis duabus.
Luſoria fulmina:pro Innoxijs. Senec.2. Natu.quæſt.2.
Luſorium nomen: pro Ficto. Seneca libro 5. de Benefic. capite 8.
Luſoria quæſtio.Plin lib.7,cap.53,2.
Luſorium ſpectaculum Senec.epiſt 81.
¶ Ludifico,& Ludificor:Derideo. Terent Eunuch.4.4.50,
    Tu me hic etiam nebulo ludificabere? Plautus Amphytr.7.27.
        —Iam
    Sequere ſis herum qui ludificas dictis delirantibus.
Ludificor:*Paſſiuum.* Lucret.lib.43,
    Vt puerorum ætas improuida ludificetur. Plautus Capt.8.30,
    Nunc redeo indè, quum me tibi video ludificarier.
Impunè aliquem ludificari. Tacit lib.3.
Ludificari locationem Liu 9.bel.Maced.184.
Mala alicuius.Plin.Iunior epiſtol.20.libro 7.ad Cornelium Tacitum.
¶ Ludificans.Silius libro 7,41.
        —ſicci ſtimulabant ſanguinis enſes,
    Ludificante ducem Fabio.
¶ Ludificatus: Participium.Silius lib.7.30,
        —leuibus flexo per deuia gyris
    Ludificatus equo.
Ludificatus eſt patrem aurum. Plaut.Bacch.9,28.
Ludificatus:*Paſſiuum.* Salluſt.in Iugurtha: Ludificati incerto prælio.
¶ Ludificatio.Liuius 1. bel.Pun.81.
¶ Ludificabilis.Ludificabiles ludi.Plaut.Caſin.18,3.
¶ Ludibrium Virg 6,Aen.15,
    Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.
Fœdiſſima ludibria. Quint. lib.1, cap.6,21.
Proculcare,ac ludibrio ſibi habere aliquid. Lucret.li.5,248.
Haberi ludibrio Terent.Hecyr.4,1,11.
Vertere in ludibria. Taicit.lib.12,
¶ Ludibrioſus. Firmic.li.1,cap.3.Illam diuini animi diſciplinam tyrannicis crudelitatibus, ac ludibrioſis Dionyſij poteſtatibus,tradidit.
¶ Ludicrum:Subſtant.opus luſorium & ioculare. Liu.1,ab Vrbe,17. iam tum Palatino monte Lupercal hoc fuiſſe ludicrum ferunt.Ibidem,161,Ludicrum fuit,equi pugilesq; ex Hetruria maximè acciti.
Celebrare ludicrum Liu.2.bell Pun.
¶ Ludicrus. Virgilius 12,Aeneid 151,
        —nec enim leuia,aut ludicra petuntur Præmia.
Ars ludicra. Colum in Præf.li.1.Sinè ludicris artibus. Quint. lib 3,cap.6,14.
Artem facere ludicram. Plaut. Aul 23 1,
    Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram.
Certamen ludicrum. Seneca Agamem.13,4.
Res ludicra Horat 2.epiſt 1,36.
Subtilitas Gell,lib 6,cap 13.
Ludicræ tibiæ Plin.lib.16 cap.36,13.
In prouerbij ludicrum vertere.Plin lib.3,cap.11,8.
Lves.] Feſtus: Lues eſt,diluens vſque ad nihil.
Morbi lues Claud de bello Gildon.8.
Demiſſa cœlo.Stat 11.Theb 55.
Dira Ouid.7, Metam 106
Grauem populis luem ſparſura peſtis.Senec Thyeſte,1.18.
Miſeranda lues venit arboribus ſatisque. Virgilius 3,Aeneidos,28
Peſſimam luem abolere ferro Senec.Medea.4,1.
Violenta lue s.Valer.3,Argon.4.
Lvgeo] in luctu ſum.
Luxêre matres Iliæ.Horat.Epod.17,8.
Fratrem lugebat ademptum. Ouid.11,Met.55.
Luxi. Ouid.11,Metam.10,
        —poſitis de frondibus arbos
    Tonſa comas luxit.
Luxti:*pro. Luxiſti.* Catull. de coma Berenicis,epigr.61.5,
    At tu non ortum luxti deſerta cubile.
¶ Vita lugenda.Ouid.4,Triſt.eleg.3,8.
¶ Lugetur:*Imperſonale* Catul.in Egnat.37.1,
        —ſeu pij ad rogum filij

Lugetur, orba quem flet vnicum mater.
¶ Lugens Solator lugentium. Stat. 5. Syl. 5,8.
¶ Luctus Feſſa luctuq; viaque. Ouid 14. Metam. 85 de Canente Nympha.
Alter luctus. Seneca Herc. fur 9,16.
Coaceruati luctus. Ouid 8, Metam 98.
Crudelis vbiq; luctus. Virg. 2, Aen. 74.
Grauis. Seneca Octau. 253.
Ingens. Virg 6, Aen 174.
Miſer Valer. 1, Argon. 149.
Leuior Ouid. 1, Metam. 132.
Accenſa luctu phalanx. Virg. 12, Aen. 56.
Attenuare luctum alicuius. Ouid. ad Liuiam, 69.
Auertam luctus, & triſtia damna vetabo Stat 5. Sylu. 1,35.
Dare animum in luctus. Ouid. 2, Metam 76.
Excidit omnis luctus Ouid. 8, Metam. 90.
Extendere luctus in æuum æternum. Ouid. 1, Metam. 133.
Externare aliquem aſſiduis luctibus. Catull. Argon 59,14.
Inſerere cogitationem aliquam luctibus. Quintilianus in Procem. lib. 6;12.
Minuere luctus. Ouid. 15, Metam. 128.
Diuerſo interea miſcentur mœnia luctu. Virg. 1. Aen. 60.
Mordent luctus lachrymæq;. Seneca Troade, 11,1.
Luctum operite. Plin epiſt. 16, lib. 3.
Permouere luctu. Quint. lib. 2, cap. 10,6.
Præcipitare luctus. Lucan lib. 5,159.
Renouatq; luctus & metus miſeræ mihi. Senec. Octau. 4.5. Ibidem, 5 10, Renouare luctus parce cum fletu pios.
Amari luctus renouantur admonitu. Ouidius 14, Metamorphoſ 93.
Satia meo tua pectora luctu. Ouid. 6, Metam. 57.
Acerbo luſtu ſuccenſus. Valer. 3, Argon. 118.
Aeterno tabeſcere luctu. Lucret lib. 3,187.
Muliebrem tollite luctum. Horat. Epod. 16,8.
Vaneſcit luctus. Catull. Argon. 59,40.
¶ Luctus, *lucti, apud antiquos declinabatur.* Actius: Ceſſo hinc ire, & rapere lucti veſtem in lecto coniugis?
¶ Luctificus. Clangores luctifici. Stat. 10, Theb. 110.
Iubar luctificum. Valer. lib. 3, Argon. 59.
Luctificus Titan. Lucan. lib. 7,1.
Verba luctifica. Seneca Theb. 1,27.
¶ Luctifer. Seneca Herc furen 6.14,

Hic vultur, illic luctifer bubo gemit.

Fax luctifera. Seneca Medea, 10,21.
¶ Luctiſonus. Ouid. 1, Metamorphoſ. 147, de Io mutata in vaccam:

Et gemitu, & lachrymis, & luctiſono mugitu
Cum Ioue viſa queri eſt, finemq; orare malorum.

¶ Luctuoſus, Luctu plenus.
Luctuoſum bellum Salluſt. Virorū more pugnantes, cruentam atq; luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis.
Heſperia luctuoſa Horat 3, Carm. ode 6,8.
¶ Lugubris: ad luctum pertinens.
Cantus lugubres. Horat. 1, Carm ode 24,1.
Lugubris hedera Plin. lib. 16, cap. 35,1.
Veſtis. Terent Heaut. 2.3.45,

Mediocriter veſtitam veſte lugubri.

Pectora lugubria. Ouid. 10, epiſt. 29.
Vagitus lugubris Lucret. lib. 5,46.
Voce lugubri liquidam tollunt querelam. Lucret. lib. 4, 111.
Lugubria: ſubſtantiuè. Ouid. 11, Metam. 134,

Surge age, da lachrymas, lugubriaq; indue.

Amicta coniux lugubribus. Seneca Herc. fur. 9.2. Idem de Conſolatione ad Martiam: Noſti quaſdam, quæ amiſſis filijs impoſita lugubria nunquam exſuerunt.
¶ Lugubrè. Plautus Ciſtel 2.37,

—nam ſi hæc non nubat, lugubrè
Fame familia pereat.

LVMA.] Genus ſpinæ. Vnde
Lumeta; & Lumariæ falces, quibus lumeta purgantur, hoc eſt, lumæ ſecantur: vt ait Varro de ling Latina.
LVMBRICVS.] Vermis. Plaut. Aulul. 24 1,

Foràs lumbrice, qui ſub terra erepſiſti modò,

Colum. lib. 7, cap. 9, Terram rimentur, effodiantq; lumbricos. De ſuibus. Plin lib. 27, cap. 13,12.
Lumbrici teretes maximè exercent pueros. Celſus libro 4, capite 17.
Lumbrici multiplices. Celſ. lib. 4, cap. 17. Colum. lib. 6, cap. 25, Solent autem nocere lumbrici, qui ferè naſcuntur cruditatibus Idem lib 6, cap. 30.
LVMBVS] Plin. lib. 20, cap. 2.1, Lumborum verò dolori, femine ſole ſiccato, dein &c Plautus Epid. 15.2.

Plaudite, valete: lumbos extollite, atq; exſurgite.

Excuſſi lumbi Propert. lib. 2, eleg. 17,6.
Incurui. Ouid. 8, Metam. 163.
Dolare lumbos alicuius fuſte. Horat. 1. Serm. Satyr. 5,5:



Infringere lumbos Horat. Epod 11.5,

Limina dura, quibus lumbos & infregi latus.

Duros qui nequeunt mouere lumbos. Catull. ad Aurelium, epigram. 16,3.
Lumbus *etiam de brutis dicitur.* Horat. 1. Serm. Satyr. 6.22,

Ire licet mulo, vel ſi lubet, vſq; Tarentum:
Mantica cui lumbos onere vlceret, atq; eques armos.

Lumbus ficedulæ. Martial lib 3.5.

Cætera quæ patulo lucet ficedula lumbo.

Lumbus leporis: apud Plinium
¶ Lumbulus Plin lib. 28, cap. 11,7. Sicca lippitudo, lumbulis ſuum toſtis atq; contritis, & impoſitis, tollitur.
¶ Lumbifragium. Plautus Amphitr. 4,300.

Nam ſi me irritaſſis, hodie lumbifragium hinc auferes.

¶ Lumbago: Vitium & debilitas lumborū, vt inquit Feſtus.
LVMEN.] Arrecta lumina. Virg. 2, Aen. 35.
Breue lumen candelæ. Iuuen. Satyr. 3,28.
Flagrantia lumina flammis. Lucret, lib. 4,92.
Fuluum lumen. Virg. 7, Aen. 16.
Fumea lumina tædis. Virg. 6, Aen. 119.
Hyberni luminis ignes Virg 1, Georg. 39.
Multifida lumina. Stat. 3, Theb. 29.
Nocturna, Virg. 7, Aeneid 3.
Extinctum recens nocturnum lumen. Lucret lib. 6,150.
Tæda. Virg. 9. Aeneid. 15.
Vigilantia lumina. Ouid. 17 epiſt 7.
Admouere lumen. Plin. lib. 10, cap 75,2.
Exſilit lumen, ſi lapidem percutiat lapis. Lucret. lib. 6,12.
Ignes fundunt lumina. Virg 2, Georg 87.
Luſtrare veſtigia lumine. Virg. 2, Aen. 151.
Stertuit lumen: id eſt, crepitauit. Ouid. 18, epiſt. 51.
¶ Lumen, *pro die.* Virg. 6, Aeneid 72,

—vix lumine quarto
Proſpexit Italiam.

Clariſſima mundi lumina, Liber & Ceres. Virg. 1, Georg. 2.
Sparſa micant ſtellarum lumina cœlo. Sil. lib. 15,134.
Caſſus lumine aër. Lucret lib 4.94.
Diurnum lumen. Lucret. lib. 4,93, Ouid. 4. Faſt. 90.
Iucundum cœli lumen. Virg 5, Aen. 73.
Lurida lumina præbebat terris Sol. Ouidius 15, Metamorphoſ. 158.
Manifeſtum lumen. Virg. 4, Aen. 16.
Orientia lumina Solis Virg 8, Aen. 14.
Primo cum lumine Solis. Virg. 7, Aen. 26.
Purpureum lumen. Virg. 1, Aen. 120.
Rubrum. Claud lib. 2. de raptu Proſerp. 46.
Serenum Solis. Lucret lib. 2,30.
Solare. Ouid. 5; Triſt eleg 10,8.
Splendida lumina Solis Lucret. lib. 2,22.
Stellantia. Valer. 2, Argon. 100.
Tremulum lumen Virg. 7, Aeneid 2.
Vaga lumina noctis. Stat. 3, Thebaid. 19.
Sera rubens accendit lumina Veſper. Virgilius 1, Georgicorum, 51.
Dare lumina terris: dicitur Sol Ouid. 2, Metam. 30.
Inferre mortale lumen in clariſſimum ſolem. Quintilianus lib. 5, cap. 12,7.
Solis lumina peruulgant cœlum. Lucret lib. 4,42.
Mundo præbebat lumina Titan Ouid. 1, Metam. 2.
Luna obſcura premit lumen. Virg 4, Aen. 16.
Priuatus lumine aër. Lucret. lib. 4,74.
Terra ſpoliatur lumine. Lucret. lib 4,76.
Purpureo lumine campos veſtit æther. Virgilius 6, Aeneidos, 129.
Spirabile lumen cœli. Virg. 1, Aen. 120.
Vitæ lumina attingere. Virg. 6, Aen. 166.
Caſſus lumine. Virg 2. Aen. 17.
In oras luminis exoriri. Lucret. lib. 1,5. ad Venerem.
Dulcia linquebant lamentis lumina vitæ. Lucret. lib. 5,198.
Inuiſa relinquam lumina. Virg. 12, Aen. 13.
¶ Lumen *pro oculo.* Quint in Procem. lib. 6, Prior alterum ex duobus eruit lumen. Idem lib. 9, cap. 3. Siquis ducere os exquiſitis modis, & frontis ac luminum inconſtantia trepidare non deſinat, rideatur. Plinius libro 11, capit. 37.26, Ab iiſdem, qui altero lumine orbi naſcerentur, coclites vocantur.
Oculorum lumina. Lucret. lib. 4,166.
Acies luminum. Seneca Herc fur. 9,7.
Orbis inanis luminis Ouid. 14, Metam. 39.
Orbus luminis. Ouidius in Ibin, 32. Idem 14, Metamorphoſ. 38.
Caui receſſus luminum, & inanes ſinus. Senec. Oedip. 12,11.
Deiecto lumina vultu. Virg. 6, Aen. 173.
Adoperta lumina ſomno Ouid 1, Metam. 144.
Apertum oculorum lumen Lucret. lib. 4,230.
Ardentia lumina. Virg. 2, Aen. 81.

Cærula Germani.Iuuen.Satyr.13,17.
Caua Ouid.8,Metam.17. de Fame.
Crudelia Ouid.14, Metam.146.
Diſtenta Lucan.lib.6,19.
Effoſſum lumen. Virg.3,Aen.133.
Expertia ſomno oculorum lumina. Lucret.lib.6,238.
Ferrea.Stat.2,Thebaid.6.de Cerbero.
Glauca Claud.5,Paneg.42.
Humida.Ouid.9,Metam 108.
Lachrymantia. Ouid.13,Metam,27.
Languida. Catul.Argon.59,44.
Morientia. Ouid 9, Metam.79.
Spectantia. Ouid.6,Metam 14.
Adimere lumen alicui.Virg 3,Aen.132.
Oculi ardentes glauco lumine.Virg.4,Georg 91.
Vix attollens lumina.Virg.5,Aen 170.
Obliquo lumine cernere aliquem Ouid 2,Metam.158.
Circumfert lumina campo.Silius lib.17,105.
In æternam clauduntur lumina noctem. Virgilius 10,Aeneidos, 150.
Luctantia lumina compoſuit ſomnus. Silius.
Natantia lumina condit ſomnus.Virg.4,Georg.10.
Condere lumina alicuius digitis.Ouid.10,epiſt.24.
Digitos in lumina condere. Ouid.13,Metam.114.
Orbem luminis corrumpere. Lucret.lib.3,84.
Declinare lumina ſomno.Virg.4,Aen,37.
Defigere lumina aliquò. Virg.1, Aen.46.
Mœſto defi‑us lumina vultu. Virg.6,Aen,32.
Demittere lumina.Ouid.15,epiſt 46.
Detorquet lumen ab illa Ouid 6,Metam.103.
Do‑nare lumina ſomno. Stat.2, Theb.7.
Eruere lumen. Quint.in Procem.lib 6,6.
Noxia lumina facere Ouid.2, Triſt.21.
Fallere.Ouid.4,Metam.36.
Flectere Ouid.5, Metam.47.
Dirigere Virg 4,Aen.74.
Iactare in aliquem.Ouid. 3,epiſt.3.
Labuntur frigida letho lumina Virg.11,Aen.164.
Occidit lumen Lucret.lib.3,85.
Tacitis luminibus perertare aliquem.Virgilius 4,Aen.73.
Fulmen perſtringit lumina obliquâ flammâ. Lucanus libro 1, 31.
Recipere lumen. Celſus lib.6,cap 6.
Tecto ſimulatur lumine ſomnus. Ouid.20,epiſt.40.
Inexpleto lumine ſpectare aliquid.Ouid.2, Metam.88.
Toruo lumine ſpectare aliquem Ouid 9 Metam 6
Flammea ſubduxit medicato lumina ſomno. Ouid.12,epiſtol. 22.
Feſſa lumina furtim ſubit ſopor.Ouid 18,epiſt.12.
Suffecta lumina letho.Valer 1,Argon 165.
Suffundit lumina rore Ouid.10,Metam.71.
Somno tegere lumina Virg 4,Georg.83.
Immota tenere.Virg.4.Aen.66.
Tergere manu. Catull.de coma Berenicis,epigramma.61,6.
Rorantia lumina terſit Stat.1 Sylu 2,21.
Flammantia lumina torquens.Virg 3,Georg.17.
Laſſaq; verſantes ſupremo lumina motu. Ouidius 7,Metamorphoſ 118.
Placido lumine videre aliquem Horat.4,Carm.ode 3,1.
¶ Lumen:*pro ſcientia.*
Clara lumina præpandere menti alicuius. Lucret lib.1,29.
Clarum lumen extollere è tenebris. Lucret.lib.3,1.
¶ Lumen:*pro feneſtra.* Cato cap.14.
Minuere lumina.Paulus.ff de ſeruit.vrban præd.l.3.
Officere luminibus. Caius ff de ſeruit. vrb præd.l.1.
Obſcurare lumina ædium.Marcellus.ff. de ſeruit. vrb.præd. l. Scaurus.
Recludere lumē Marcellus. ff de ſeruit vrb.præd l.Scaurus.
Nocere lumini.Vlp ff de ſeruit.vrb.præd l. inter ſeruitutes.
Impedire lumen Vlp ff. de ſeruit.vrb.præd.l.ſi arborem.
Deuoluitur lumen in ædes.Vlpianus.ff. de ſeruit.vrb præd.l. ſi arborem.
Immittere lumen Paulus ff de ſeruit.vrb.præd.l.eos qui,
Lumen conuentus Quint.lib.1,cap.2,8.
Lumen animi.Colum.in Præf lib.1,20.
Præcipuum eloquentiæ lumen. Quint lib.3,cap.1,14.
Lumina in pictura. Plin lib.35, cap.5 1, Tandem ſe ars ipſa diſtinxit, & inuenit lumen atq; vmbras, differentiâ colorum alternâ vice ſeſe excitante.
Lumina orationis.Quint lib 9,cap.1.
¶ Lumino Martianus Capell.lib.1, Quos ſtellantibus oculis interſtinctos crebri vibratus ignium luminabant.
Lᴠɴᴀ ] Luna modò curuata in cornua, modò æqua portione diuiſa,modò ſinuata in orbem, maculoſa, eademq; ſubitò prænitens, immenſa orbe pleno, ac repente nulla. Plin.lib.2,cap 19,2.

Luna infra terram. Colum.lib. 11, cap. 3. de Allio loquens: Seruabimus,vt luna infra terram ſit.
Luna ſupra terram, & ſub terra. Plin lib.18,cap.32.3, Seminaria,quum luna ſupra terram ſit, fieri: calcari muſta,quū luna ſub terra.
Cœlum ſinè luna. Plin.lib.14,cap.21. Ipſa quoq; defruta ac ſapas,cùm ſit cœlum ſine luna.
Coitus lunæ Plin.lib.16,cap.39,3. Idem libro 2,capite 13.2, Solis defectum non niſi nouiſſima primáve fieri luna: quod vocant coitum.
Concurſus lunæ & ſolis. Celſus lib.1,cap.4.
Defectus lunæ.Plin.lib.2,cap.13,1.
Globus lunai. Lucret.lib.5.14, Virg.6,Aen,145.
Labores.Virg.2,Georg 96.
Meatus ſolis lunæq;.Lucret lib.1,26.
Numen lunæ. Plin.lib.18,cap.32,1,& 5.
Orbis. Plin lib.2,cap.9,1.
Status.Plin.lib.18,cap.29,11.
Vultus purpureus.Ouid.1,Amor,eleg.8,3.
Alta luna.Virg 9,Aen.81.
Aquilonia Plin.lib.2,cap 97,4.
Aurea.Ouid.10,Metam.89.
Bicornis. Horat.in Carm.ſecul.7.
Candida. Virg.7,Aen.2.
Caua.Plin lib 8,cap 54,1.
Celeres lunæ Horat.4,Carm.ode 7,3.
Decreſcens luna. Plin.lib.17,cap.9.ad finem.
Dimidiata.Plin.lib.18,cap.32,3.
Diuidua Plin.lib.2,cap. 8,3.
Errans. Quint.lib.1,cap.10,11.
Extrema. Varr.de re Ruſt.lib.1, cap.37,1. Quod à noua luna creſcit ad plenam, & inde rurſus ad nouam lunam decreſcit,quod veniat ad intermenſtruum: è quò die dicitur luna eſſe extrema,& prima.
Globoſa luna,an plana,an acuta. Quint lib.7,cap.1,5.
Intermenſtrua luna. Plinius libro 18, cap.32.1, Stercus niſi decreſcente luna ne tangito:maximè intermenſtrua dimidiâq; ſtercorato,
Intermeſtris.Plin lib 18,cap.39,6.
Menſtrua.Virg.1.Georg.71.
Minor Horat.2.Serm Satyr.8,7.
Naſcentes lunæ.Horat.1,Serm.Satyr.4,6.
Noctiuaga luna.Stat.3,Sylu.5,21.
Nouæ pergunt interire lunæ. Horat.2,Carm.ode 18,4.
Nouiſſima luna Plin.lib.2,cap.97,5.
Pernox.Plin.lib.2,cap 9,2.
Plena & Noua. Cæſar.4, bell.Gall.570. Plinius libro 18,capite 32,2.
Radiantis imago lunæ.Virg 8,Aen.5.
Redeuntis cornua lunæ. Ouid.10,Metam 95.
Roſcida luna Virg 2,Georg.68.
Sanguinea Ouid.1,Amor.eleg.1,5.
Secunda. Plin.lib 28,cap.16,7.
Sera.Plin lib 2,cap.9,2.
Sicca Plin lib 17, cap.9.ad finem.
Sitiens Plin.lib,17,cap.9,8 Ibidem,cap.14,12.Luna ſitiente: hoc eſt, ſicca.
Surgens.Tacit lib,19.
Tacitæ per amica ſilentia lunæ.Virg.2,Aen.51.
Turbida luna.Claud.de bello Gildon.99.
Luna viceſima.Plin.lib.2.cap.97,8.
Luna àgit ſub terra.Plin.lib 18, cap.32,4,& 5.
Canere lunam errantem. Quint.lib.1,cap.10,11.
Luna reuertentes quum primùm colligit ignes. Virgilius 1, Georgicorum,86.
Creſcens luna.Varro de re Ruſt,lib.1,cap.37.
Cornua lunæ ſe complent lumine.Virg.3.Aen.129.
Cœlo deducere lunam. Virg 8,eclog.14.
Deducere lunam è curru. Tibull.lib.1,eleg.8,5.
Creſcit luna. Plin lib.9,cap.14,1.
Deripere lunam cœlo.Horat Epod 5,10.
Cornua euaneſcunt lunæ.Ouid.2,Metam.24.
Decreſcens luna Varro lib.1.de re Ruſt.cap.37.
Cœlo fulgebat luna ſereno Horat.Epod.15,1.
Deficiens luna Plin lib.2,cap.9,2.
Deficit luna Plin.lib.2,cap.13,3.
Plena per inſertas fudit ſe luna feneſtras.Virg 3,Aen.31.
Imminente luna,Horat.1, Carm.ode 4,1.
Luna implet orbem cornibus quater iunctis. Ouid.2, Metamorph.48
Luna quater latuit,toto quater orbe recreuit.Ouid epiſt.2,1.
Minuitur.Plin.2 cap. 4,1.
Vaga deorum protulit os.Horat.1, Serm.Satyr.8,5.
Obſcura premit lumen.Virg.4,Aen.16.
Rubet.Horat.2,Carm.ode 1,,2.
Nox tenebat lunam in nimbo. Virg 3,Aen.118.

Seneſcens luna. Plinius lib. 2. cap. 9,1.
Silens. Plin lib.10.cap 39,3.
¶ Lunula. Plaut Epid 13.33,
Lunulam atque anellum aureolum in digito?
¶ Lunaris.] Currus lunares. Ouid 15. Metam. 158.
Equi. Ouid.6 Faſt.4.
Globus lunaris. Claud. lib.2. de raptu Proſ.60.
Iubar lunare. Claud 1. in Ruff 30.
Lampas lunaris. Stat. 10. Thebaid. 56.
Lunare ſidus. Seneca de Prouidentia.
Lunaris ratio. Plin lib.18.cap.39,3.
¶ Lunatici: qui, vt Apuleius ait, curſum lunæ patiuntur. Paulus, mancipium furioſum, aut lunaticum, redhibendum cenſuit: in l. bouem §. aliquãdo. ff de Aedilit, edicto.
¶ Luno: flecto. Ouid. 1. Amor. eleg. 1.6,
Lunauitq; genu ſinuoſum fortiter arcum.
¶ Lunatus: Curuatus. Ferramentum lunatum. Colum. lib. 12. cap. 54,1.
Aequora lunata placido receſſu. Stat. 2. Sylu. 2,3.
Cauda lunata delphinorum. Seneca Oedip. 5,13.
Claſſis lunata Lucan. lib. 3,107.
Lunatis obliquatur cornibus mare Caſpium. Plinius lib. 6. cap. 13.6
Flexus lunati. Silius lib.46,4.
Frons lunata vituli. Claud. 1. de rapt. Proſerp. 26.
Lunata iuba. Martial lib.8 49,
Aurea lunatæ quum ſtetit vnda iubæ.
Iuuenci nondum lunati fronte. Stat. 6. Theb. 54.
Lignum oſſeum lunatumq;. Plin. lib. 13. cap. 4,11.
Peltę lunatæ. Virg 1. Georg 99.
Lvo] Perſoluo. Liuius: Vt tandem debito ſupplicio ſcelus lueret.
Luere æs alienum. Curtius lib. 10.
Delicta alicuius Horat. 3. Carm. ode 6,1.
Facta Stat. . Theb. 52.
Peccata. Liu. 8 bel Maced. 213. Virg. 10. Aeneid. 7.
Periculum Liu. lib 10. ab Vrbe,
Pœnam. Tacitus lib 5.
Supplicia. Iuſtinus lib. 1, Quicunq; capi potuerunt, ſupplicia crucibus luerunt.
Capite. Liu. 9. ab Vrbe, 231
Luitur. Lucan lib. 2,63,
—hac cæde luatur,
Quicquid Romani meruerunt pendere mores.
¶ Luere: *Precium redemptionis redemptori offerre.* Vlpianus in l. qui ſtatus. ff de re militari, nec qui ab hoſtibus redempti ſunt, prius, quàm ſe luant.
¶ Luto: Idem quod luo. Varro Hecatombe: in quo ego, (vt puto) quoniam eſt luere, ſoluere, lutaui.
¶ Luitio. Vlpian. de captiuis & poſtliminiò reuerſis. l. ſi patre redempto, & ante luitione defuncto, filius poſt mortem eius redemptionis quantitate offerat,
¶ Luela. Lucret. libro 3,
—ſcelerisq; luela
Carcer.
¶ Luiturus. Luitura pœnas puppis. Claud. 4. Paneg. 28.
¶ Luendus. Ouid. 2. Triſt. 22,
Scilicet in ſuperis etiam fortuna luenda eſt.
Lvpa, Lvpanar, Lvpatvm] Vide Lvpvs.
Lvpinvm, Lvpinvs] Genus leguminis omnium amariſſimum. Plin. lib. 18. cap. 14, Lupino eſt vſus proximus: cùm ſit & homini, & quadrupedum generi vngulas habenti, communis. Horat. 1. epiſt. 7.5,
Nec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis.
Pallentes lupini. Ouid. de medicamine faciei, 14.
Triſtis lupini fragiles calami. Virg. 1. Georg. 15.
Lvpvs] Barba lupi. Horat. 1. Serm. Satyr. 8,9.
Genus acre luporum. Virg. 3. Georg. 53.
Incurſus luporum Virg. 3. Georg. 82.
Acres lupi. Horat. Epod. 12,5.
Aſper lupus Ouidius 11. Metam. 81.
Auidus. Ouid. 1. Triſt. eleg. 1,16.
Auius. Virg 11. Aen. 163.
Canus. Ouid. 7. Metam. 111.
Cruentus. Stat. 5. Thebaid. 34.
Frementes lupi circum ſtabula. Ouid. 5. Metam. 126.
Fuluus lupus. Ouid. 11. Metam. 115.
Infeſtus pecori Horat. Epod. 15,2. Ouid. 2. Faſt. 160.
Inſatiabiles lupi Ouid. in Ibin, 35.
Montani. Ouid. epiſt. 11, 18.
Rapaces. Horat. Epod. 16,4.
Superbi. Valer. 3. Argon. 128.
Vehemens lupus Horat. 2 epiſt. 2,6.
Vlulantes lupi. Virg. 1. Georg. 97.
Triſte lupus ſtabulis. Virg. 4. eclog. 16.
Pleno lupus inſidiatus ouili. Virg. 9. Aeneid. 12.

Dente lupus: cornu taurus petit. Hor. 2. Serm. Satyr. 1, 11.
Lupus eſt homo homini; non homo: quum, qualis ſit, non nouit. Plaut. Aſin. 9,99.
Ouem lupo commiſiſti. Terent. Eunuch. 5.1.16.
Lupo agnum eripere. Plaut Pœnul. 11,31. (Stich 9,71.
Lupus in fabula, vel ſermone. Terent. Adelph. 4.1.21. Plaut.
Lupum auribus tenere. Terent. Phorm. 3.2.21. Sueton. in Tiberio, cap. 25.
Lupi te videre priores. Virg. 9 eclog. 10.
¶ Lupus: *Piſcis.* Plin. lib. 32. cap. 2. Minus in prouidendo lupus ſolertiæ habet: ſed magnum robur in pœnitendo. Martial. lib. 13. 89.
Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui. Horat. 2. Serm Satyr. 2.7, Proceri lupi.
¶ Lupi: *Fręni aſperrimi.* Ouid. Triſt. eleg. 5.7,
Tempore paret equus lentis animoſus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.
¶ Lupus: *Inſtrumentum aduncum, quo vaſa, quæ in puteum fortè ceciderint, extrahuntur.* Liuius 8. bel. Pun. 13, In alios lupi ſupernè ferrei iniecti, vt in periculo eſſent, ne ſuſpenſi in murum extraherentur.
¶ Lupus ſalictarius. *Herba.* Plinius lib. 21. cap. 15.1.
¶ Lupus: *Aranei genus.* Plin. lib. 11. cap. 14.1, Luporum nòmine minimi non texunt.
¶ Lupa. Plinius de Viris illuſt. 1. ad vagitum lupa accurrit, eosq; huberibus ſuis aluit. Plin. lib. 8. cap. 17.
Inhumana lupa. Propert lib. 4. eleg. 4.11.
Rapidæ tradis ouile lupæ Ouidius 3 de Arte, 2.
Raua lupa. Horat 3. Carm. ode 27,1.
¶ Lupa *pro meretrice.* Plaut. Epid. 9.23,
Deuortunt mores virgini longè, ac lupæ.
¶ Lupanar: Locus in quo diuerſantur meretrices. Quint. lib. 7. cap. 4, An deprehenſus in lupanari cum aliena vxore, adulter ſit, quæritur. Iuuen. Satyr. 6, 13,
Intrauit calidum veteri centone lupanar.
Oblitum lupanar. Catul. de Acme epig 39,5.
¶ Lupanarium. Vlpianus de petitione hæreditatis. Licet à lupanario præceptæ ſint nam & in multorum honeſtorum virorum prædijs lupanaria exercentur.
¶ Lupor: Scortor. Accius: Qui cum meretrice per vias habitu noſtro lupantur.
¶ Lupatum: frænum. Virg. 4. Georg 42,
----preſſiq; negabant
Verbera dura pati, & duris parére lupatis.
Fræna lupata. Horat. 1. Carm. ode 8,2.
Dura lupata. Ouid. 1. Amor. eleg. 2,3.
¶ Lupatus m gen. Solinus. cap. 57. Equum ouaturus inſiluit: isq; adeò ſpreuit lupatos, vt de induſtria cernuatus ruina & ſe & equitem pariter affligeret.
¶ Lupinus pertinens ad lupum. Plin. Maſſurius, palmam lupino adipi dediſſe antiquos, tradit.
Galea lupina. Propert. lib. 4. eleg. 11,4.
Lvra] Oſculei, ſiue vtris, ab antiquis dicta eſt. Feſtus.
Lvrco] Guloſus. Plaut perſa, 12.16,
Perenniſerue, lurco edax, furax, fugax. Lucil.
Edite lurcones, comedones; viuite ventres. Sueton. de claris Grammat. cap. 15, Laſtaurum, & lurconem, & nebulonem, popinionemq; appellans; & vita ſcriptisq; monſtroſum.
¶ Lvrco, & Lurcor: conſumo. Pomponius Syris: Lardum lurcabat lubens. Lucicius Satyr. 2.
Lvridvs] ſupra modum pallidus. Plaut. Capt. 11.64,
Viden'tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Horat. 3. Carm. ode 4.15,
Mœretq; partus fulmine luridum Miſſos ad Orcum.
Aconita lurida. Ouid 1. Metam. 30.
Luridus color. Plin. lib. 18. cap. 10, 8.
Dentes luridi Horat. 4. Carm. ode 13,2.
Luridæ fœtæ. Varro 2. de Re ruſt. cap. 10,7.
Horror luridus. Ouid. 14. Metam. 39.
Lumina lurida. Ouid. 15. Metam. 158.
Mors lurida. Silius libro 13,113.
Pallor luridus. Ouid. 4. Metam. 54.
Pelle lurida amicta oſſa. Horat. Epod. 17,5.
Luridus ſol. Plin. epiſt. 196.c, lib. 6.
Sulfura lurida. Ouid. 14 Metam. 158.
¶ Luror: Pallor. Lucretius libro 4 63,
—quia luroris de corpore eorum
Semina multa fluunt ſimulacris obuia rerum.
Lvscinia] Plin. lib. 10. cap. 29, Luſcinijs diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus. Horat. 2. Serm. Satyr. 3 49.
Luſcinias ſoliti impenſo prandere coemptas.
¶ Luſciniola. Plaut. Bacch. 1.4. Pol ego quoque metuo, luſciniolæ ne defuat cantio.
Lvsciosvs] qui parum videt. Plin. lib. 29. Fimum quoq; gallina-

gallinaceorum duntaxat rubrum, luſcioſis illinendum monſtrant. Plaut. Milit. 6. 51,

----verbero, ædepol tu quidem
Cæcus; non luſcioſus.

¶ Luſcitio: Vitium viſus. Vlpianus in l. idem filius. §. item. ff. de Aedil. edicto. Luſcitionem quidam putant, vbi homo lumine adhibito nihil videt.

LVSCVS] Qui altero captus eſt oculo. Perſius Satyr. 1. ad finem:

----qui poſſit dicere, luſce. Mart. lib. 8, 53.

Dux luſcus. Iuuenal. Satyr. 10. 16.

¶ Luſca. Mart. lib. 1. 171,

Oculo Philænis ſemper altero plorat:
Quo fiat iſtud quæris modo! luſca eſt.

LVSIO, LVSITO, LVSOR] Vide LVDO.

LVSTRVM] Ferarum habitaculum in ſyluis. Virgilius 2. Georg 95,

Non obſunt illis ſaltus, ac luſtra ferarum.

Deſerta ferarum luſtra. Virg. 3. Aeneid. 130.

Deuia Ouid. 3. Metam. 30.

Inuia. Virg. 4. Aeneid. 30.

Tetrica. Stat. 9. Theb. 123.

¶ Luſtrum: *Popinæ & lupanaria*. Plaut. Aſin. 16. 84,

Te cuculum vxor ex luſtris rapit.

Mala luſtra. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 14.

Perire luſtris. Lucret. lib. 4, 229.

¶ Luſtrum: *quinquennale ſpatium temporis*. Plinius Iunior: Nam priore luſtro, quanquam poſt magnas remiſſiones reliqua creuerunt. Plinius Auunculus lib. 2. cap. 47. 14, Et eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno, Caniculæ ortu. Vlpian. in l. ſi quis nec cauſam. ff. de rebus creditis. Nam etſi colonus poſt luſtrum completum fructus perceperit: condici eos conſtat.

Veniet luſtris labentibus ætas. Virg. 1. Aeneid. 58.

¶ Luſtrum: *Purgatio vrbis, quæ in ſacrificijs fiebat*. Liu. lib. 2. Omnes centuriæ & equites in campum Martium conuocati, ſue, oue, tauro, cæſis, immolarunt; quod luſtrum eſt dictum: ſicq; à ſacrificio illo cenſus obtinuit nomē luſtri,

¶ Luſtro: Expio. Virg. 5. eclog. 15,

----& cum ſolennia vota
Reddemus nymphis, & quum luſtrabimus agros.

Idem 3. Aeneid. 56,

Luſtramurq; Ioui, votisq; incendimus aras.

Viros luſtrare. Virg. 6. Aeneid. 46.

Vrbem. Plin. lib. 10. cap. 13.

¶ Luſtror: *Paſſiuum*. Ouid. 13. Metam. 201,

—ego luſtror ab illis.

Magico luſtrabere ritu. Ouid. 10 Metam. 80.

¶ Luſtrare: Circuire, peragrare. Virg. 8. Aeneid. 31,

—totum luſtrabat lumine corpus.

Aegyptum luſtrauit. Sic, 4. Tuſc. 67.

Aequora luſtrare. Virg. 3. Aeneid. 76.

Arua. Virg. 4 Georg. 104.

Oculis campos. Lucan. lib. 7, 161.

Limina aliena. Ouid. in Ibin, 23.

Muros equo luſtrat. Virg. 9. Aeneid. 12.

Sol flammis opera omnia luſtrat. Virg. 4. Aeneid. 122.

Luſtrare lampade. Virg. 4. Aeneid. 2,

Poſtera, Phœbea luſtrabat lampade terras.

Luſtrare veſtigia alicuius. Virg. 2. eclog 3.

Exercitum. Cæſar 8. bel. Gal. 184.

Pericula incerta luſtrare. Virg. 9. Aeneid. 20.

¶ Luſtror: In luſtris & lupanarib. verſari. Plaut. Pſeud. 20. 5, Luxuriantur, luſtrantur, comedunt. Idem Caſina, 6. 31,

—vnde is nihili? vbi fuiſti? vbi
Luſtratus; vbi bibiſti?

¶ Luſtratus: Expiatus.

Corpus luſtratum diuino odore. Ouid. 14 Metam. 121.

Luſtratum atque purgatū Capitolium Liu. 3. ab Vrbe, 79.

Luſtratus purificatione religionis. Mart. lib. 8. 1, Meminerit, non niſi religionis purificatione luſtratos accedere ad templa debere.

¶ Luſtralis. Liu. lib. 1. Sacrificium luſtrale in diem poſterum parat.

Aqua luſtralis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2, 15.

Vota luſtralia. Valer. 3. Argon. 83.

Solenne luſtrale exercitus Tacit lib. 10.

¶ Luſtrificus Cantus luſtrificus. Valer. 3. Argon. 90.

¶ Luſtricus. Macrobius lib. 1. Saturn. Luſtricus dies olim appellabatur, quo pueri luſtrabantur, & nomen accipiebant. Sueton. in Claudio. Cæſare: Eiuſdem futuræ infœlicitatis ſignum euidens die luſtrico exſtitit.

¶ Luſtratio Sacrificium expiationis. Colum. lib. 2. cap. 22. 5, Hoc loco certum habeo, quoſdam, quum ſolennia feſtorum percenſuerim, deſideraturos luſtrationum cæterorumq; ſacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem priſcis vſurpatum.

¶ Luſtramen. Valer. 6. Argon. 102.

Semineceſq; duces inter ſua tela ſuosque
Inter equos, ſæuam miſero luſtramine verſant
Congeriem.

¶ Luſtramentum: Purgatio. Martianus in l. eiuſdem. D. ad legem Iuliam de ſicar. Pigmentarij, inquit, ſicut temerè cicutam, ſalamandram, aconitum, pityocampas, bupreſtim, mandragoram, cantharidas, aut quid luſtramenti cauſa dederint: pœnâ teneantur huius legis.

LVSVS] Vide LVDO.

LVTAMENTVM, LVTARIVS, LVTESCO] Vide LVTVM

LVTEVS] *priore producta*: qualis eſt color auri. Plin. lib. 21. cap. 8, Lutei video honorem antiquiſſimum, in nuptialibus flammeis, totum fœminis conceſſum.

Luteus frutex. Colum. lib 9. cap. 13, 6.

Membrana lutea. Tibul. lib. 3. eleg. 1, 2.

Palla. Tibul. lib. 1. eleg. 7, 10.

Pallor luteus. Horat. Epod. 10, 4.

Papauer luteum. Catul in Epithal. Iuliæ, 56, 59.

Pellis lutea. Perſius Satyr. 3.

Sulfura lutea. Ouid. 15. Metam. 71.

Vela. Lucret lib. 4, 15.

Luteæ violæ Plinius lib. 21. cap. 6.

Vulcanus luteus. Iuuen. Satyr. 10.

Lutea herba Plin. lib. 33 cap 5. 2, Et tamen illa quoq; herba, quam luteam appellant tingitur.

Luteum oui: *pro vitello*. Plin. lib. 10. cap. 53, Ipſum animal ex albo liquore oui corporatur: Cibus eius in luteo eſt. De pullis. Sic libro 23. cap. 7, 3.

¶ Luteolus. Col. lib. 9. cap. 4. 4, At in hortenſi lira conſita nitent candida lilia: nec his ſordidiora, leucoia: tum punicæ roſæ, luteolæq; & ſarranæ violæ.

Caltha luteola. Virg. 2. eclog 10.

LVTO] Vide LVTVM, *priore correpta*.

LVTRA] Animal amphibium. Plin. lib. 8 cap. 30, Cauda piſcium ijs: cætera ſpecies lutræ. Idem libro 32. cap. 11, 3.

LVTVM] *priore correpta*. Terra humore ſoluta, inquit Feſtus. Iuuen. Satyr. 6. 2,

Compoſitiq; luto nullos habuêre parentes.

Amica luto ſus. Horat. 1. epiſt. 2, 4.

Recenti luto ſpargere iumenta. Iuuen. Satyr. 7.

Vdum & molle lutum. Perſius Satyr. 3, 3.

Imbre lutoq; aſperſus. Horat. 2. epiſt. 11, 3.

Pocula compoſuit de facili luto. Tibul. lib. 1. eleg. 1, 8.

In medio luto eſſe. Plaut. Pſeud. 15, 27.

In eodem luto hæſitare. Terent. Phorm. 5. 2. 15.

Lutum, *per translationem, vocat lenonem*, Plaut. in Perſa, 12. 10,

Poſſum te facere vt argentum accipias, lutum.

Lutus: *maſculini generis*. Claud. Annalium lib. 4. Pluuia, imbri lutus erat Multus.

¶ Luteus: Ex luto factus.

Caput luteum Rheni. Horat. 1. Serm. Satyr. 10, 8.

Luteus homo: *Contemptus nulliusq; precij*. Plaut. Pœn. 14, 4.

Lutea meretrix. Plaut. Trucul 18, 1.

Negotium luteum. Cic. 6. Verr. 28.

Opus. Ouid. 1. Faſt. 32.

Luteus panis. Plaut. Menæch. 20, 19.

¶ Lutoſus: Luto plenus. Plin. lib. 18. cap. 19. 2, Lutoſam terram ne tangito. Colum. lib. 2. cap. 4. 3, Obſeruabimus, ne lutoſus ager tractetur.

Lutoſa rapa. Colum. lib. 12 cap. 54, 1.

¶ Lutenſis: Luto nutritus. Plin. lib. 9. cap. 57. 1. Lutenſe, putri limo; & algenſe, enutritum alga, viliſſimum.

¶ Luto: inficio, ſiue oblino. Cato de Re ruſt. cap. 92. Eo granarium totum oblinito craſſo luto: poſtea conſpergito amurca bene omne quod lutaueris. Martial. lib. 14. 55,

Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos:
Hac poteris madidas condere pelle comas.

¶ Luteſco. Ennius:

Sanguine diluitur tellus, caua terra luteſcit. Colum. lib 8. cap. 17, 8.

¶ Lutamentum: Opus luto oblitum. Cato de Re ruſt. cap. 128, neque herba naſcetur, neque lutamenta ſcindent ſe.

¶ Lutulentus. Plautus Bacchid. 6. 17.

Vt cum ex lutulento cœno properè hinc eliciat foras.

Colum lib. de Arboribus, cap 12, Lutulentam terram nequè arare, neque fodere oportet.

Amnis lutulentus. Ouid. 3 Amor, eleg. 5. 19,

Palma lutulenta Horat 2. Serm. Satyr. 4, 17.

Fluit lutulentus Horat 1. Serm. Satyr. 4. 3. de Lucilio.

¶ Lutarius: in luto degens. Plin. lib, 32. cap 4. 1, Sunt ergo teſtudinum genera: terreſtres, marinæ, lutariæ, quę in dulci aqua viuunt.

Lutarius mullus Plinio, lib 9. cap. 17, 5.

LVTVM] *priore longa*: herba, quam Plinius libro 33. cap. 5.

herbam

herbam luteam vocat. Virg.4.eclog.9,
Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto. Tibull.lib.1. eleg.8,11.
Lvx] claritas ſiue ſplendor.
Egens lucis aer. Ouid.1.Metam.4.
Egenus lucis Tartarus. Lucret.lib.3,206.
Diei lux. Lucret.lib.4,17.
Coruſca. Silius libro 13,129.
Diurna. Lucret.lib.6,171.
Præclara. Lucret.libro 2,207.
Publica lux mundi, Phœbus. Ouid.2. Metam.7.
Pura. Virg.2.Aeneid.118.
Roſea. Stat.3. Sylu.1,27.
Siderea. Ouid.3.Metam.34.
Vaga. Valer 3.Argon.112.
Admittere lucem in thalamos totis feneſtris. Ouidius 3. de Arte, 16.
Albeſcit primùm lux Virg.4.Aeneid.117.
Conueſtit omnia perfundēs ſuâ luce Sol. Lucret.lib.2,30.
Multâ cum luce cucurrit ſtella. Virg 2 Aeneid.139.
Claram diſpergere lumine lucē. Claud. 1. de raptu Proſ.2:
Dant clara incendia lucem erranti Virg.2.Aen.114.
Triſtem lucem funde per auras. Seneca Medea,10,11.
Tenebræ & lux alterno tempore gignuntur. Lucretius libro 5, 196
Haurire lucem. Virg 1.Georg.68.
Purpurea luce refulſit humus Ouid.6 Faſt.51.
Subducta lux repente Silius lib.8,126.
Subductâ luce celū fletumq; miſcet. Senec. Agamem.6,17.
¶ Lux *pro die.* Gel.lib.2. cap. 29, Alia luce orta, auis in paſtum profecta eſt. Martial.lib.8 20,
Quum facias verſus nulla non luce ducentos.
Luce viceſima. Plinius lib. 2 cap. 9,3.
Multis antè lucibus Ouid.2.de Ponto,1.5.
Acerba lux. Senec. Herc. Oethæo,11,1.
Breuis. Catul.ad Lesbiam, epid.5,1.
Exacta. Stat 2.Sylu.2,10.
Feſtæ luces. Horat.4. Carm.ode 6,9.
Heſterna lux. Ouid 2.Amor.eleg.11,1.
Hodierna. Ouid.epiſt.9,34.
Honorata. Claud 3.Paneg.16.
Ignaua. Iuuenal. Satyr.14,11.de Moſe.
Sed pater in cauſa, cui ſeptima quæq; fuit lux,
Ignaua, & partem vitę non attigit vllam.
Lux longior toto anno. Virg.7.eclog.9.
Natalis Ouid in Ibin,44.
Oriens. Catul. Argon,59,75.
Patens. Ouid.2.de Arte,125.
Peracta. Ouid.epiſt.20,17.
Profeſtæ luces & ſacræ. Horat.4. Carm.ode 15,5.
Prona in aſtra. Seneca Agamem.6,14.
Renata. Seneca Herc.furen.2,1.
Sacra Stat.1.Achill.58.
Serena. Virg.5.Aen.21.
Ab ortu lucis ad vmbram. Horat.2.epiſt.2,37.
Nox lucem tenebris abſtulit. Lucan.lib.8,12.
Nox condit alma lucem. Seneca Medea,11,6.
Pars optima lucis data eſt menſæ. Ouid.7. Metam.135.
Dormire in lucem. Horat.1.epiſt.197.
Perditur lux. Horat.2. Serm.Satyr.6,12.
Inimica lux propinquat. Virg.9. Aeneid.72.
Aurora reducet lucem. Ouid.3.Metam.30.
Luce lucebit. Plautina locutio, in Curcul.4,2.
Luce incurſare in hoſtem. Liu.8.ab Vrbe,194.
Luce clara. Plaut. Aulul.30,18.
Multa luce reuecti hoſtes. Tacit.lib.21.
Luce finit paſci. Ouidius 1.Metam.127.
Luce primâ Terent. Adelp 5.3.55.
Cæterùm rus cum filio cum primâ luce ibo hinc. Liu.1.ab Vrbe,192, Vt omnes ciues Romani, equites pediteſque, in ſuis quiſque centurijs, in campo Martio prima luce adeſſent.
Prima luce, Sabinus, antè quàm hoſtilia cœptarent, &c. Tacitus lib 21.
A' prima luce. Cæſar 1.bel. Ciuil. 308, Idem poſtero die à prima luce faciunt.
Obſcurum cœptæ lucis. Tacit.lib.20.
Cœpta luce, miſſæ in latera regiones. Tacitus libro primo. Idem lib.15.
Dubiæ lucis crepuſcula. Ouid.11.Metam.120.
Seram pepulēre crepuſcula lucem. Ouid.15. Metam.131.
Aeſtiua lux. Virg.4.Georg 11.
Brumalis. Ouid.1. Triſt.eleg.10,8.
¶ Lux, *pro Vita.*
Lucis rudimentum. Plin.lib.7.in Præfat,3.



Cupiditas lucis. Quint lib.3.cap 8,31.
Animus contemptor lucis. Virg.9. Aeneid. 42.
Inuiſæ lucis moras abrumpere enſe. Seneca Troad.10,16.
Corpora luce carentum. Virg.4.Georg. 51.
Dilecta magis luce. Virg.4.Aeneid.7.
In lucem editi gnati. Seneca Oedip.12,5.
Communi luce frui. Claud.2.de raptu Proſerp.53.
Optata luce frui. Virg 4.Aen.124.
Piget lucis. Virg.5. Aeneid.136.
Relinquere lucem. Virg.4.Aen.91.
¶ Lux: *pro oculis* Stat.11.Theb.117.
----& effoſſæ ſqualleant veſtigia lucis.
Ademptæ lucis damnum. Ouid.14.Metam.40.
Lux doctrinarum altera, Cicero. Plin.lib.17.cap.5,4.
¶ Lux: *pro nitore.* Viridi cum luce ſmaragdi. Lucr.lib.4.227.
Ahena luce coruſcus. Virgilius 2.Aeneid. 94.
Lvcvs] dixerunt veteres, teſte Donato, pro Lux.
Cum lucu ſimul abij hinc manè. Plaut.Merc.5,31.
Cum primo lucu. Plaut. Ciſtel.5,49. Sic, Terent. Adelph.5. 3.56, Cum primo lucu: vt legit Donatus.
¶ Luci: *Aduerbium.* Id eſt, die, ſiue manè Plautus Caſin.19.7,
Sed properate iſtum atque iſtam actutùm emittere,
Tandem vt veniamus luci.
¶ Luculentus: perſpicuus, ornatus.
Ambulacrum luculentum Plaut Moſtel.10,33.
Conditio luculenta. Plaut.Milit.3,6.
Dies luculentus. Plaut.Epid.1,5.
Diuitiæ luculentæ. Plaut.Rud 30,32.
Facinus luculentum Plaut.Menæch.4,30.
Familia Luculenta. Plaut Ciſtel.7,19.
Fœmina luculenta atque feſtiua. Plaut Milit.13,12.
Forma. Terent Heaut 3.2.12.
Hæreditas luculenta atque magna Plaut. Truc.7,16.
Homo luculentus. Plaut. Capt.6,76.
Materia luculenta. Plin epiſt.112,2,
Oratio. Salluſt.
¶ Luculentè. Vendere luculentè. Plaut. Merc.7,83.
¶ Luculentitas. Cæcilius Hymnide: Vide luculentitatem eius & magnificentiam. Laberius Tucca: Dominus noſter tua luculentitate captus.
¶ Luceo: Splendeo.
Lucere facem alicui: præferre lumen. Plaut. Caſin. 3, 28. Idem Curcul 2.9,
Tute tibi puer es lautus: luces cereum.
Focus lucet igne. Tibul lib.1.eleg.1,2.
Oculi lucent. Ouid. 1. Metam 49.
¶ Luceſcit. Liu 4.ab Vrbe, 120, & iam luceſcebat, omniaq; ſub oculis erant. Terent. Heaut.3.1.1,
Luceſcit: hoc iam ceſſo pultare oſtium Vicini?
¶ Lucens. Virg.6 Aeneid.145.
Lucentemq; globum lunæ.
Faces lucentes. Ouid.4.Faſt.54.
Lympha lucens. Ouid.4. Metam.60.
Marmora lucentia. Stat.1.Syl.3,8.
Tunicę lucentes auro. Stat 9. Theb.139.
¶ Lucidus. Lucida nox. Plin.lib 2.cap.79,1.
Candens lucidus aer Lucret.lib.4,04.
Domus lucidior Ouid.1.Faſt.19.
Gemma lucida. Ouid.epiſt,21,15.
Ordo lucidus. Horat.de Arte,9.
Saxa lucida. Stat 3.Syl.3,40.
Sedes lucidæ. Horat 3. Carm.ode 3,7.
Sidera lucida. Horat.1.Carm ode 3,1.
Oculi ſugentes lucidum. Horat.2. Carm.ode 12,3.
¶ Lucifer: Stella Veneris.
Sidus Luciferi. Virg.2 Georg.65.
Nitens Lucifer. Tibul.lib.1 eleg.3.19.
Obſcurus Lucifer illa nocte fuit. Ouid.11.Metam.115.
Renouatus. Silius lib 7.129.
Vndecimus Lucifer ſtellarum coegerat agmen. Ouid. 11. Metam.20.
Ducit diem Lucifer. Virgilius 2.Aeneid.161.
Clarus Lucifer albo exit equo. Ouid.15.Metam.38.
Vigil Lucifer exit aquis eois Ouid.6.Faſt.93.
Tertius auroram pulſabat Lucifer. Stat.12.Theb 10.
Retegens diem, noctiſq; fugans tempora Lucifer. Ouid.8. Metam.1.
Luciferi. Ouid.3.Faſt.176.
¶ Luciferus. Diana Lucifera. Valer.7.Argon.37.
Equi luciferi. Ouid epiſt.11,10.
Pueri. Ouid,1.Faſt.155.
¶ Lucifugus. Blattæ lucifugæ. Virg.4 Georg 49.
¶ Lucerna. Matutinæ lucernę Iuuen.Satyr.12,10.
Lucerna vna. Mart.lib.14.41,
Illuſtrem cùm tota meis conuiuia flammis,
Totq; geram myxos; vna lucerna vocor.

Vigiles

Vigiles lucernæ. Horat. 3. Carm. ode 8,3.
Viuæ. Horat. 3. Carm. ode 21,5.
LVXO] loco moueo. Plin lib. 17. cap. 24. 11, vel etiam ſubarator imprudens luxauit radices.
¶ Luxata. Plin. lib. 17. cap 28. 7, Contra luxata membra iungenda harundinum fiſſuræ. Cato cap. 157. 4, Et luxatum ſi quod eſt, bis die calida foueto.
LVXVS] nimia profuſio. Terent. Adelph. 4. 7. 42,
Domus ſumptuoſa: adoleſcens luxu perditus.
Diſſuaſor honeſti luxus. Claud. 3. de raptu Proſerp. 6.
Populator opum. Claud. 1. in Ruffin. 7.
Famoſus luxus Tarenti. Claud. 8. Paneg. 32.
Pudendus. Tacit. lib. 3.
Regali luxu ſplendida domus. Virg 1. Aeneid. 129.
Regifico luxu paratæ epulæ. Virgil. 6. Aeneid. 121.
Pocula ducere multo luxu. Propert. lib. 2. eleg. 10,5.
Effuſus in luxum. Tacit. lib. 20.
Explicare ſuos luxus. Lucan lib. 10,22.
Fouere hyemem luxu. Virg 4. Aeneid. 39.
Solutus luxu Quint. lib. 3. cap. 8,19.
¶ Luxuria Inſtrumenta luxuriæ. Ouid. 5. Faſt. 56.
Conuicia. Quint. lib. 4. cap. 2,20.
Peſtis blanda, luxuria. Seneca Octau. 7. 11.
Miſera. Propert. lib. 1. eleg. 2,7.
Solers. Perſ. Satyr. 5,13.
Via facta eſt luxuriæ. Propert. lib. 3 eleg. 13,1.
Luxuria foliorum. Virg 1. Georg 39.
Humoris. Plinius libro 9. cap. 2,1.
¶ Luxuries. Prædulce malum luxuries. Claud. 2. Paneg. 27.
Luxuries ſegetum. Plin. lib. 18. cap. 17. 10, Virg 1. Georg 23.
¶ Luxurioſus. Amor luxurioſus. Ouidius 2. de Remed. amor. 70.
Cultus Quint. lib. 8. in Proœm.
Lætitia luxurioſa. Liuius 2. ab Vrbe, 90.
Pabula luxurioſa. Plin. lib. 17. cap. 4,3.
Seges luxurioſa. Ouid 1. Faſt 158.
Vitis. Colum lib. 5. cap. 6. 29, Plerique vitem validam & luxurioſam falsò crediderunt feraciorem fieri.
Luxurioſior. Plinius libro 17. cap. 3. 3, Alterum genus luxurioſius.
¶ Luxurio, vel luxurior. Liu. 1. ab Vrbe. 79, Poſitis externorum periculorum curis, ne luxuriarēt otio animi, quos metus hoſtium diſciplinaq; militaris continuerat. Plaut; Pſeud. 20 5,
Luxuriantur, luſtrantur, comedunt.
Delicijs luxuriare Ouid. epiſt. 15,38.
Luxuriat liber vmbilicis. Mart. lib. 3,2.
Luxuriari varijs colorum picturis. Plin lib. 16. cap. 25,2.
Luxuriant animi rebus plerunque ſecundis. Ouid. 2. de Arte, 88.
Animi luxuriant iuuenilibus annis Ouid. 5. Faſt. 55.
Mens luxuriat Ouid. 1. de Arte. 73.
Membra luxuriant. Ouid. 7. Metam. 59.
Pecus luxuriat in pratis. Ouid. 1. Faſt. 32.
Luxuriantur arbores. Col. de Arb. cap. 11, Cacumina virgarum ne luxurientur, de mutilato.
Ager aſſiduâ luxuriabat aquâ. Ouid. 4. Faſt. 129.
Humus luxuriat. Ouid. epiſt. 1,11.
¶ Luxurians. Compeſcere luxuriantia. Horat. 2. epiſt 2,25.
¶ Luxuriatus. Ouid. 5. Triſt eleg. 1. 9,
Sit ſemel illa meo luxuriata ioco.
Fames luxuriata multo ſanguine. Stat. 2. Theb. 136.

L Y

LYCHNITES] Lapidis genus de quo Plin. lib. 36. cap. 5 3.
LYCNITIS] Herbæ ſpecies: de qua Plin. lib. 25. cap. 10,2.
LYCHNVS] lucerna.
Pendente lychni. Lucretius libro 5,60.
Incenſi lychni dependent aureis laquearibus. Virgil. 1. Aeneid. 148.
¶ Lychnuchus: qui lucernam ſuſtinet. Plinius libro 34 cap. 3. 5, Placuere & lychnuchi penſiles, in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes.
LYCISCA] Canis ex lupo natus, vel ſimilis lupo. Virg. 3. eclog. 4,
----multùm latrante Lyciſcâ Ouid. 3. Metam. 44.
Et Thous, & Cyprio velox cum fratre Lyciſcâ.
LYCIVM] medicamentum ex radice rhamni ſylueſtris factum. Plinius libro 24. cap. 14,3.
LYCOPHTHALMOS] Gemma quatuor eſt colorum, ex rutilo & ſanguineo: in medio nigrum candido cingitur, vt luporum oculi. Plin. lib. 37. cap. 11.
LYCOPSIS] herba. Plin. lib. 27. cap. 11,4.
LYCOS] Genus aranei, Plinio lib. 30 cap. 6.
LYDIVS] Plin lib. 33. cap. 8,3, Auri argentiq; mentionem comitatur lapis, quem coticulum appellant; quondam non ſolitus inueniri, niſi in flumine Tmolo, vt author eſt Theophraſtus: nunc verò paſſim: quem alij Heraclium, alij Lydium vocant.
LYMPHA] Aqua. Colum lib. 10. 14,
Doctaq; Parthenope Sebethide roſida lympha.
Fluuialis lympha. Virg. 4. Aeneid. 127.
Fugax lympha trepidat aliquo riuo. Horat. 2. Carm. ode 3,3.
Gelida. Ouid. de Medicamine faciei, 20.
Leuis. Horat. Epod. 16,10.
Liquidæ lymphæ. Ouid. 3. Metam. 91.
Loquaces lymphæ ſaxis deſiliunt Horat. 3. Carm. ode 13,4.
Lucentis lymphæ ſtagnum. Ouid 4. Metam. 60.
Manentes lymphæ. Horat. Epod. 2,6.
Puteales. Lucretius lib. 6,236.
Sobrio lympha mixta mero. Tibul. lib. 2 eleg 1,10.
Vulnera lymphis abluere. Virg 4. Aeneid. 137.
Dare lymphas manibus. Virg. . Aeneid. 141.
Copia lymphæ finit ſitim. Horat. 2. epiſt. 2,30.
Hauſit de gurgite lymphas. Virg 9 Aeneid. 5.
Ora manuſq; tua lauimus, Feronia, lympha. Horat. 1. Serm. Satyr 5,5.
Reſtinguere pocula lympha. Horat. 2. Carm. ode 11,4.
Vulnera ſiccare lymphis. Virg 10 Aeneid. 168.
¶ Lymphor: Lucilius Impermiſtum lymphorem.
¶ Lymphaticus: Furioſus. Plin. lib. 25, ſcribit, helleborum mederi melancholicis, inſanientibus, & lymphaticis.
Lymphatici nummi Plaut Pœnulo AG. Sunt mihi intus neſcio quot nummi aurei lymphatici. M. Deferto ad me: ſaxo actutùm, conſtiterit lymphaticum.
Lymphatica ſomnia. Plin lib 26. cap. 8,10.
Lymphaticus pauor. Liuius 10. ab Vrbe, 138.
¶ Lympho: Perturbo. Valer. 3. Argon. 10, Rupta quies: Deus ancipitem lymphauerat vrbem.
¶ Lymphans. Stat. 10. Thebaid. 31,
Ecce recens, ſuperis animum lymphantibus, horror
Thiodamanta ſubit.
¶ Lymphor: Inſanio. Plin. lib. 34. cap. 17. 7, Hac herba epota, lymphari homines obſeruantibus miraculis. Curtius: Quippe lymphari trepidare cœperunt, omnia pectora occulto metu percurrente.
¶ Lymphatus: Inſanus. Liu. 7. ab Vrbe, Et tunc quidem velut lymphati & attoniti, munimentis ſuis trepido agmine inciderunt.
Furor lymphatus Seneca Medea, 6,2.
Metu lymphato trepidare. Lucan. lib. 7,38.
Mente lymphatâ furebant. Catul. Argon. 59,51.
Ore lymphato furens Seneca Troad. 1,7.
Pectora lymphata. Ouid. 11. Metam. 2.
Vrbs lymphata incertis horroribus. Stat. 10. Theb. 11.
¶ Lymphationes nocturnæ. Plin. lib. 34. cap. 15. 2. præfixiſſe in limine è ſepulchro euulſos clauos, aduersùs nocturnas lymphationes.
¶ Lymphatus: Verbale. Plin lib. 37. cap 10, Aliam eodem nomine argentei coloris, contra lymphatum habendam.
LYNCESTVS] aqua, quæ vocatur acidula, vini modo temulentos facit Plin. lib. 2. cap. 103. 9.
¶ Lynceſtius. Ouid. 15. Metam. 66,
Hinc fluit effectu diſpar Lynceſtius annis:
Quem quicunq; parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quàm ſi mera vina bibiſſet.
LYNCEVS] Adiect. Vide LYNX.
LYNCVRIVM] Gemma quæ è lyncis vrina coacta eſt Plin. lib 8. cap. 38. 2. Ouid. 15. Metam. 23.
LYNX] Animal ex ceruariorum genere, acutiſſimo viſu præditum. Virg. 1. Aeneid. 66,
----maculoſæ tegmine lyncis. Plin. lib. 18. cap. 8. 33, Peregrinæ ſunt & lynces, quæ clariſſimè omnium quadrupedum cernunt.
Variæ lynces Bacchi. Virg. 3. Georg. 53.
Timidos agitare lyncas. Horat. 2. Carm. ode 13,8.
Imbelles lynces ſectari. Stat. 2. Achil. 82.
Fugaces lyncas cohibere arcu. Horat. 4. Carm. ode 6,7.
¶ Linceus. Lynceis oculis contēplari. Hor. 1. Serm. Sat. 2,18.
LYRA] inſtrumentum muſicum.
Lyram, formam eſſe teſtudinis, docet Plin. lib. 9. cap. 10,4.
Canor lyræ. Ouid. epiſt 15,37.
Aſſumptâ lyrâ canorus. Ouid. 3. de Arte, 29.
Fidicen lyræ Ouid 4. de Ponto, eleg. 16,6.
Solers lyræ Muſa. Horat de Arte, 82.
Aurata lyra. Ouid. 8. Metam. 3.
Canoræ lyræ. Claud. 3. de rapt. Proſ. 52.
Curuæ lyræ parens Mercurius. Horat. 1. Carm. ode 10,2.
Diſtincta lyra gemmis. Ouid. 11. Metam. 34.
Eburna. Horat. 2. Carm. ode 11,5.
Garrula. Tibul. lib. 3. eleg. 4,8.
Imbellis. Horat. 1. Carm. ode 6,2.
Inuicta. Ouid. 3. Amor. eleg 8,5.

Iocoſa.

Iocoſa. Horat.3. Carm. ode 3,14.
Mollis.Stat.10.Thebald.174.
Tacita Horat.3.Carm ode 19.4.
Laudes alicuius canere lyrâ.Ouid.3.de Arte,10.
Increpare lyram digitis.Ouidius epiſt.3,24.
Inſtitui lyra. Quint.lib.1.cap.10,13.
Mouere lyram.Ouidius 1. Amor.eleg.1,4.
Inauratæ lyræ fila mouet pollice.Ouidius 2.de Arte,99.
Pellere lyram. Ouidius ad Piſonem,34.
Percutere. Ouidius 3.eleg 11,8.
Pulſa manu lyra. Ouidius 10.Metam.41.
Mendaci lyra ſonari. Horat. Epod.17,8.
Sonante miſtum tibijs carmen lyra. Horat. Epod.9,1.
¶ Lyra: *Signum cæleſte.* Varro 2.de Re ruſt.cap.5,Hoc ſecundum aſtri ortum facio, quod Græci vocant lyram; fidem noſtri.Ouidius 2. Faſt.15. Col.lib. 10 8, Sidereoq; polo cedet Lyra merſa profundo.
¶ Lyricus:Modi lyrici. Ouidius epiſt.21,1.
Vates. Horatius 1.Carm.ode 1,7.
Lyrica: *pro carminibus lyricis.* Plin.iun.lib.3. epiſt.1, Scribit enim & vtraq; lingua lyrica doctiſſima.
¶ Lyriſtes.Sidonius:Alceo potior lyriſtes ipſo. Plinius iun. ad Genitorem,libro 9, Quàm multi, quum lector aut lyriſtes aut comœdus indoctus eſt, calceos poſcunt?
LYSIS] in architectura,eſt ſolutio continui parietis. Vitru. lib 6.cap 10.
LYTAE] de quibus mentio fit in edicto Iuſtiniani, quo iuris authoritas confirmatur: ſolutores interpretandi ſunt, qui iam tantos progreſſus habent in iure,vt de eo reſpondere propè poſſint, & quæſtiones ſoluere.
LYTTA] Vermiculus in lingua canum: quo exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec faſtidium ſentiunt. Plin.lib,29.cap.53.

## M

MACCVS] ſtolidus & fatuus. Apuleius:Si cū hac vna Rufi fallacia contendantur, macci prorſus & buccones videbuntur.
MACELLVM] Locus quò vænalia omnia, quæ ad victum humanum pertinebant, contrahebantur. Plaut. Aulul.13.3,
Venio ad macellum: rogito piſces;indicant
Caros.
Pernicies,& tempeſtas, barathrumq; macelli. Horatius 1. epiſt.16.2,
¶ Macellarius: Qui in macello aliquid vendit. Suetonius in Cæſare. Ea quæ ad epulum pertinebant, quamuis macellarijs oblocata, etiam domeſticatim apparabat.
¶ Macellarius: Adiectiuum. Macellaria taberna. Valer.lib. 3. capite 4.
MACER] Exilis,extenuatus.Virg.3.eclog.20,
Heu heu, quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo.
Idem lib.3, cap.10.3, Mediæ ſunt macerrimæ.
Agello macro pauper.Horat.1. Serm. Satyr.6,15.
Boues macræ. Propert lib.4.eleg.1,5.
Macerrima humus. Col.lib.2.cap.9,3.
Libellus macer. Mart.lib 2,6.
Taurus macer. Virg 3.eclog.20.
Vitis macrior. Col.lib.4 cap.24,8.
Macra cauū repetes arctum, quem macra ſubiſti. Horat.1. (epiſt.7,7.
¶ Macellus pro macilento. Liu.lib.6, Si noſti;non magnus homo eſt,naſutus, macellus.
¶ Macilentus. Plaut. Capt.11.115,
Macillēto ore,naſo acuto, corpore albo,& oculis nigris.
¶ Macror. Pacuuius Peribœa: Corpusq; meum tali mœrore,errore,macrore ſenet.
¶ Macritudo. Plaut. Capt.4.32, Oſſa atq; pellis ſum miſerâ macritudine.
¶ Macies. Col.lib.6 ca.14 1, Eſt etiam illa grauis pernicies, quum pulmones exulcerantur: inde tuſſis & macies.
Adducit cutem macies. Ouid 3.Metam.80.
Concidimus macie.Ouid epiſt.20,43.
Supremâ macie confecta viri forma. Virg. 3.Aen.118.
Horrida vultum deformat macies. Virg.4 Georg.51.
Minari maciem & infirmitatem. Quint.lib.2.cap.4,5.
Turpis macies decentes occupat malas. Hor.3. Carm.ode (27.11.
Aeuo & macie ſeneſcere.Lucret.lib.1,66.
Tenuare aliquem macie. Virg.3. Georg.26.
¶ Maceo Plaut.Aulul.20, 28,
Qui oſſa atque pellis totus eſt;ita curâ macet.
¶ Maceſco.Plaut.Capt 4.31,
—ego qui tuo mœrore maceror,
Maceſco,conſeneſco,& tabeſco miſer. Varro 3.de Re ruſt.cap.16.16,Tum enim propter laborem aſperantur & maceſcunt.
¶ Macreſco. Varro 2.de Re ruſt. cap.5,13, Algor enim eas & fames macreſcere cogit.



Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.Horat. 1. epiſt.12.
¶ Macero, Attenuo contero Liu.6. bel. Pun.66, Alterum annum circumuallatos incluſosq; nos fame macerant.
Macerare ſe: *ad animum translatum.* Terent. Andr. 4.2.2,Tu modo,anime mi, noli te macerare. Ibidem, 5.3. 15,Sed quid ego?cur me excrucio? cur me macero!
Inuidia macerat nos Lucret.lib.3,15.
¶ Macerare: *Mollificare.* Terent. Adelp.3.3.27,
----ſalſamenta hæc Stephanio
Fac macerentur probè. Col.lib.2.cap.9.8,Hoc medicamine vnâ nocte ſemina macerata iaciuntur.
Macerare braſſicam in aquam.Cato cap.156,4.
¶ Macerare: *Proluere,madefacere.* Plinius lib. 11.cap. 41.3.de lacte aſinino: Balnearum etiam ſolio totum corpus illo lacte macerabat.
¶ Maceror: *Paſſiuum.* Horat.lib.1. Carm.ode 13,
----quàm lentis
Penitus macerer ignibus.
¶ Maceratus Plautus Pœnul.8.21,
Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boues.
¶ Maceratio.Vitruuius lib 7.cap.2.
¶ Macereſco.Cato de Re ruſt. cap.99, Frumento curgulio ne noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito: palearum paulum addito:ſinito macereſcant bene.
MACERIA] Paries, ſiue murus. Terent. Adelph.5.7.10,
Atque hanc in horto maceriam iube dirui,
Quantum poteſt. Col.lib.8. cap.15.1. Ea toto maceries ope tectorio læuigatur extra intraque.
¶ Maceries: *pro macritudine* Afranius Excepto: Si ille hoc nunc ſentis facere illi ſatis;vis,quanta illius mora ſit, maceries tibi.
MACERO], Vide MACER.
MACHAERA] gladius,culter Plaut.Curcul 8.58,
Clypeatus elephantum vbi machera diligit.Iuuenalis Satyra 7.1,
—ames nomen, victumq; machæræ. Liuius ab Vrbe, 105, Læuo humero machæra propè traiecto ceſſerat parumper ex acie.
MACHINA] Conatus inuentum.
Mundi machina.Lucret.lib 5.20.
Machina dicitur, vt ait Vlpianus, vbi non tam materiæ ratio: quàm manus atque ingenij, dicitur.
¶ Machina: *Inſtrumentum quo moles aliqua facilè impelli poteſt.* Plinius libro 19 cap.2.4, Quanto ſit in vſu omnibus terris nauium armamentis,machinis ædificationum.
Belli machina. Virg.2.Aeneid.31.
Ingens.Horat.2.epiſt.2.15.
Fabricata.Virg 2. Aeneid.10.
Audere machinas.Tacit.lib.20.
¶ Machinæ: *per translationem: Conſilia, quibus decipere hoſtem conamur.* Plaut. Bacchid.4.54,
Aliquam machinabor machinam.
¶ Machinalis. Machinalis ſcientia. Plinius libro ſeptimo, capite 37, 3.
¶ Machinor Liuius 1. ab Vrbe, 122, Confeſtim Turno necem machinatur.
¶ Machinamentum.Liu.4.bel.Pun.154,Turres contabulatas,machinamentaq; alia, quatiendis muris portabant.
Oppugnationum machinamenta & aſtus Tacit.lib.12.
Suſpenſum & nutans machinamentum. Tacit lib.20.
Promouere ſcalas & machinamenta. Tacit.lib.15.
¶ Machinator. Machinator bellicorum inſtrumentorum. Liuius 4.bel.Pun.152.
Belli.Liuius 1.ab Vrbe,123.
Doli. Tacit.lib.1.
¶ Machinatio.Colum.lib.6 cap.28.
Machinatio *pro machina.* Cæſar 2.bel.Gal.338, Primus irridere ex muro,atque increpitare vocibus,quòd tanta machinatio ab tanto ſpatio inſtrueretur. Liu. 4. bel. Maced. 136,Nunc impenſa quoque magna eget in opera, in machinationes & tormenta, quibus tanta vrbs oppugnanda eſt.Idem 7.bel. Maced.20.
¶ Machinoſus. Nauigium machinoſum: apud Suetonium in Nerone,cap.34.
¶ Machinarius. Aſinus machinarius: Aphricanus in l.quum quæreretur.§.vlt.ff.de leg. & fideicommiſ.3.
Menſor machinarius. Vlpian. in l, vel cuius. ff. ſi menſor. fal mod &c.
MACHLIS] Fera eſt Scandinauiæ inſulæ peculiaris. Plin. lib.8.cap.15.
MACIDATVS] liquoris infuſione madens. Apul. lib.8,Ille ſpongijs macidatis tumores comprimere.
MACIES,MACILENTVS, MACIO] Vide MACER.
MACROCHERA] Tunica manicata. Lampridius: Macrocheras ex purpura ad vſum ſuum reuocauit.
MACROCOLLVM] regia charta. Plinius libro 13. cap.12.53

Pedalis

Pedalis erat menſura,& cubitalis,& macrocollis.

MACROR] Vide MACER.

MACTEA] Cibi genus Sueton in Caligula,cap.38,Et multis venenatas macteas miſit.

¶ Macticus: Qui habet magnas malas & os patens; quaſi malacticus Feſtus.

MACTO] Interficio. Virg.4.Aeneid.12,

----mactant lectas de more bidentes.

Caprum mactare. Ouid.2. Faſt.89.
Honores mactauit meritos. Virg. 3. Aeneid.24.
Iuuencos mactare. Virgil.5.Aeneid.21.
Victima mactata. Seneca Octau.4,10.
Mactare aliquem vltioni & gloriæ.Tacit.lib.1.
Mactare Orco.Liuius 9.ab Vrbe,211.

¶ Mactare,*per translationem,pro Malo afficere.*
Mactare infortunio.Plaut. Curcul.11.5,

Non pol nunc ego te mediocri macto infortunio:
Sed eopſe illo, quo mactare ſoleo,cui nihil debeo.

Mactare malo,& damno.Plaut. Aulul 19.63.
Mactari cupis magna re mala. Plaut.Moſtel.2,58.

¶ Mactare:*Præcipitare.* Accius Antenoridis:Qui aut illorum copias fundam in campo, aut naues vram,aut caſtra mactabo in mare.

¶ Mactare:*Honorare.*Plautus: Tamen honeſtè mactatum reducam domum. Accius Didaſcalicōn lib. 1, Sapientiæq; inuictæ gratia, atque honoris pater, honeſtè rem mactauit aurea.

¶ Mactatus: Participium. Hoſtia mactata. Horat. 1. Carm. ode 19,4.
Caper Bacchi mactatus ad aras. Ouid.15. Metam.23.

¶ Mactandus. Mactanda virgo eſt Theſſali buſto ducis.Seneca Troad. 4.31.

¶ Mactatus: Verbale. Lucretius lib. 20, Nubendi tempore in ipſo

Hoſtia conſiderat mactatu mœſta parentis.

¶ Mactator Seneca Troad. 10.29, Perge mactator ſenum.

¶ Mactabilis. Lucretius lib.6,

At quum membra hominis percepit feruida febris:
Tum fit odor vini plagæ mactabilis inſtar.

¶ Mactus: magis auctus: vt ait Feſtus. Cato cap. 134. 1, domo familiæq; meæ mactus hoc ferto.
Macte animi vir Mart.lib.12,7.
Macte virtute. Lucilius: Macte inquam virtute ſimulq; his verſibus eſto.Martial.lib.4.13, Macte eſto tedis, ô hymenææ, tuis.
Macte bonis animi. Stat.1. Sylu.22.
Macte hac grauitatis gloria. Plin.in Paneg.75.Ibidem,146. Macte vterque ingenti in Remp. merito,cui hoc tantum boni contuliſtis.
Macte amare:id eſt, maximè.Plaut. Milit.4,22.
Macte ingenio eſte cæli interpretes. Plin. lib.2.cap 12,3.

MACVLA] Labes,ſordes.Plin. Fullones eas maculas è veſtibus tollunt.
Lucentes maculæ. Stat.1.Sylu.5,8.
Pullis maculis infuſcare vellera. Virg 3.Georg.78.

¶ Macula:*Nota,ſeu ſignum.* Plaut.Capt.11.64,

Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis?

Plinius libro 13.cap. 15.6, Maculæ'ue diſcolores. Virg.9. Aeneid.10,

—maculis quem Thracius albis Portat equus.

Nigræ maculæ ſub aduerſo pectore.Ouid.in fragmento,9.
Squalentes maculæ auro.Virg 4.Georg.19.
Inſignis bos maculis. Virg 3. Georg 12.
Albis maculis bicolor equus. Virg.5.Aeneid.114.
Fugare maculas ore. Ouid. de medicamine faciei,16.

¶ Macula:*Infamia.* Terent. Adelph. 5.8.32, hanc maculam nos decet effugere.
Imprimere maculam laudibus.Senec.Herc.Oethæo,11.8.
Paucæ maculæ in carmine. Horat.de Arte,71.

¶ Macula:*Foramen retis, ſeu plaga.*
Rete grandi macula.Colum.lib.8.cap.15.1.Varro 3.de Re ruſt.cap.11.3,Idq; ſeptum totum rete grandibus maculis integitur,ne eo inuolare aquila poſſit, neue ex eâ euolare anas.
Diſtincta maculis retia. Ouid epiſt.5,4.

¶ Maculoſus:Sordidus & immundus. Plautus: Sordida ac maculoſa facie.

¶ Maculoſus:*Varius, ac notis ſiue maculis conſperſus.* Virgil.1. Aeneid.66,

Succinctam pharetrâ, & maculoſæ tegmine lyncis.

Plin.lib 35.cap 6.2.Glebis ſuus colos, extrà maculoſus.
Maculoſa cutis. Plin.lib.26.cap.1,7.
Fulgor maculoſus ſquamam incendebat auro. Virgilius 5. Aeneid.12.
Litera maculoſa ſuffuſas habet lituras. Ouidius 3. Triſt. eleg. 1,3.
Maculoſa myrrha.Mart.lib.10,80.
Notis grandibus maculoſus. Virg.3. Georg.86.
Vellere maculoſo velat corpus. Ouid.3.Metam.40.
Auaritia & libidine fœdus,& maculoſus. Tacit.lib. 17.
Dedecore maculoſus. Tacit.lib.19.
Nefas maculoſum.Horat.4. Carm.ode 5,5.

¶ Maculo:Deturpo,fœdo.Plaut.Capt.11.64.

Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis?

Plin.epiſt.117.a.lib.6. Et ſuam & mariti dignitatem, Centurionis amore maculauerat.
Terram tabo maculant. Virg.1 Aeneid.6.
Ferrum maculauit ſanguine. Ouid.7. Metam.64.
Nomen alicuius maculare crimine. Virg. 10 Aen.171.
Maculare partus ſuos parricidio. Liu.1.ab Vrbe,54.
Sanguine maculans ſola terræ. Cat. de Beren epig.58,2.
Metus pœnarum maculat præmia vitæ.Lucret. 5,232.

¶ Maculatio.Firmicus lib.1.cap 3. Ignauus ille vir, & omni infamia maculationeq; pollutus. Item,lib.3.cap.15, Matrem ignobilem, vel aliqua infamiæ faciet maculatione pollutam.

MADEO] Madidus ſum. Plin. lib.8. cap. 25.7, Tergora ad ſcuta galeasq; penetrabilis,præterquã ſi humore madeat.
Enſis cruore maduit.Ouid.13. Metam 78.
Genæ madent imbre triſti.Catul.ad Mallium,epig.63.12.
Humus madebit cœleſti rore ſparſa. Ouid.1.Faſt 63.
Pocula madeant generoſo Bacco. Tibul.lib. 2.eleg 6.1.
Madet vindemia nimbis continuis.Mart.lib.1.52.
Madent membra vino.Plaut. Truc.18.2.
Madere vino.Mart.lib. 11.16.
Mero. Tibul,lib.1.eleg.2,2.
Mens madet. Lucret lib.3,97.
Madere metu.Plaut.Moſtel.6.47.
Sermonibus Socratis madet.Horat.3. Carm.ode 21.2.
Fercula madent diuitijs. Propert.lib 4.16.

¶ Madens. Enſe madens, Statius 3.Thebaid.46.
Oculis:Stat.5.Sylu.3.12.
Os fletu Ouid.3.Triſt.eleg.5,3.
Madens ſanguine veſtis.Quint.lib.6.cap.1.de prætexta Cæſaris interfecti.

¶ Madeſco:Colum lib.11.cap.3.19, Hæc enim res efficit,vt in coctura celeriùs madeſcat, & viridem colorem ſinè nitro conſeruet.De braſſica transferenda.
Madeſcere, *etiam extrinſecus dicitur.* Claudianus 3. de raptu Proſerp.63,

—largis tunc imbribus ora madeſcunt.

Tellus madeſcit nubibus. Ouid.1. Metam,14.

¶ Madefacio. Virides madefecerat herbas. Virgilius 5.Aeneidos 66.
Madefacere terram.Col lib.2.cap.4,1.

¶ Madefio. Sueton in Ceſar. Cum decidiſſet in mare, per ducentos paſſus euaſit ad proximam nauem elata læua: ne libelli,quos tenebat madefierent,
Cæde madefieri. Ouid.15.Metam. 165.
Sepulchra madefient cæde. Catul.Argon.59,74.
Tyrio madefactus tempora nardo. Tibul lib.3. eleg.7,7.
Plumæ madefactæ ſanguine Ouid 6.Metam.106.
Terra madefacta cruore. Ouid.8.Metam.11.

¶ Madidus. Plin. lib. 13. cap. 24.4, Hyeme verò,quod inaruit, madidum.
Alis madidis euolat Notus. Ouid. 1. Metam 53.
Barba madida. Ouid.1 Metam.69.
Capilli madidi myrrhâ.Ouid.5.Metam.11.
Genæ madidæ.Ouid.1.de Arte,133.
Palus madida. Ouid.1.de Arte,112.
Veſtis. Virg 5.Aeneid.36.
Madidus:*pro ebrio.*Plaut. Amphit.12.18. Faciam, vt ſit madidus ſobrius.
Madida veſtis cocco.Mart.lib.5.24.
Madidus:*pro imbuto.*Martial.

Siquis Cecropiæ madidus Latiæq; Mineruæ Artibus.

¶ Madido. Claud.2.de Rapt. Proſerp.18.

—ille nouo madidantes nectare pennas
Concutit, & glebas fœcundo rore maritat.

¶ Madifico. Plin.lib.28.cap.7.6, Et,ſi contra epiphoras feruentes oculorum anguli ſubinde madificetur, efficaciùs, ſi cibo vinoq; ſe pridie ea abſtinuerit.

¶ Mador. Salluſt. lib 4. Hiſt.ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur.

MADON] Vitis alba.Plinius lib.23.cap.1.

MADVLSA] Ebrius.Plaut.Pſeud.22,6.

MAEANDER] Picturæ genus,in morem labyrinthorum flexuoſis ambagibus implexum,quod oris chlamydum addi ſolet. Virg 5.Aeneid.51.

Victori chlamydem auratam, quam plurima circùm
Purpura,mæandro duplici Melibœa cucurrit.

¶ Mæandratus. Varro: Mihi facies mæandrata,& vermiculata, atque etiam adeò cingens orbem terræ.

MAENA] Piſcis marinus. Plinius libro 13 cap. 7. 10.

MAENADES] mulieres illæ dicebantur quæ Bacchi ſacra capillis ſparſis, curſitantes hinc inde celebrabant. Iuuenalis Satyr. 6, 31.

Auſoniæ Mænades Ouid. 6. Faſt. 101.

MAEREO] Vide MOEREO.

MAGALIA] Vici. Virg. 1. Aeneid. 85,
Miratur molem Aeneas, magalia quondam. Idem lib. 4. Aeneid. 52.

MAGAS, MAGICVS] Vide MAGVS.

MAGIGOPHORI] qui agonothetas in certaminibus comitabantur, Arcadius, de muneribus & honoribus. l. munerum.

MAGINOR] quaſi tardè conor, & vngor; inquit Feſtus.

MAGIRISCIVM] Plin. lib. 33. cap. 12. 6, Fecit idem & coquos, magiriſcia appellatos, paruulis potorijs, ſed è quibus ne exemplaria quidem liceret exprimere.

MAGIS] Pollux lib. 7, Magis, inquit, & Mactra, vas in quo farinæ ſubiguntur. & lib. 10, Quæ autem tripodibus imponentur, & trapezæ, id eſt menſæ, & magides appellantur. Paulus in l ſeruus. ff. de condict. indebiti.

¶ Magis: *Genus lancis, eiuſdem formæ*. Plin. lib. 33. cap. 11, Feneſtella tradit, tympana ſe iuuene appellata ſtateras, & lances, quas antiqui magidas appellauerant.

¶ Magida: Varro ait, Magidam a magnitudine dici. lib. 4. de ling. Latin.

MAGIS] aduerbiũ. Plaut. Curc. 8. 6, Si magis me inſtabunt, ad Prætorem ſufferam.

Accipiunt magis ad contumeliam omnia. Terent. Adelph. 4. 3. 15.

Magis dicas, ſi ſcias, quod ego ſcio. Plautus Pſeud. 14, 44.

Dabimus etiam magis Plaut. Perſa. 23. 69.

Magis loqui. Plaut. Caſina, 4. 31.

Magis lubet Plaut. Perſa, 16. 110.

Magis metuo. Plaut. Milite, 22. 44.

Magis noris. Terent. Heaut. 5. 1. 16, Magis, ſi magis noris, putes ita rem eſſe..

Magis ſcibo: *pro ſciam*. Plaut. Trucul. 10. 67.

Magis vellem. Terent. Eunuch. 5. 7. 1.

Magis vereor. Terent. Heaut. 1. 2. 23.

Magis vidi. Plaut. Merc. 15. 24.

Magis maiores Plaut. Pœnul 2. 81,
Argentum, niſi qui dederit, nugas egerit:
Verùm qui dederit, magis maiores egerit.

Magis, *cum poſitiuo*. Ouid. 2. Metam. non pocul à fine:
Cornua parua quidem, ſed quæ contendere poſſes
Facta manu, puráq; magis pellucida gemmâ.

Magis anxius Ouid. 1. Metam. 37.

Magis apta tibi dona. Horat. 1. epiſt. 7, 9.

Charus magis vitâ. Virg. 5. Aeneid. 145.

Magis deformis. Quint. lib. 9 cap. 4.

Nihil magis elegans. Terent Eunuch 5. 4. 13.

Magis indubitatus. Stat. 2. Achil. 5.

Magis moleſtus. Terent. Eunuch. 3. 1. 24.

Magis ſeuerus. Terent. Eunuch. 2. 1. 21.

Magis ſimilis. Plaut. Amphit 7, 53.

Magis verum. Terent. And. 4. 2. 15, Non Apollinis magis verum, atque hoc reſponſum eſt.

Magis virilis. Quint. lib. 9. cap. 4.

Magis apertè. Terent. Adelph 4. 5. 30.

Nihil magis dulce. Plaut. Perſa, 22. 15.

Magis dulcius. Plaut. Sticho, 14. 21, potiùs in ſubſellio,
Cynice, accipiemur, quàm in lecticis. SA. imò enim hîc magis eſt dulcius.

Magis humanum. Terent. Hecyra, 4. 1. 39.

Magis impensè cupere Terent. Adelph. 1. 9. 36.

Magis lubenter. Plaut. Moſtel. 4. 1.

Magis mirum. Plaut. Amphit. 7. 38.

Magis ex vſu. Terent. Eunuch. 5. 9. 47, Ad omnia hæc, magis oportunus, nec magis ex vuſu tuo, Nemo eſt.

Magis ex ſeſe. Terent. Andr. 5. 4. 51, Quia habet aliud magis ex ſeſe, & maius.

Magis id adeò. Terent. And. 1. 1. 135.

Mage, *pro Magis*, Plaut. Trucul. 18. 32, Quem ecaſtor mage amo, quàm dudum.

Mage pollens aër. Lucret. lib. 4. 65.

Magis ac magis: *repetitum*. Plaut. Moſtel 9. 10. Quò magis ac magis ego cogito cum meo animo. Suet. in Vitell, cap. 11. Magis deinde ac magis.

Magis atque magis clareſcunt ſonitus. Virg. 2. Aeneid 60.

Magis magis. Catul. Argon. 59. 55, Pòſt vento creſcente, magis magis increbreſcunt.

¶ Maxime: Superlatiuum. Maximè adoleſcens. Plautus Milite, 10, 92.

Maximè cognata. Terent. Phorm. 2. 1. 65.

Maximè cupiens illius eſt. Plaut. Amphit. 3, 132.



Maximè dignus. Terent Eunuch. 5. 2. 27.

Maximè peſſima corpora. Colum lib. 9. cap. 3. 2.

Maximè potentes. Terent. Adelph. 3. 4. 56.

Maximè vtile. Terent. And. 5. 1. 16.

Maximè memini. Plaut. Menæch. 24. 60.

Maximè: *reſponſio concedentis, vel annuentis*. Terent. 4. 6. 12. Duc me ad eam: quãdo huc veni, vt videam. M. maximè. Idem Eunuch. 1. 2. 109. Fac illi adducantur. P. maximè.

MAGISTER] præceptor. Terent. Andr. 1. 1. 27,
----nam antea
Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,
Dum ætas, metus, magiſter prohibebant?

Paulus de verb. ſignif. l. quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & ſolicitudinem rebus, quibus præſunt, debent: hi magiſtri appellantur. quinetiam & ipſi magiſtratus, per deriuationem à magiſtris cognominantur. Vnde etiam cuiuslibet diſciplinæ præceptores, magiſtros appellari à monendo vel monſtrando.

Declamandi magiſter. Quint. lib. 2. cap. 1. 3.

Dicendi Quint. lib. 2. cap. 8. 4.

Artis. Quint. lib. 2. cap. 2. 1.

Eloquentiæ magiſtrum ſe polliceri. Quint. lib. 2. cap. 5.

Barbati magiſtri. Iuuen. Satyr. 14. 2. Perſius Satyr. 4. 1,
...--barbatum hoc crede magiſtrum Dicere.

Graijs Elice ſeruanda magiſtris. Valer. 1. Argon. 4.

Aridus magiſter. Quint. lib. 2. cap. 4, 6.

Exſuere magiſtrum. Tacit. lib. 14.

Indocto magiſtro regimen linquere. Seneca Medea, 8. 8.

Timido pudet ſeruire magiſtro. Stat. 2. Achil. 38.

¶ Magiſtri (inquit Feſtus) non ſolùm doctores artium: ſed etiam pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, equitum, dicuntur: quia omnes ij magis cæteris poſſunt.

Ferre ſe magiſtrum alicuius rei. Tacit. lib. 20.

Magiſter clamoſus. Martial. lib 5. 135.

Nagiſtrum nauis accipere debemus eum, cui totius nauis anchora mandata eſt. Vlpianus de exercitoria actione, l. 1. Liu. 9. bel. Pun. 129, Vt ex omnibus nauibus, gubernatoresq; & magiſtri nauium, & bini milites in forum conuenirent, ad imperia accipienda Horat. 3. Carm. ode 6. 7, Seu nauis Hiſpaniæ magiſter.

Magiſter equitum. Varr. 4. de ling. Latina. Magiſter equitũ dicebatur, quòd ſumma poteſtas huius in equites & accenſos, vt eſt ſumma populi Dictator à quo is quoque Magiſter populi eſt appellatus. Pomponius in lege 2. §. populo deinde auctor. ff. de Origine iuris. Et his dictatoribus Magiſtri equitum iungebantur. Iuuenal. Satyr. 8. 2,
Qui fructus generis, tabulâ iactare capaci
Fumoſos equitum cum dictatore magiſtro?

¶ Magiſter: *pædagogus*. Terent. Phorm. 1. 2. 22,
Abeuntes ambo hinc tum ſenes, me filijs
Relinquunt quaſi magiſtrum.

Doctiſſimum & incõparabilem magiſtrum domi habeat. Quint. lib. 1. cap. 2, 9.

Sæuus magiſter. Horat. 1. epiſt 19, 8.

Magiſter ad rem aliquam. Terent. And, 1. 2. 20.

Magiſter pecoris: *Paſtor*. Varro de Re ruſtica, lib. 2. cap. 10, 2.

Fingit equum tenera docilem ceruice magiſter. Horat. 1. epiſt. 2. 13.

Magiſtri: *qui bona ſub haſtâ vendunt*. Quint. lib. 6. cap. 4, Peruenit res vſque ad ænigma, quale eſt Ciceronis in Pletorium Fonteij accuſatorem, cuius matrem dixit, dum viueret, ludum: poſtquã mortua eſſet, Magiſtros habuiſſe.

Magiſter, *olim dicebatur venditor patrimonij eius, qui ſoluendo non eſſet* Iuſtinianus, titulo de ſucceſſ.

¶ Magiſtra. Magiſtra ei ludo. Terent. Hecyra, 2. 1. 7.

Aetas magiſtra. Ouid. epiſt. 5. 20.

Magiſtræ artes. Ouid. epiſt. 21, 17.

Certiſſima loquendi magiſtra, conſuetudo. Quintil. lib. 1. cap. 6. 2.

Roma magiſtra luxuriæ Propert. lib. 3. eleg. 12, 4.

¶ Magiſterium: Magiſtri dignitas ſeu officium. Plaut. Moſtel. 2. 22, Virtute id factum tua, & magiſterio tuo Suetonius in Auguſto, cap. 2. Auus municipalibus magiſterijs contentus abundante patrimonio tranquilliſſimè ſenuit. Col. lib. 11. cap. 1. 7, Potiſſimum autem eſt in eo magiſterio, ſcire & æſtimare, quale officium ſit cuique iniungendum. Plin lib. 8. cap. 40, 7.

Vana magiſteria. Tibul. lib. 1. eleg. 4. 17.

¶ Magiſtro: Moderor, guberno authore Feſto.

¶ Magiſtratus. Significat. vt ait Feſtus, cum qui in poteſtate aliqua eſt conſtitutus.

¶ Magiſtratus: *Ipſa poteſtas, ſeu officium*.

Abire magiſtratu Liu. 3. ab Vrbe,

Abolere magiſtratum. Liu. 3. ab Vrbe, 157.

Continuare. Liu. 7. bel. Pun.

Creare.Lucret.lib.5,230.
Eiurare Tacit.12.
Imminuere.Liuius lib.4.
Legere magiſtratus. Virg.1. Aeneid.86.
Occipere magiſtratum, Tacit.lib.2.
Petere magiſtratus. Quint lib.2.cap.4,19.
MAGMA] Paſtillus & maſſa, facta ex vnguentorum fæcibus. Plinius libro 13.cap.2,2.
Magma croci: Celſus lib.5.cap.18.
MAGMENTVM] quod ad religionem magis pertinet. Varr. de ling.Lat.lib 4.
MAGNANIMVS] Vide MAGNVS.
MAGNARIVS] apud Apuleium, pro magno negociatore.
MAGNES] lapis ad ſe ferrum attrahens. Plinius libro 36. cap. 16.1. Ferrum trahitur à magnete lapide: domitrixq; illa rerum omnium materia, ad inane neſcio quid currit: atque vt propius venit, aſſiſtit, teneturq; & complexu hæret. Lucret lib.7.182,
Quem magneta vocant patrio de nomine Graij,
Magnetum quia ſit patrijs in finibus ortus.
¶ Magneticus. Claudian. de Magnete,4,
Venerem magnetica gemma figurat.
MAGNVS] Aceruus magnus. Virg.1. Georg.32.
Adiutor. Horatius 1. Serm Satyr.9,10.
Aedibus ex magnis. Horat.2. Serm.Satyr.7.3.
Aequor magnum. Virg.4. Georg.78. Agmen. Virgilius 1. Georg.77.
Amator mulierum magnus. Plaut. Menæch.7,43.
Amore magno dilectus. Virg. 1. Aeneid.70.
Bellum magnum. Virgilius 2. Aeneid.39.
Maior pede calceus. Horat.1.epiſt.10,9.
Caput magnum. Plaut. Pſeud.20.110.
Caterua magna. Virgilius 1. Aeneid.101.
Cauſa maxima doloris. Propert.lib.1.eleg.15.7.
Magnum certamen. Virg 7.eclog 4.
Clamor magnus. Virg.3. Georg.75.
Cœna magna. Horat.2. Serm Satyr.6,28.
Cogitatio. Tacit.lib.15.
Concurſu accedere magno. Virg 1. Aeneid.103.
Corpus magnum craſſa ſarragine. Virgilius 3. Georg. 41.
Cura maxima. Virgilius 4. Georg.71.
Dedecus magnum Horat.1.Serm. Satyr.4,11.
Dij magni. Virg.3. Aeneid.3.
Documentum magnum. Horat. 1.Serm.Satyr.4,23.
Dos magna Horat.3. Carm ode 24,5.
Duces magni. Horat.2. Carm.ode 1,5.
Eques magnus. Horat.Epod.4,3.
Exitium magnum. Virgilius 2. Aeneid.38.
Fas. Horat. Epod.5,19.
Faſtidia magna Horat.2.Serm.Satyr.4,16.
Fortuna magna Horat.3. Carm.ode 27,15.
Gratia maior debetur illi Horat 1.Serm.Sat.6,18.
Honos maior Ouid.15. Metam.20,
Ignis magnus. Plaut. Capt 13,75.
Interualla magna Lucret.lib.2,20.
Ira magna. Virg.5. Aeneid 142.
Iræ magnæ. Terent.And.3.3 22.
Labor magnus Horat.1.Serm Satyr.9,12.
Lætitia maxima. Catul.ad Mulum, epigr.78,1.
Laus magna. Horat.2.Serm.Satyr.3,20.
Licentia maior. Horat de Arte,43.
Lingua magna. Horat.4. Carm.ode.6.1.
Lites magnę. Horat.1.epiſt.17,9.
Lues magna. Virg.4. Georg 91.
Mens maior humana. Silius libro 7,1.
Magnum in omnia monumentum Syphax, affectanti res Africæ, erat opulentiſſimus eius terræ rex. Liuius 8.bell. Pun.91.
Motus magnus Virg.4.Georg.14.
Murmur magnum Virg.1. Aeneid.12.
Naufragia magna. Lucretius lib.2,112.
Numina magna loci. Virg.3. Aeneid.140.
Onus maius noſtris viribus. Ouid.4.Triſt.eleg.9,8.
Opes magnæ Horat.3. Carm ode 16,6.
Opprobrium magnum. Horat.3. Carm.ode 24,9.
Ore magno ſonare. Virg 3.Georg 79.
Magna pars Arabiæ. Plin.lib. 12.cap 14,4.
Pectus magnum. Virg.4. Aeneid.90.
Pondus. Plin.lib.12.cap.19,8.
Pondus auri. Virg.3. Aeneid.10.
Populus magnus Plaut.Trucul.3,40.
Populo in magno coorta ſeditio. Virg.1. Aeneid.31.
Haud magni precij. Plautus Sticho,4,81.
Prudentia maior rerum. Virg 1.Georg.84.
Pueri magni. Horat.1.Serm.Satyr 6,13.
Res magnæ. Horat.1. Serm.Satyr.5,6.



Riſus magnus iocusq;. Horat.1.Serm.Satyr.8,10.
Rictus. Plin.lib.11.cap.37,26.
Rumor. Plin.epiſt.190.d,lib.9.
Magnum ſignum. Terent.And.1.2.29.
Spiritus & inceſſus maior corpore. Hor.2.Serm. Saty.3.62.
Stridor magnus. Virg.1. Georg.82.
Terrorem magnum inſerre alicui. Horatius 3. Carminum, ode 4,10.
Turba maxima. Virg.6. Aeneid.123.
Ventus magnus. Plaut.Milite,9,33.
Vires maiores. Plinius lib.11.cap.30,1.
Vis magna. Virg.1. Georg.34.
Vitium magnum Horat.2.Serm.Satyr.2,14.
Magnus animo, maior imperio ſui. Plinius libro 35. capite 10,21.
Bello maior. Virg.1. Aeneid.110.
Maximus ille armis, maximus ille toga. Ouid.ad Liu.3.
Vir maximus factis. Ouid.14. Metam.22.
Principum maximus. Horat.4. Carm.ode 14,2.
Magnorum maximè regum. Horat.1.Serm Satyr.3,27.
Inter omnes maximus. Ouid.4. de Ponto, eleg.10,12.
¶ Maior: *ad annos relatum*. Terent. Eunuch.3.3.21. Verùm ea ſi viuit, annos nata eſt ſedecim:
Non maior. Mart.lib.9.31,
—maior erat menſibus illa tribus.
Magno natu. Liu.3.ab Vrbe,306, Conſurgit P. Scaptius de plebe magno natu. Ibidem,lib.2,35.
Maior eſt natu; conſulemus. Liu.1.ab Vrbe,143.
Maximus natu ex ijs. Liu.1.bel.Pun.70.
Natu maxima Pyrgo. Virg.5. Aeneid 129.
¶ Magnum: *id eſt, præclarum, precioſum.*
¶ Magnum eſt, quicquid quæritat. Plaut.Merc.17,17.
Magnum facere. Horat.1.Serm Satyr.10,4.
Narras magnum. Horat 1.Serm.Satyr.9,11.
Peccare magna Tacit.lib. 11.
¶ Maius. Plaut. Trucul,19.16,
Ad omne maius iſtuc poſitum, parum eſt.
Concipere maiora animo. Ouid.15. Metam.1.
Viribus maiora audere Virg.10. Aen.163.
Maxima parte. Plin. epiſt.25.lib.10.
¶ Magno: *abſolutè poſitum, pro precio*. Plin.in Paneg.60, Magno æſtimabatur. Idem lib.2.epiſt.6. Magno conſtat.
Mercari aliquid magno. Virg.2. Aeneid.21.
Maximo precio. Plin.lib.12.cap.12,1.
Magnum: *pro Valdè*. Plaut.Moſtel.7.57, Atque ille exclamat derepentè maximum. Idem Milite,11.10, Nam eò magnū clamat: tetigit calicem.
¶ Maior morbus: Qui & Comitialis dicitur. Celſus libro 3. capite 23,1.
¶ Maiores: aui, abaui, & ante hos in infinitum. Cæſar 4.bel. Gal.486, Quòd Germanorum conſuetudo hæc ſit à maioribus tradita. Horat 1.Serm Satyr.5.11,
—ab his maioribus orti
Ad pugnam venêre. Satyra,6.2. inquit, quoſdam etiam nullis maioribus ortos eſſe.
¶ Optimus maximus: *de fundo, agro, domo, & alijs.* Celſus in l.quum venderes. ff de contrahenda emptione. Quum venderes fundum, non dixiſti, vt optimus maximusq; eſt. Paulus de legatis l. 3. ſi mihi. Vti optimi maximiq; ſunt.
¶ Maiuſculus. Plin. lib. 26. cap. 6. 2, Folia ſunt maiuſcula, quam hederæ. Terent. Eunuch.3.3.21, Thais, ego quàm ſum, maiuſcula eſt.
¶ Magnanimus. Duces magnanimi. Virg.4. Georg.1.
Equi. Virg.3. Aeneid 141.
Gentes magnanimæ. Virgilius 10. Aeneid.28.
Heroes magnanimi. Virg.4. Georg.96. Ouidius 12. Metamorph. 46.
Leo magnanimus. Ouid.3. Triſt.eleg.5,7.
¶ Magnificus. Terent.Heaut.2.1.15, Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis. Liuius 1.ab Vrbe,43, Inde exercitu victore reducto, ipſe cum factis vir magnificus, tum factorum oſtentator haud minor.
Aedes magnifica. Ouid.6.Faſt,128.
Domus. Plin. lib.17. cap. 1,2.
Splendor magnificus. Lucretius libro 4.207.
Succus magnificus in vſu, medicamentis. Plin.lib.19.c.3,2.
Triumphi magnifici. Ouid.1. Amor.eleg.7,7.
Magnifica verba. Terent. Eunuch.4.63.
Vſq; adeo ego illius ferre poſſum ineptias, & magnifica verba.
Vrbes magnificæ. Ouid.2. de Ponto, eleg.10,5.
Magnificum abunde eſt, voluiſſe. Plin in Præf.11.
Dicere aliquid magnificum. Tibul.lib.1.eleg 5,2.
¶ Magnificentia. Terent.Phorm.5.8.37,
I hinc in malam rem cum iſtac magnificentia,
Fugitiue.

¶ Magnifi-

¶ Magnificè. Terent Heaut. 3. 2. 45,
Et ne ego te (ſi vſus veniat) magnificè, Chreme,
Tractare poſſim.
Magnificè aliquem accipere. Plaut. Pſeud. 4. 33.
Compellare aliquem. Plaut. Pſeud. 11, 11.
Dicere. Terent. Adelph. 2. 3. 4.
Se efferre Terent. Heaut. 4. 3. 31.
Incedere. Liu. 2. ab. Vrbe, 17.
Ire aduorſum. Plaut. Caſina, 17, 4.
Magna loqui. Tibul. lib. 2. eleg. 7. 3.
Magnificè vtilis. Plin lib. 23. cap. 7, 6.
¶ Magnificiùs: Cato, pro magnificentius dixit.
¶ Magnifico. Plin. lib. 17. cap. 9. 2, pabulo boum ſuumque magnificat: neque alio cibo celeriùs pingueſcere aſſeuerat. Plaut Menæch. 9. 14, Te vnum ex omnibus Venus voluit me magnificare.
¶ Magniloquus. Mart. lib. 2. 43,
Candide, κοινὰ φίλων hæc ſunt tua, Candide, πάντα
Quæ tu magniloquus nocte dieq; ſonas.
Homerus magniloquus. Stat. 5 Sylu. 3, 12.
Flatus magniloqui. Stat 3. Theb. 39.
Ore magniloquo tumidus Ouid. 8 Metam. 80.
¶ Magnipendo. Plautus Pſeud. 4. 85, Sed, ſcio, tu haud oleū magnipendis: vino te deuincis. Terent. Adelph. 5. 4. 25,
Ego quoque à meis me amari & magnipendi poſtulo.
¶ Magnitas. Accius Vacces: Namq; ſat frugi, neq; dici poteſt pro magnitate.
¶ Maximitas. Lucret. lib. 2. 101,
Ne quædam cogas immani maximitate
Eſſe ſuprà, quod iam docui non poſſe probari.
¶ Magnitudo. Complere magnitudinem alicuius rei. Plin. lib. 1, 6 cap. 7, 1.
Excedere in nimiam magnitudinem. Celſ lib. 2 cap. 21.
Magnitudo Pompeij Plin lib. 18. cap. 6, 4.
¶ Magnopere. Terent. Heaut. 4. 1. 13,
Meminiſtine, me eſſe grauidam, & mihi te magnopere interminatum, Si puellam parerem, nolle tolli?
Magnopere errare. Lucret. lib. 3, 22. Idem lib 2. 36,
Magnopere à vera lapſi ratione videntur.
Magno opere ſeparat in. Plaut. Caſin. 9, 6. Terent Eunuch. 3. 26, ----Thais maximo
Te orabat opere, vt cras redires.
Nemo magnopere eminebat. Liu. 1. ab Vrbe, 69.
Non magnopere viſus: Phœnix in toto orbe. Plin. libro. 10. capite 2, 1.
MAGVDARIS] cauligenus, qui naſcitur ex ea parte cuius radix ſiluij auellitur. Plaut Rud. 16. 19, Seu tibi confidis fore multam magudarim. Col. lib. 6. cap. 17, 6.
MAGVS] ſapiens.
Artes magorum. Ouid. 7. Metam. 39. Hor. 1. Carm ode 27, 5.
¶ Magice: Ars incantandi Plin. lib. 30. cap. 1. 8, Si non expers ſedes eius tota Thrace magices fuiſſet.
¶ Magicus. Magica ars. Plin. lib. 11. cap. 37, 17.
Artes magicæ. Virg. 4. Aen. 59.
De magica arte Vide Plinium lib. 30, cap. 1 & 2.
Auxilia magica. Tib. lib. 1. eleg 8, 5.
Linguæ magicæ potentia. Ouid. 7, Metam. 66.
Os magicum. Ouid. 14. Metam. 12.
Magica portenta. Plin. lib. 25. cap. 3, 6.
Ritu magico luſtrari Ouid 10. Metam. 80.
Sacra magica. Virg. 8. eclog. 13.
Soni magici Ouid. 2. de Arte, 21.
Terrores. Horat. 2. epiſt. 2. 42.
MAGYDARIS] Vide MAGVDARIS.
MAIALES] Porci caſtrati. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 4. 19, quo facto nomen mutant, atque è verribus dicuntur maiales.
MAIESTAS] amplitudo & dignitas. Horat. 2. epiſt. 1, 52. ad Auguſtum:
--ſed neque parum Carmen maieſtas recipit tua.
Maieſtas populi. Quint. lib. 7. cap. 4, Maieſtas Senatus. Plinius epiſt. 159.
Actio maieſtatis Quint. lib. 5. cap. 10, 28.
Imperij maieſtas. Horat. 4. Carm. ode 15. 3.
Acris maieſtas. Claud. 5 Paneg. 25.
Rectoris maieſtas. Silius lib. 15, 82.
Regia maieſtas. Claud. de nuptijs Honorij, 40.
Sancta Ouid. 3. de Arte, 82.
Verenda. Ouid 4 Metam. 8.
Conſtituere maieſtatem. Salluſtius Maiores noſtri, parandi iuris, & maieſtatis conſtituendæ gratia, per ſeceſſionem armati bis, Auentinum montem occupauêre.
Soluere Liu l b. 2 belli Punici, quum ambitio alterius ſuā primā apud eos praua indulgentia maieſtatem ſoluiſſet.
Venerari maieſtatem naturæ deorum. Quintilianus lib. 3. cap 7. 5.
Maieſtas nominis. Mart. lib. 8, 1.



Alicuius loci. Liu. 1. ab Vrbe, 230.
Afferre orationi maieſtatem aliquam. Quintilianus lib. 1. cap. 6, 25.
MAIORES] Vide MAGNVS.
MAIVS] menſis. Ouid. 5. Faſt. 15,
Hinc ſua maiores tribuere vocabula Maio.
MALA] Faciei pars. Plinius lib. 11. cap. 37. 31, Infra oculos malæ, homini tantùm, quas priſci genas vocabant. Plautus Merc. 12. 55, Subnigris oculis, oblongis malis, panſum al quantulum.
Pars vtraq; malarum, Lucret. lib. 1, 18.
Audaces malæ. Virg 7. Aen. 23.
Diſtutæ. Perſius Satyr. 3, 6.
Horribilis mala leonis. Hor. 2. Carm. ode 19, 5.
Crepitant duro ſub vulnere malæ. Virg. 5. Aen. 88.
Flaueſcere malæ, *dicuntur, quum primum barbæ lanugo creſcere occipit.* Ouid. 6 Metam. 144.
Abſumere menſas ambeſas malis. Virg. 3. Aen. 52.
Signarat teneras dubia lanugine malas. Ouidius 13. Metamorphos. 162.
Iuuentas molli veſtit lanugine malas. Lucret. lib. 5, 178.
MALABATHRVM] Vide MALOBATHRVM.
MALACHRA] magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus exudans, quod Bdellium vocant, Plin. lib. 12. cap. 9.
MALACHE] Maluæ ſpecies. Plin lib. 20. cap 21, 1.
MALACVS] Mollis. Plaut. Bacch. 5, 120, Hic noſtra agetur ætas in malacum modum. Idem Trucul. 11. 48, Mœchum malacum amas Sic Milite, 10, 05,
Eme mi vir lanam, vnde tibi pallium.
Malacum, & calidum, conficiantur tunicæ mihi hybernæ bonæ: Ne algeam hac hyeme.
¶ Malacia: Cæſar 3. bel Gal. 411, Ac conuerſi in eam partem nauibus, quò ventus ferebat, tanta ſubitò malacia ac tranquillitas extitit, vt ſe loco mouere non poſſent.
¶ Malacia: *Eſt & grauidis languor & mollities diſſoluti, & cuncta faſtidientis ſtomachi.* Plinius libro 23. capite 6. 3, Malicorium expetitur grauidarum malaciæ, quoniam guſtatu moueat infantem. Sic, libro 28 cap. 7. 2, Malacia ſtomachi.
¶ Malaciſſo. Plaut Bacchid. 1. 31,
Ah, nimium ferus es. P. mihi ſum. B. malaciſſandus es.
¶ Malaſſo: ſubigo maturo. Varr In dolore adiaphoron eſſe, quòd philoſophia commalaſſaret eam partem, quæ concuti cupiditatibus ſolet.
MALAGMA] Fomentum ad rem duram emolliendam ſuperpoſitum. Colum. lib. 7. Cuminum conteritur, eiq; adijcitur exiguum picis liquidæ & axungię, vt lentorem malagmatis habeat. Plin. lib. 22. cap. 24. 10, non fecit cerata, malagmata, emplaſtra.
Expeditum malagma. Celſus lib 5. cap. 14.
MALASSO] Vide MALACVS.
MALEDICO, MALEFACIO, MALEVOLENTIA] Vide MALVS, Adiectiuum.
MALICORIVM] Putamen mali granati. Plin lib. 24. cap. 11. 6, Cuius aridis folijs, vt malicorio, coria perficiuntur. Idem lib. 23. cap. 6. 7, Vulgus coria maximè perficere illo nouit, ob id malicoriū appellat medici. De malo Punico.
MALIGNVS MALITIA] Vide MALVS, Adiectiuum.
MALLEVS] Plautus Menæch. 9. 46,
----quam tu nunc mihi nauem narras? Mallig neam,
Sæpo tritam, ſæpe fixam, ſæpe excuſſam malleo. Varr. de Re ruſt. lib. 1. cap. 22, Corbes, fiſcinæ tribula, mallei, & raſtelli.
¶ Malleolus. Col. lib. 3. cap 6, dicitur nouus palmes vitis, innatus prioris anni flagello: ſic dictus ab ipſius mallei ſimilitudine. Vel quòd (vt Plin. ait lib 17. cap. 21.) ſolebat capitulatus vtrinq; è duro ſurculus ſeri.
¶ Malleolus: *Genus ſagittæ, capitatæ* Veg. lib. 4 cap. 18, Quòd ſi opp dani exire non audeant, maiores balliſtas, malleolos, vel phalaricas cum incendio deſtinant.
¶ Malleolaris. Columella de Arboribus, cap. 3. 3, Virgam malleolarem non ampliùs quàm ſex gemmarum eſſe conuenit.
¶ Malleator. Mart. lib. 12. 55,
Illinc palludis malleator Hiſpanæ
Tritum nitenti fuiſſe verberat ſaxum.
¶ Malleatus. Vlpianus in l. liberorum appellatione. ff. de leg. tertio Sed peſcripti libri nondum malleati, vel ornati continebuntur. Colum. lib. 12. cap. 19. 3. Iſq; qui præerit huic decoquendo, cola iuncea vel ſpartea, ex crudo, id eſt, non malleato ſparto, præparata habeat.
MALO] Quint. lib 1, Qui Græcam figura ſequi malet.
Mauellem, Mauolo, Mauelim. Plaut. in Amph. 6 14, Experiri iſtuc mauellem me, quàm mihi memorarier. Idem Aſin. 15. 8, Amari mauolo, mi gnate, me abs te. Et Aulul. 25. 3, Mortuum ego me mauelim letho malo,

MALOBATHRVM] Arbor. Plinius lib. 13. cap. 26. 2. Horat. 2. Carm ode 7. 2,

----coronatus nitentes
Malobathro Syrio capillos.

MALTHA] Plin. lib. 36. cap. 24. 1, Maltha è calce fit recenti: gleba vino reſtinguitur: mox tunditur cum adipe ſuillo & fico, duplici linamento: quæ res omnium tenaciſſima, & duritiam lapidis antecedens. Quod malthatur, oleo perfricatur antè. Idem libro 2. cap. 104, In Comagenes vrbe Samoſata ſtagnum eſt, emittens limum (maltham vocant) flagrantem.

MALVA] Herba, que antiquis in delicijs acetariorum erat. Plin. lib. 20 cap 21. Martialis:

Vtere lactucis, & mollibus vtere maluis.

Læues maluæ Horat. 1. Carm ode 31, 4.
Salubres graui corpori. Horat. Epod. 2, 12.
Virides. Ouid. 4. Faſt. 140.
¶ Maluaceus Plin. lib. 2, 1. cap 4, Alia funditur è caule maluaceo.

MALVM TERRAE] herba. Plin. lib. 25. cap. 8, 15.

MALVS] Arbor

Malum: *Mali fructus*. Virg. 3 eclog. 13,

Malo me Galathea petit laſciua puella.

Fœlicis mali aurea imago. Ouid. epiſt. 19, 47.
Aurea mala. Virg 3. eclog. 14.
Cana mala tenera lanugine. Virg. 2. eclog 11.
Roſcida. Virg 8 eclog 8.
Redolentia in patulis caniſtris. Ouid. 8. Metam. 136.
Citreum malum. Martial lib. 13, 37.
Punicum. Colum. lib. cap. 10, 10.
Granatum Plin lib. 26. cap 8, 7.
Orbiculatum. Plin. lib. 15 cap. 14, 4.
Perſicum. Plin. lib. 15. cap. 14. 27. Colum. lib. 5. cap. 10, 13. Varro de Re ruſt lib. 1. cap 59, 1.
¶ Malinus. Colum. lib 7. cap. 8. 6, Eſt etiam non ingrati ſaporis muria perduratus, atque ita malini ligni vel culmi fumo coloratus. De caſeo.

MALVS] Arbor nauis. Lucret. lib. 2. 112, Antennas, proram, malos, conſaſq; natantes. Plautus Trinummo, 12. 18, Fregere malum, ruere antennas, ſcindere vela.

Velifer malus. Valer. 1. Argon. 26 Lucan. lib. 1, 99.
Saucius celeri Africo. Horat. 1. Carm. ode 14, 1.
Rigido pendentia lintea malo Ouid. epiſt. 5, 11.
Erigere malum. Virg. 5. Aeneid. 98.

MALVS] Adiectiuum..

Homo minimè malus Cæſellius. Gel. lib. 3. cap. 16.
Fortuna malorum leuior. Ouid. 4. Triſt. eleg. 1, 15.
Pœnas exercere malorum. Virg. 6. Aeneid. 109.
Mala ætas. Plaut. Aulul. 4. 4,

Atque vt te dignam, mala, malam ætatem exigas.

Ager malus. Virg. 2. Georg. 49.
Ambitio mala. Horat. 2. Serm. Satyr. 3, 16.
Carmina mala condere Horat. 2. Serm Satyr. 1, 17.
Conſuetudo mala. Horat. 1. Serm. Satyr. 3, 8.
Contagia mala. Virg. 1. eclog. 10.
Dapes malæ. Horat. Epod. 3, 2.
Error malus. Virg 8 eclog. 8.
Facinus malum. Plaut. Pſeud. 11, 56.
Fama mala. Terent. Phorm. 1 3. 17.
Formâ malâ mulier. Plaut. Mercat. 7, 72.
Gaudia mala. Virg. 6. Aeneid. 56.
Homo malus. Plaut. Menæch. 14, 66.
Lingua mala. Virg. 7. eclog. 6.
Manus. Plaut. Amphit. 7, 47.
Merx. Plaut. Perſa. 6, 59.
Opera mala. Plaut. Aſin. 12, 144.
Pondus malum. Plaut. Amphit. 4, 158.
Pudor malus Horat. 1. epiſt. 17, 5.
Puella mala. Propert lib 4. eleg. 4, 4.
Scabies mala Horat. de Arte, 92.
Tempora mala. Mart. lib 12. 7,

Temporibuſq; malis auſus es eſſe bonus.

Verba mala Plaut. Trinum. 4, 14.
¶ Malum: *Damnum, incommodum.* Malum præſentiarum. Plaut. Pœnul. 11, 48.
Aſſuetumq; malo Ligurem. Virg. 2. Georg 34.
Damnum aut malum dare. Terent. And. 1. 1. 116.
Intolerabilibus malis comes angor Lucret. lib. 6, 233.
Feſſus malis. Ouid. 9. Metam. 59.
Cauſa & cibus mali. Ouid 1. de Remed Amor. 28.
Cauſa, crimen, caputq; malorum. Virg. 12. Aeneid. 120.
Copia magna mali Lucret. lib 6, 167.
Euitatio liberatio, imminutio, conuerſio malorum Quint. lib 5. cap. 10, 24.
Domitor malorum ſomnus. Seneca Herc. fur. 12, 3.
Irritamenta malorum opes. Ouid. 1. Metam. 29.
Labes mali. Virg. 2. Aeneid. 20.
Moles. Lucret. lib. 3, 215.
Præſaga mali mens. Virg. 10. Aeneid 169.
Requies nulla. Lucret. lib. 6. 237.
Solamen. Virg. 3. Aeneid. 133.
Terminus malorum. Lucret. lib. 3, 207.
Timor. Quint. libro 5, cap 8, 27.
Deforme malum. Ouid. 3. de Arte, 75.
Dura mala Horat. 2. Carm ode 13, 6.
Exitiale malum ambitus. Silius lib. 8, 51.
Fatale. Ouid 5. Triſt eleg. 1, 12.
Fœnebre. Tacit. lib. 5.
Funeſtum. Ouid. 1. Triſt. eleg 6, 6.
Gliſcens. Silius lib 7, 71.
Furiale. Seneca Thyeſte. 19.
Grande. Horat 2. Serm. Satyr. 1, 10.
Grauius. Horat 1. Serm. Satyr. 2, 12.
Immedicabile malum, cancer. Ouid. 2. Metam. 168.
Iucundum Ouidius 2. de Remed amor. 28.
Mortale. Ouid. 7. Metam. 106.
Perpetuum. Ouid. 2. Amor. eleg. 5, 1.
Prædulce malum, luxuries. Claud. 2. Paneg 27.
Publica mala. Tacit lib 14.
Accipere mala ex ſcholis. Quint. lib 1. cap. 2, 7.
Afferre mala in ſcholas. Quint. libro 1, cap. 2, 7.
Affligi malo. Quint. in Prooem lib. 6, 5.
Denſorum turba malorum circumſtat me. Ouid. 5. Triſt. eleg 7, 9.
Eripere aliquem malis. Virg. 6. Aeneid. 73.
Euadere malum in perpetuum Celſus lib. 4. cap. vlt.
Eſſe in malis. Celſus lib. 3. cap. 15.
Euellere malum radicitus. Lucret lib. 3, 63.
Maximum exortum eſt malum. Seneca Octau. 7, 11.
Veterum malorum ſupplicia expendunt. Virgilius 6. Aeneidos, 148.
Graueſcentibus in dies publicis malis. Tacit. lib. 14.
Incaluit vis illa mali. Ouid. 9. Metam. 33.
Inſultare malis, rebuſq; agreſcere lætis Stat. 2. Theb. 4.
Inuigilare malis. Ouid. 4 Faſt. 106.
Lenire malum. Celſus lib. 6. cap. 6, de Euelpidis collyrio.
Leuare malum in arte Apollinea. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3, 2.
Obliuiſci malorum. Horat. Epod. 2, 8.
Ingentibus malis obſtare. Seneca Theb. 1, 39.
Onerare aliquem malis. Virg 4. Aen. 110.
Finem malorum orare. Ouid. 1. Metam. 148.
Parere malum alicui. Tibul. lib. 4. eleg. 12, 4.
Premi malis Quint. lib. 7. cap. 3, 10.
Relegare mala omnia ad crimen fortunæ. Quint. in Prooem. lib. 6, 12.
Reſiſtere malo. Ouid 1. Metam. 59.
Sanant vina malum, Propert. lib. 3. eleg. 17, 2.
Satiare malis Stat 2 Sylu. 2, 3.
Aliquid mali ſubeſt Celſus lib. 1. cap. 26.
Tentari malo. Celſus lib. 5. cap. 28.
Tranſire multa malorum. Lucret. lib. 5, 46.
Vetere malo. Tacit lib. 1.
Vitare malum. Lucret. lib. 5, 169.
¶ Malùm: *Interiectio iraſcentis*. Terent. Eunuch. 4. 7. 10,

Vbi alij? s. qui, malùm, alij? ſolus Samnio ſeruat domũ: Plaut. Epid.
Quæ, malùm, hęc imprudẽtia eſt? Terent. Phorm. 4. 5. 11,
Quid tua, malùm, id refert? Terent. Phorm. 5. 8. 55,
Quid vos, malùm ergo me ſic ludificamini? Plin. lib 7. cap. 55. 1, Quę, malùm, iſta demẽtia eſt, iterari vitã morte?

¶ Malè. Malè animo eſt. Terent. Adelph. 4. 5. 21.
Malè concordes. Lucan. lib. 1, 18.
Malè fidus. Ouid. 1. Triſt. eleg 5, 3.
Malè fida carmina. Ouid. in Ibin, 17.
Statio malè fida carinis. Virg. 2. Aen. 5.
Malè gratus. Ouid 2. Amor. eleg. 18, 5.
Malè moratus. Plaut Sticho. 1. 52.
Malè oculatus Suet. de claris Rhetor. 4.
Malè pinguis arena. Virg. 1. Georg. 21.
Malè ſani poetæ. Horat. 1 epiſt. 20, 1.
Malè ſana cicatrix. Ouid. 2. de Remed. amor. 46.
Malè ſalſus. Horat. 1. Serm. Satyr. 9, 13.
Malè ſarta gratia Horat. 1. epiſt 3, 7.
Malè ſedulus. Ouid. 3. de Arte, 139.
Malè ſobrius. Ouid 6. Faſt. 157.
Malè animatus erga principem. Sueton. in Vitel. cap. 7.
Malè audire: *Infamari*. Terent. Phorm. 2. 3. 11, Si herum inſimulabis auaritiæ, malè audies.
Malè cadere. Cæſar in Comment.
Malè conciliatus. Terent. Eunuch. 4. 4. 2,

Fugitiue prodi, malè conciliate. Plaut. Pſeud. 4. 1,

Malè conductus. Plaut. Amphit. 4, 134.

Hæc nox ſita eſt, exercendo ſcorto conducto malè.

Exite

Exite hinc,agite,ite ignaui,malè habiti & malè cōciliati.
Ma[illegible] conditum ius.Horat.2. Serm Satyr.8,14.
Malè con[illegible]dere in aliquem.Terens.Heaut.3.1.28.
Male cre[illegible]ere.Plaut.Pœn.14,67.Idem Curcul.15,1.
Male [illegible]tendere aliquem.Virg 1.Georg.90.
Male deſcribere.Terent.in prologo Eunuchi,7,
Q[illegible]i bene vertendo, & eas deſcribendo malè,ex
Græcis bonis, Latinas fecit non bonas.
Male dicere. Terent. Andr.4.5.13,
Male dicis. D.vnde eſt:dic clarè.
Malè docere. Terent. Heaut 4.1.40,
Male docet te mea facilitas multa.
Male fauere alicui.Ouid.epiſt.2,21.
Malè feriati. Horat.4. Carm.ode 6,3.
Malè formidare. Plaut. Amphit.4,150.
Male geſta res Horat.2.Serm Satyr.3,8.
Male habet me hæc res. Terent. Andr.2.6.5,
Præter ſpem euenit;ſentio:hoc malè habet virum. Idem Hecyra,4.2.30,
Nam hæc res non minùs me malè habet,quàm te,gnate mi. Idem Eunuch 4.2.6,
---malè verò me habens,
Vbi ad ipſum veni diuerticulum, conſtiti.
Malè loqui alicui Plaut.Capt.11,34.Terent.Phorm.2.3.25.
Pergin' hero abſenti malè loqui, impuriſſime?
Male maceror. Plaut Ciſtel.2,50.
Malè mereri de aliquo. Plautus Aſin.4.3,
Bene merenti mala es,malè merenti bona es?
Malè metuo eum. Plaut.Pſeud.12,18.Idem Curcul.15.6,
Peſſumè metui, ne mihi hodie apud Prætorem ſolueret. Terent Hecyra,3.2.2,
Malè metuò,ne Philumenę magis morbus aggraueſcat.
Malè nat[illegible] verſus Horat.2 epiſt.1,47.
Malè nupta.Plaut. Caſina.4.5.
Malè precari alicui. Plaut. Merc.5,11.
Malè promeritus. Plaut.Trinum.17,48.
Malè quæſitæ opes.Ouid.3.Amor.eleg 7,13.
Malè ſeruare fidem Plaut.Trinum.14,39.
Malè ſuadere Plaut. Curcul.10,22.
At vobis malè ſit,malæ tenebrę.Catul.de paſſere,epigr.3,3.
Malè eſſe alicui. Catul ad Cornificium, epigram,36.1,
Malè eſt, Cornifici,tuo Catullo;
Malè eſt,m[illegible] hercule,& laborioſè.
Malè timeo. Terent. Heaut.4.1.56,
----Vt præter ſpem euenit, quàm timui malè.
Malè timere alicui. Terent.Heaut.3.2.10.
Male vertat.Terent. Adelp.2.1.36,
Minis viginti tu illam emiſti: quæ res tibi vertat malè.
Malè viuere.Plaut Rud.6 2. Idem Trinum.13.1,2,
Ego abeo! malè viue,& vale.
¶ Maledico. Terent. Eunuch.4.7.19,
Caue ſis; neſcis cui maledicas nunc viro. Quint. lib.2. capite 11.
Liberiùs maledicere.Horat.2.Serm.Satyr.8,8.
Verbo maledicere alicui Plautus Aſin.13.56,
Nec vlli verbo maledi[illegible]at.
¶ Maledicus. Plaut.Merc.4.31,
At ego pol maledicentiorem, quàm te,noui neminem,
Maledicus in omnes. Quint.lib.4.cap.1.
¶ Maledicentia. Gel lib.3. cap.3, Ob aſſiduam maledicentiam, & probra in principes ciuitatis, de Græcorum poetarum more dicta,
¶ Maledictum. Refutatio maledictorum. Quintil.libro 4. cap.3. 10.
Vocis inſanæ maledicta. Propert.lib.3.eleg.8,1.
Commune maledictum.Senec.de Benefic.lib.3.cap.16.
Superuacua maledicta. Quint.lib.7.cap.3,28.
Vana Quint.libro 7 cap.3,28.
Addere maledicta culpæ. Ouid.5.Metam 134.
Congerere maledicta. Quint lib.7. cap.3,29.
¶ Malefacio. Terent. Adelph.2.1.10,
Neq; tu verbis vnquā ſolues, quod mihi re malefeceris;
¶ Malefactum.Inſignia malefacta.Lucret.lib 3,206
¶ Maleficus. Maleficum frondibus animal capra. Plin lib. 12.cap 17.2.Varr.3 de Re ruſt.cap.7.3, Animal maleficū.
Malefica vis. Plin.lib.31.cap.2,14.
Vita Tacit.lib.4.
¶ Maleficium. Vlpian in l.1.ff. ſi familia furtum feciſſe dicatur.Vtiliſſimum id edictum Prætor propoſuit,quo dominis proſpiceret aduersùs maleficia ſeruorum.
Temperare ab iniuria & maleficio Cæſar.
Exercitus tranſit ſine maleficio.Cæſar bel. Ciuil.
¶ Maleficentia. Plinius libro [illegible].cap.9.1. Cæſar belli Gall.lib. 1.Sibi eſſe in animo, iter facere per prouinciam ſine vlla maleficentia.
¶ Maleſuadus.Plaut.Moſtel.4.56.
Illa hanc corrumpit mulierem maleſueda vulgi lena.
Amor maleſuadus ſceptri. Stat.11.Thebaid.131.
Fames maleſuada.Virg.6 Aeneid 56.
¶ Maleuolens.Plaut. Viuo maleuolente genio natus.
¶ Malignus.difficilis inuidus Terent.Hecyra,1.2,84,
Maligna multò, & magis procax facta ilicò eſt. Plinius Homo malignus & inuidus.
Fama maligna alicui. Ouid 4.Triſt eleg 9 26.
Mente maligna facere aliquid. Catull. ad Mallium, epigram.63,6.
Incertum ac fragile nimirum eſt hoc naturæ munus, quicquid datur nobis:malignum vero & breue. Plinius lib.7. capite 50,2.
Oculi maligni. Virg.5.Aen.131.
Vulgus malignum. Hor.2.Carm.ode16,8.
¶ Malignus, *Parcus.* Quint. in laudandis diſcipulorum dictionibus,nec malignus,nec effuſus.
Maligni montes. Virg.2 Georg 36.
Maligna terra.Plin. epiſt.4.f.lib 2.
Aditus maligni.Virg. 1.Aeneid.105.
Maligna lux. Virgilius6.Aeneid.54.
¶ Malignitas, peruerſa & deprauata voluntas. Plautus Capt.8.5,
Nam hercle huic diei,ſi liceat,oculos effodiam lubens:
Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi. Plinius libro 25.cap.8.11, Notata eſt autem hæc animalis huius malignitas in alia herba malor. Liu. 2. ab Vrbe,179, Accenſaq; ea cupiditas eſt malignitate Patrum.
¶ Malignitas: *Parcitas.* Liu. Malignitas conferendi ex priuato.
¶ Malignè.Liu. 3. ab Vrbe, 267, Malignè Senatus in vnum diem ſupplicationes, COSS.nomine,decreuit.
Benefacta malignè detractare. Ouid.13. Metam.54.
Malignè diuiſus ager Liu.8.ab Vrbe,64.
Laudare aliquem malignè.Horat 2.epiſt.1,42.
Malignè virens. Plin.lib 34.cap.11,9.
¶ Malitia. Leuis Malitia.Seneca epiſt.47.
Mala. Plaut.Aulul.7 38.
Audere aliquid malitia. Quint lib.1.cap 8,30.
Malitia cæli:*Inclementia.* Plin Quod modò cæli,modò terræ,malitia facit. Varro: Id ſæpe accidit malitia ſoli.
¶ Peior. Peiore res loco non poteſt eſſe,quàm in quo nunc ſita eſt. Terent.Adelph.3.2.46,
---Scythico quid frigore peius? Ouid.1. de Ponto, elegia 4,8.
In peius ruere. Virg.1.Georg 40.
¶ Peiùs: Magis.
Spe peiùs. Horat.1.epiſt.6.8.
¶ Peſſimus.Plinius lib.11. cap.37.62, Eſt autem iecur nihil aliud, quàm purgamentum peſſimi ſanguinis.
Omnium peſſimus poeta.Catul.ad Marcum Tul. Cic.46.1.
Monimenta peſſima ſcelerum. Ouid. Amor.eleg.7,7.
Sors peſſima rerum.Ouid 14.Metam.98.
¶ Peſſimum: *Subſtantiuè:* Maximum malum. Var de Re ruſt. lib.1.cap.13,cum Metelli ac Luculli villis peſſimo publico ædificatis certánt. Liu. Decad. 1 lib.2, Neque ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum gloriæ Superbo exacto meruit, peſſimo publico id facturus fuerit.
¶ Peſſumùm. Plaut. Rud.10.62,
Nunc eam cum naui ſcilicet abijſſe peſſumùm in altum.
MAMILLANA] Fici genus, à mamillarum ſimilitudine ita dictum. Plin.lib.15.cap.18.
MAMMA] Iuuenal. Satyr.1,3,
---& nuda teneat venabula māma.Terent.Adel.5.9.18.
---& quidem tuo nepoti huius filio
Hodie primam mammam dedit hæc.
Exſerta mamma. Virg 1.Aen.100.
Preſſis manabunt flumina mammis. Virg.3.Georg 62.
Putres mammæ Horat Epod.8,2.
Mammas habent capræ Plin.lib.11.cap.40,1,
Balenæ vituliq; mammis nutriunt fœtus. Plinius libro 11 cap.40.
Vrſæ mammas quaternas gerunt.Plin lib.11.cap.40,3.
Emacreſcunt mammæ. Celſus lib.2.cap 9.
Deſcendit mamma:*cui opponitur.* Sterileſcit ac reſilit.Plinius lib 11 cap 49.2
Mammæ porci.Martial.lib 2,37.
¶ Mamma *pro Matre, vel nutrice.* Plaut Moſtel 5.5,
---ecquid tibi videor mammam
Adire? Cato:Qui cibum ac potionem,buas & papas docent:& patrem tatam, & matre mammā. Mart.li.1.05,
Mammas atque tatas habet Afra.
¶ Mamma: Parua illa extuberantia corticis, e qua proſiliūt & enaſcuntur rami Plin.lib. 7.cap.16.1.
¶ Mamilla. Iuuenal.Satyr.6.40.
Illa loqui recta facie, ſtrictiſq; mamillis.

Mam l'æ penſiles in capris. Varr lib.2.de Re ruſt.cap.3.2.
¶ Mãmula.Celſus lib.7. cap 26.2, Fœmina breuius vrinæ, ſimiliter & rectius iter habet: quod mammulæ ſimle inter imas oras ſuper naturale poſitum.
¶ Mammoſus. Martial lib 14. 149.
Mammoſas metuo:tenerę me trade puellæ.
Mammoſa pyra apud Plinium lib 15 cap.15.2,Pomponiana cognomine mammoſa, liceriana,ſeueriana,&c.
Mammoſus panus Plin.lib.18.cap.75.
Mammoſo e pano,paruis racemato paniculis & cacumine gemino.
Mammoſum thus.Plin.lib.12 cap 14.39.
¶ Mammeatus.Plautus Pœnul.
Cuius amicam mammeatam vidimus.
MANCEPS] quiſquis à populo aliquid emit conducitue. Paulus in l. qui fideiuſſor. ff. locati. Qui fideiuſſor exſiſtit apud mancipem pro colono publicorum prędiorum.
Manceps: *pro coemptore & propola*.Plin.lib.33. cap.4, aut aliquis præualens manceps annonam flagellet.
Manceps: *metaphoricũs vſus eſt*. Plinius epiſt.38,Sequuntur auditores actoribus ſimiles; conducti & redempti mancipes.
¶ Manceps: *qui dat aliquid mancipio*. Plautus.
Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alium quenquam.
¶ Mancipo: Quaſi manu capio. Plin. epiſt.138, Agrum ex meis actori publico mancipaui. Plaut Curcu.10.10.
Vſus quædam mancipat. Horat.2.epiſt.2,32.
¶ Mancipatus: Verbale.Plin.lib 9 cap 35,20 de vnione:Et hoc tamen æternæ prope poſſeſſionis eſt: ſequitur hæredem in mancipatum venit & prædium aliquod.
¶ Mancipium: vel Mancupiũm: Homo in bello captus, & ſeruituti ſubiectus. Plinius lib.28. cap.2,4.Mancipia fugitiua retinere.
Locuples mancipijs.Horat.1.epiſt.6,8.
Negotiatores mancipiorum. Quint lib.5 cap.12,13.
Amicũ mãcipium domino,& frugi.Hor.2.Serm. Satyr.7.1.
Fieri mancipium alicuius.Ouid.4 de Ponto,eleg.5,8.
Mancipio dare:ita dare, vt euectionem præſtaturos nos ſpondeamus & Mancipio accipere:eâ lege emere Plautus Curcul 10,8.
Memini & mancipio vbi dabo. CV. egóne ab lenone quicquam. Mancupio accipiam, quibus ſui nihil eſt,niſi vna lingua? Idem Perſa,15,59.
Mancupiò accipere. Plaut.Trinum.8.15.
Mancipio dare: *Tradere in ius proprietatis*. Seneca epiſt. 73, Fortuna nihil dat mancipio.Lucret.lib.3.197.
Vitaq; mancipio nulli datur,omnibus vſu.
¶ Mancipi ſiue Mancupi: *indeclinabile*.
Mancupi emptio. Plin lib. 33.cap.34. qua conſuetudine in ijs emptionibus. qui mancipi ſunt, etiam nunc libra interponitur.
Mancupi ædes poſcere. Plaut. Moſtel.15.42.
MANCVS] manu carens,Ouid.3.Faſt.166.
Officijs mancus Horat.2 epiſt.2,5.
Fortuna manca. Horat 2 Serm.Satyr.7,18.
MANDATVM] Vide MANDO,mandas.
MANDIBVLA] Vide MANDO,mandis.
MANDO] mandas, gerendum aliquid exſequendumque committo Plaut Perſa:
Iam hic credo,aderit, accerſi illum mandaui. Terent. Adelph.3.3.18,
Huic mandes,ſi quid rectè curatum velis.
Ex fama mandare. Tacit lib 4.
¶ Mandare: Mittere.
Extremas preces P Quirino, propinquo ſuo, ad principem mandat. Tacit lib.2.
Aeternitati mandare. Plin.in Paneg.126.
Semina arenæ. Ouid epiſt 5,21.
Fidei alicuius pecuniam Plaut.Trinum.4,67.
Committere & mandare alicui bona ſua.Teren.And.1,5.62.
Carmina folijs. Virg.6.Aen.15.
Se fugæ.Cæſ.5 bel.Gal.70.
Humo Virg.9.Aeneid.43.
Memoriæ mandatum eſt Gellius.
Ordea mandàuimus ſulcis Virg.5.eclog.7.
Terræ ſemina mandare. Col.lib.1,cap.7,6.
Cauſam alicui Ouid 13.Metam.40.
Curam. Plinius epiſt.3.b.
Honores Liu.4.bel Pun.32.
Laqueum alicui. Iuuen.Satyr.10,6.
Lethum.Seneca Herc Oeth 10,25.
Officium. Plin epiſt.110 a, lib.6, Aliquanto magis me delectat mandatum mihi officium.
Opus miſerum mandat ſocijs Stat.9. Thebaid.34.
Salutem mandare. alicui. Ouid.4.de Ponto,eleg.6.3.
¶ Mandans. Ouid,epiſt.15.64.
Vtere mandantis ſimplicitate viri.
¶ Mandatus.Participium.
Arma mandata nepotibus. Silius lib.1,4.
Caſtra mandata proſequi.Stat.1. Sylu.2,25.
¶ Mandatum: *Subſtant*. Sall. C. Manlius ex ſuo numero legatos ad Martium regem mittit, cum mãdatis eiuſmodi.
Mandata accipere ad aliquem. Quint.libro 3,cap.10.
Addere. Plin.lib 8. cap.40,8.
Dare.Ouid epiſt 13,2.
Excipere. Tacit. in vita Agricolæ.
Exſequi.Ouid.14.Metam.121.
Facere. Quint.lib.4.cap.4.
Fallere.Ouid.9.Metam.140.
Ferre mandata per auras. Virg 4.Aeneid.54.
Fungi mandatis.Tacitus libro 13.
Gerere mandata. Stat.5.Sylu.2,12.
Suprema mandata loqui. Seneca Medea,7.25.
Male loqui mandata. Horat.3.de Arte,22.
Negligere mandata alicuius.Ouid.epiſt.15,61.
Peragere. Ouid.7.Metam.102.
Perferre ad aliquem, Ouid.2.de Ponto,eleg 2,25.
Referte mandata mea regi. Virg.7.Aeneid.54.
Cauſam mandati mei ſuſcipe legatus,Ouid.2.de Ponto,eleg 2,9.
Tenere mandata conſtanti mente. Catul.Argon.59,42.
Tenere mandatum memori mente Lucret.lib.2,118.
¶ Mandatus: Verbale. Mandati Paulus Mandatu meo in diem fideiuſſoris. Caius: Si mandatu meo Titio credideris Iulianus: Mandatu creditorum.
¶ Mandator. Sueton.in Veſp. Inter aduerſa temporum, & delatores,mandatoresq; erant.
Mandator cędis Paulus in l & ſi certus.ff ad ſenatuſ Syllanianum Etſi certus ſit percuſſor;tamen habenda eſt quæſtio: vt cædis mandator inueniatur.
Delationis. Calliſtratus in l ex quibúſdam §. diuus Pius ff. de iure fiſci. Diuus Pius Cælio Maximo reſcripſit:conſtitutionem patris ſui qua compelleretur delator edere mãdatorem, ac niſi edidiſſet, vt in vincula deduceretur, eò pertinere,non vt delator pœna ſubduceretur, ſi mandatorem haberet: ſed vt mandator quodq; perinde atque ſi ipſe detuliſſet,puniretur.
Mandatores, ſimiles ſunt fideiuſſoribus: niſi quòd præcedunt rei principalis obligationem. Modeſtinus. ff de fideiuſ & mandator.l ſi fideiuſſores. Idem reſpondit, Si in ſolidum condemnatus eſt vnus ex mandatoribus, quum iudicati conueniri cœperit, poſſe eum deſiderare: vt aduersùs eos, qui idem mandauerunt, actiones ſibi mandentur.
MANDO] mandis Martial.lib.13,65.de perdice:
Ponitur auſonijs auis hæc rariſſima menſis,
Hanc in lautorum mandere ſæpe ſoles.
Artus ſuos mandere Seneca Thyeſte,8.32.
Ferrum mandere admorſu. Silius lib.16,72.
Stat Sonipes, ac fræna ferox ſpumantia mandit. Virgil.4. Aeneid.17.
Vulnera mandere ſæuo dente. Ouid.13.Metam.19.
¶ Mandi: *Paſſiuum*.
Morſu leonis mandi. Lucret.lib.4.205.
Cibum mandendo exprimimus Lucret.lib.4,125.
¶ Manſito: *Frequentatiuum*. Plaut.in Amphit.
----mutatos Atticos in Arcadia homines,
Et fæuas belluas manſitaſſe.
¶ Mando: Edax. Lucilius: atque omnes mandonum gulæ. Varr.Bimargo: Magna vt tremiſcat Roma,& magnę mandonum gulæ.
¶ Manduco Suet. in Auguſt. Cæſar cap.76, Qui in balneo demum, poſt horam primam noctis, duas bucceas manducaui priùs, quàm vngi inciperem.
¶ Manducor: *Deponens* Lucil.lib.14. Illud quid faciat, quod manducamur in ore.
¶ Manducus: Edax. Pomponius Pictoribus: Magnus Camillus manducus canterius. Plaut Rud.13,51.
Quid ſi aliquò ad ludos me pro manduco locem?
¶ Manducum: Obſonium. Varro de ling. Lat. lib 6, Vnde manducari, à quo in Atellanis obſonium vocant manducum.
¶ Manſus: Participium. Quint.libro 10,cap.1,Cibos manſos ac propè liquefactos demittimus.
¶ Mandibula, In qua ſiti ſunt dentes. Macrob.lib 7. Satur. cap.4, Deorſum trahit cibaria confecta mandibulis. Idem in Somnium Scip lib.1. cap.6, Poſt ſeptem verò menſes, dentes incipiunt mandibulis emergere.
MANDRA] Spelunca, cubile. Iuuenal. Satyr.3.23.
--- & ſtantis conuitia mandræ Eripiunt ſomnum Druſo.
Martial lib.5 23.
Vixq; datur longas mulorum vincere mandras.

MANDVCO.] Vide MANDO, mandis.
MANE.] Diei pars prima. Terent. Heaut. 1. 1. 15,
Nunquam tam manè egredior, neq; tam veſperi
Domum reuertar, quin te in fundo conſpicer.
Manè, magis & minùs eſſe non poteſt: ante & poſt, poteſt. Varro, lib. 8. de ling. Lat.
Manè vigilare. Horat 2, epiſt. 1, 21.
Manè piger ſtertis. Perſ. Satyr. 5, 14.
Manè totum dormire. Martial. lib. 1, 46.
Mane diei. Hirtius de bello Afric. lib. 5.
Clarum manè. Perſius Satyr. 3 1,
—iam clarum manè feneſtras
Intrat, & anguſtas extendit lumine rimas.
Obſcurum. Colum lib. 7, cap. 12, 3.
Vel poſt nonam; vel poſtero manè. Colum. lib. 9, cap. 15, 9.
MANEO.] Virgil. lib. 10. Aeneid. 155,
—manet imperterritus ille
Hoſtem magnanimum opperiens. Terent. Eunuch. 3. 5. 31,
In interiore parte vt maneam ſolus cum ſola; adnuo.
Diem vnum manere. Propert. lib. 2, eleg. 10, 4.
Domi. Catull. ad Ipſitillam, epigr. 30, 2.
Ad exercitum. Liu 2. ab Vrbe, 123.
Ad Vrbem. Liu. 10. bell. Pun. 121.
Manere apud. Terent. Eunuch 3. 3. 28,
—at apud nos hîc mane, Dum redeat ipſa.
Mane, mane. Terent. Phorm. 1. 4. 40,
Ah quid agis? quò abis Antipho? mane, Mane inquam.
Mane: Gaudentis aliquando. Terent. Adelph 2. 3. 11,
Sed quidnam foris crepuit? s. mane: ipſa exit foras. Idem Heaut 3. 3. 52,
Mane, mane: quid eſt, quòd tam à nobis grauiter crepuère fores?
¶ Manere: *Exſpectare*. Plaut Stich. 3. 1, (cium ſuum.
Qui manet vt moneatur ſemper ſeruus homo offi-
Manere aliquem. Plaut. Menæch. 2. 2. 46,
Hîc me mane. Terent. Phorm. 3. 1. 16,
Manſurus patruum pater eſt, dum huc adueniat.
Manet te bonum. Plaut Moſtel. 2. 47, Virg. 12, Aen. 13,
Qui te cunq; manent iſto certamine caſus.
Maneat noſtros ea cura nepotes. Virg. 3, Aen. 101.
Gloria te manet. Virg 1, Georg. 34.
Nox vna manet omnes. Horat. 1, Carm. ode 28, 3.
Manet periculum. Liu. 4. bell. Pun. 104.
Pœna te manet Tibull. lib. 1, eleg. 8, 16.
Manet tibi. Virg. 9, Aeneid 61,
Hæc eadem, matriq; tuæ, generiq; manebunt.
Non manebat ætas virginis meam negligentiam. Terentius Phorm. 4, 1, 4.
Manente tamen in ſpeciem amicitia. Tacit. lib. 20.
Immota manet arbor. Virg. 2, Georg. 59.
Amor manſit, nec ſolutum eſt coniugale fœdus. Ouid. 11, Metam. 149.
Manſit Syluijs poſtea omnibus cognomen, qui Albę regnauerunt. Liu. 1. ab Vrbe, 12.
Fama manet. Plin. epiſt 180.
Fortuna manet ſtabili fundamento. Lucret. lib. 5, 226.
In curſu ſuo manet fortuna. Ouid. epiſt. 21, 12.
Intra fortunam ſuam manere. Ouid. 3, Triſt. eleg 4, 6.
Manſit vnicus gnatus domi. Terent. Heaut. 3, 2, 29.
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt. Virgil. 5, eclog 6.
Manent ij, qui bonis tuis perfruantur. Plin. in Paneg. 61.
Induciæ manent. Cæſar 3. bell. Ciuil. 65.
In numero manere. Quint. lib. 1, cap. 4 8. Kappa apud Græcos, nunc tantùm in numero manet.
In fide & in officio. Liu 8. bel. Pun. 123.
Pax manſit. Liu. 1. ab Vrbe, 114.
Promiſſis manere. Virg. 2, Aeneid. 32,
Tu modò promiſſis maneas, ſeruataq; ſerues.
Troia fidem.
In propoſito. Sueton. de claris Grammat. 24, Nihilominùs in propoſito manſit.
In ſtatione. Lucret. lib. 4, 78.
Eodem ſtatu Liu. 1. bell. Maced. 112.
Verba maneant in animo. Senec. Medea, 7. 25.
Vita manet. Virg. 3, Aeneid 145.
¶ Manedum: *Cohibendi particula*. Plaut. Aſin. 16. 27,
Nihil ecaſtor eſt, quod facere mauelim. PA. Manedum.
¶ Manſum: *Supinum* Terent. Heauton. 1. 2,
Quid tu tecum? CH. Dicam: vtut erat, manſum tamen oportuit.
¶ Manſurus. Amor manſurus. Ouid. 2. de Arte, 49.
Carmen manſurum. Stat. 4. Syl. 2, 1.
Decus manſurum per ſecula. Sil lib. 17, 127.
Fama manſura in ſecula. Lucan. lib. 8, 15.
Monimenta manſura per æuum. Ouid. 5, Metam. 46.



Opus manſurum poſt mea fata. Ouid. 3. Amor. eleg. 14, 4.
Vrbs manſura. Virg 3, Aen. 18.
¶ Manendus. Lucret lib. 3,
Temporis æterni quoniam non vnius horæ
Ambigitur ſtatus, in quo ſit mortalibus omnis
Aetas poſt mentem, quæ reſtat cunq; manenda.
¶ Manſio. Terent. Phorm. 5. 9. 23,
Hæccine erant itiones crebræ, & manſiones diutinæ?
¶ Manſio: *Hoſpitium*. Suet. in Tit. Veſp. cap. 10 Deinde ad primam ſtatim manſionem febrim nactus, quum inde lectica transferretur.
Manſio: *iter eſt vnius diei*. Plin. lib. 12, cap 14, diuiditur in mãſiones camelorum ſexag. naduas.
¶ Manſito: Frequentatiuum. Tacit. lib. 13, Quippe manſitaſſe vnà conuincebatur. Idem lib. 14.
MANES.] Apuleius de dæmonio Socratis: Manes, animæ dicuntur melioris meriti, quæ in corpore noſtro Genij dicuntur. Virg. 6, Aeneid 149, Quiſque ſuos patimur manes.
Di manes Horatius Epod. 5, 20.
Diui. Lucret lib. 6, 153.
Imi. Virg. 4, Aeneid. 78.
Profundi. Virg. 1, Georg. 49.
Semidei. Lucan. lib. 9, 2.
Sacrati Sil. lib. 15, 88.
Sepulti. Virg 4, Aeneid. 7.
Stygij. Ouid. 13, Metam. 94 Ibidem, 5, 24.
Elicere manes ex foſſis. Horat. 1 Serm. Satyr. 8, 6.
Nocturnos ciere. Virg. 4, Aen. 98.
Charos vrna confundite manes. Stat. 3, Theb. 34.
Lædere manes alicuius. Tibull. lib. 1, eleg. 1, 14.
MANGO] magiſter formæ puerorum; & mentiendi coloris artem probè callens. Quintilianus libro 2, capite 15, 17. Martialis:
Millia pro puero centum me mango popoſcit. Suet. in Domitiano, ca. 7, Spadonum, qui reſidui apud mangones erant, precia moderatus eſt.
¶ Mangones: *qui merces poliunt atq; interpolant, vt pluris vendant*. Plin. lib. 37, cap. 13. 2, Decuſſi fragmenti paulum, quod in lamina ferrea teratur, efficaciſſimum experimento excuſant mangones gemmarum. Idem lib. 7, cap 12, 6.
¶ Mangonizo: Orno. Plin. lib 32, cap. 10. 20, Ita pueros mangonizauit Salpe obſtetrix. Idem lib 23, cap. 1, 14.
¶ Mangonizatus. Plinius lib. 9, cap. 54. 1, Vt qui primus penſiles inuenit balineas, ita mangonizatas villas ſubinde mandendo.
¶ Mangonicus. Plin. lib. 21, cap. 26. 1. Suetonius: Neceſſariosq; ad mangonicos quæſtus ſuſtinendæ dignitatis cauſa deſcendit.
¶ Mangonium. Plinius libro 10, capite 50. 2, Dedère & Parthi cocis ſuos mores: nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet.
MANICA.] Veſtis pars, qua manus tegũtur Virg. 9, Aen. 124,
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.
Manicæ: *Manuum vincula* Virg 2, Aen. 30.
—manicas, atq; arcta leuari. Vincla iubet Priamus.
Truces manicæ. Valer. 2, Argon 93.
Occupare aliquem manicis. Virg 4, Georg. 88.
In manicis & cõpedibus tenere aliquẽ. Horat. 1, epiſt. 17, 16.
¶ Manicæ: *Thecæ ferreæ, quibus brachia & manus contra hoſtium iniurias muniuntur* Iuuen. Satyr. 6, 26,
Baltheus, & manicæ, criſtæ, crurisq; ſiniſtri
Dimidium tegmen.
Manicæ: *Quibus aduerſum vim frigoris manus muniuntur*. Plin. iun. ad Macrum, lib. 3, epiſt. 5, Cuius manus hyeme manicis muniebantur.
¶ Manicatus. Colum. lib. 11, cap. 1. 18, Quæ vtraq; prohibentur optimè pellibus manicatis, & ſagatis cucullis.
MANICVLA.] Tranſuerſa eſt regula, in ſtiua aratri. Varr. de ling Lat lib. 4.
MANIFESTVS.] Amator manifeſtus. Ouid. 1. Amor. eleg. 4, 8.
Manifeſta cædes. Liu. 1. ab Vrbe, 28.
Cauſa. Propert. lib. 3, eleg. 13, 1.
Culpa. Ouid 2. Amor. eleg. 2, 11.
Deus manifeſtior Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1, 13.
Fides manifeſta Virg 2, Aen. 62.
Ira manifeſta numinis. Ouid. 6, Metam. 63.
Libido manifeſta. Ouid. 9, Metam. 97.
Pietas. Ouid 2. de Arte, 65.
Signa manifeſta dare. Ouid. 5, Metam. 94.
Veſtigia manifeſta rotæ Ouid. 2, Metam. 27.
Manifeſtum facere. Plin. epiſt. 318.
Manifeſtum habere. Salluſt in Catil.
Negare manifeſta. Ouid. epiſt. 4, 23.
Manifeſta res eſt Plaut. Moſtel. 8, 7.
Manifeſtus mendacij aut ſceleris. Plaut. Truc. 4. 29, Salluſt. in Iugurth.

in Iugurth. Tacit.li.4, Tamen offenſionis,aut metus manifeſtus foret.
Manifeſtus delicti.Tacit.lib.2.
¶ Manifeſtè.Apparere manifeſtiús.Virg.8,Aen.4.
¶ Manifeſtò.Manifeſtò verberari.Plaut.Aſin.11,23.
¶ Manifeſtarius.Manifeſtaria res eſt.Plaut.Mil.1,33.
Manifeſtarius fur Plaut.Aul.18,10.
Manifeſtarium al quem tenere. Plaut. Trinum 13,47.
MANIPVLVS] faſciculus, quem manu quis apprehendit metendo.Plinius libro 18, cap.28,4. Columel.lib 11,cap. 2,Bonus operarius prati iugerum deſecat, nec minus mille ducentos manipulos vnus obligat; qui ſint ſinguli quaternarum librarum.
Filicum manipli Virg.3,Georg.60.
¶ Manipulus:*Exigua militum manus,quæ vnum ſequitur ſignum.* Vnde Manipularis: Qui fert vexillum. Ouid.3,Faſt.24.

Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos:
Vnde Maniplaris nomina miles habet.

Vegetius lib. 2.ſcribit: Manipulum vocari contubernium decem tantummodò militum, ſub vno papilione degentium: ab eo dictum, quòd coniunctis manibus dimicarent. Terentius Eunuch.4.7 6,

Cedò alios: vbi centurio eſt Sanga,& manipulus furũ?

Cæſar 6. bell. Gall. 122. Si continere ad ſigna manipulos vellet.Ibidem,lib.2,32.
Armatos manipulos ad ſigna conuocat. Lucan.lib.1,61.
Proſtrati manipli.Sil lib.17,122.
Diſiectiq; duces,deſolatiq; manipli. Virg.11,Aen.174.
¶ Manipularis:ad manipulum pertinens. Plauſtus Moſtell. 4.153,

Conueniunt manipulares; eccos prædam participes petunt.

Idem Milit 11.3,

Eripiam ego hodie concubinam militi,ſi centuriati bene ſunt manipulares mei.

Cæſ.7.bell.Gal 102.
¶ Manipularius.Habitus manipularius. Sueton.in Caligula, cap 9.
¶ Manipulatim.Plautus Pſeud 4.48,

—manipulatim mihi
Munigeruli facite ante ædes iam hic adſint.

Liuius ab Vrb. lib. 8. 37, Et quod antea phalanges ſimiles Macedonicis, hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit eſſe.
MANIS.] Fuit rex Phrygiæ vetuſtiſſimus, bonitate & potẽtia perinſignis, cuius de nomine Phryges etiam nunc illuſtria admirandaq; omnia Manica nuncupant. A quibuſdam Maſdes vocatur.Author Cæl.lib.23, cap.6.
MANIVS] [illegible], Prænomen, dictum eſt ab eo quòd mane quis initio natus ſit:vt Lucius,qui luce. Feſtus.
MANIVS.] Martius, Aedilis plebis primum frumentum populo in modios aſſibus donauit,vt ſcribit. Plinius libro 18,capite 3.
MANLIANA.]pen.prod. ([illegible]) Vrbs Luſitaniæ Ptolemæo.Vulgò Mons maior.Manliana item,Tuſcorum vrbs, Ptolemæo authore Hodie Mallianum.
MANLIVS] [illegible], Mathematicus, apici auratam pilam addidit,cuius vertice vmbra colligeretur in ſemetipſam, alia atq; alia incrementa iaculantem apice, ratione, vt ferunt,à capite hominis intellecta. Plin.lib.36,cap.10.
Manlius item Capitolinus, ob defenſum Capitolium dictꝰ. De quo Plin.lib.7,cap.28.
T.Manlius Torquatus, cognomento Imperioſus,quòd ſæuiſſimi exempli author inſignem crudelitatis titulum occupaturus fuerit. Atq; inde imperia Manliana dicta. Vide Gellium lib.9, cap.13.
MANNVLVS.]Equus puſillus.Mart.lib.12.25,Nuſquam eſt mulio,mannuli tacebũt. Plin.ep 67.a, Habebat puer mannulos multos,& iunctos, & ſolutos. Horat. Epod.ode 4.3.
¶ Mannus.] Idem. Horatius 3, Carmin. ode 27, 2. Appiam mannis terit.
Detonſi manni.Propert.lib.4, eleg.8,3.
Impoſitus mannus. Horat.1,epiſt.7,16.
Currit agens mannos ad villam. Lucret.lib.3,216.
MANO] ſtillo.
Sudor ad imos manabat talos.Horat.1.Serm.Satyr.93,5.
Aqua manat de flumine. Ouid.2:de Remed.amor.45.
Guttæ ſanguineæ manant de vulnere. Ouid 2, Metam.72.
Ingenium meum manat paupere vena. Ouidius 2. de Ponto,eleg 5,5.
Mella caua manant ex ilice.Horat.Epod.16,10.
Lachrymæ manauere genis. Silius libro 7,143. Liu.4. bell. Macedon.186.
Sanguis manat palato. Ouid.3,Metam.17.
Manat ſudor corpore.Virg.3,Aen.35.
Vnda manat fontibus.Tibull.lib.3,eleg.5,1.
Manat cruore culter. Liu 1.ab Vrbe,258.
Manat picem hæc arbor. Plin lib.14,cap.20,1.
¶ Manare:*Diſpergi,percrebeſcere.*



Manat conſilium.Liu 7.ab Vrbe,187.
Rumor Liuius ab Vrbe, lib.2, 213.Manat tota vrbe rumor.
¶ Manans.Aqua manans de niue.Ouidius 1.de Ponto, eleg. 1, 14.
Lymphæ manantes.Horat.Epod.2,6.
Manantia vlcera:Plin pro ijs,quæ ſerpunt,accipit.lib.23,c.3.
¶ Manabilis. Lucretius libro 1,

Nec capere humorem, nec item manabile frigus.

MANSISTERNA] vrceus.Plaut Bacchid.Effer manſiſternam cum aqua foràs.
MANSIO] Vide MANEO.
MANSITO.]Vide MANDO,Mandis:& MANEO.
MANSTVTOR] Vide MANVS.
MANSVETVS.]Mitis.Terentius Andr.1,87.

Hæc ego putabam eſſe omnia humani ingenij,
Manſuetiq; animi officia.

Amor manſuetus.Propert.lib.1,eleg 9,3.
Ira manſuetior. Ouid.3,Triſt.eleg 6,5.
Littora manſueta. Propert.lib.1,eleg 16,6.
Manus manſuetæ. Ouid.4.de Ponto,eleg.5,6.
Pectus manſuetum Ouid.in Ibin,6.
Facere manſuetum.Plautus Aſinar.10,1.
¶ Manſuefacio. Plinius lib.11, cap 37.44, Quæ cauſa etiam manſuefacta, vbi ad vicinum ſanguinem peruenit ſaliua, inuitat ad rabiem.
Manſuefacere plebem. Liu.3.ab Vrbe,62.
Domitus & manſuefactus. Plin.lib.14,cap.9,1.
¶ Manſuefactum. Cæſar: Multaq; erant intra eum locum manſuefacta,quibus interim iumenta paſcerentur.
¶ Manſuefio.Cæſar 6.bell Gall.99,Sed aſſueſcere ad homines & manſuefieri, ne paruuli quidem excepti poſſunt.
¶ Manſues.Plautus Aſinar.

Reddam ego te ex fera fame manſuetem.

Accius Meleagro:Nunc me matrem manſues miſericordia capſit.
¶ Manſuetarius:Qui feras manſuefacit. Lampridius in Heliog. Habuit leones & leopardos,quos edoctos per manſuetarios, ſubitò ad ſecundam menſam iubebat accumbere. Firmicus lib.8, Septentrione oriente nati,erunt manſuetarij ferarum.
¶ Manſueſco: miteſco. Colum. lib.7, Non per hæc blandimenta triduo feræ manſueſcunt.
Corda neſcia manſueſcere precibus. Virg.4,Georg 94.
Feræ manſueuêre clauſo carcere.Lucan.lib.4,49.
Fructus manſueſcunt terrâ Lucret lib 5,275.
Tellus manſueſcit arando.Virg.2,Georg.48.
Pace ſubitâ manſueſcere. Stat.11,Theb.95.
¶ Manſueſcere:*pro Manſuefacere.* Varro lib.2.de Re ruſt cap. 1. Sic ex animalibus, quum propter eandem vtilitatem, quæ poſſent ſylueſtria, deprehenderent, ac concluderent, & manſueſcerent.
MANSVS.]Vide MANDO, mandis.
MANTELIA] de quibus Arnobius aduerſus gentes, lib.2, quædam ſunt mulierum ornamenta:quæ,quoniam in deſuetudinem abierunt,ideo ignorantur.
MANTELVM,vel MANTELE.] Genus penulæ. Plin. lib. 7, cap.2.3,Cutibusq; cum capillo, pro mantelibus vtuntur.
Mantelum mendacijs.Plaut. Capt.10,5.

Nec mendacijs ſubdolis mihi vſquã mantelũ eſt meis.

MANTEVM.]Locus oraculis dicatus Plin.lib.5,cap.19.2,ab Epheſo manteum aliud Colophoniorum.
MANTICA.]Perula viatoria.Horat.2.Serm.Satyr.6.22,

Mantica cui lumbos onere vlceret,atq; eques armos.

Non videmus manticæ, quod in tergo eſt. Catull. ad Varum,19.5.Perſius Satyr 4 1,

Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere,nemo;
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.

¶ Manticula. Feſtus: Mãticularum vſus pauperibus, in nummis recondendis, etiam noſtro ſeculo fuit.
¶ Manticularia,dicuntur ea,quæ in frequenti vſu habentur, & quaſi manu tractantur Feſtus.
¶ Manticulor.Eſt (authore Feſto) furandi gratia manticulas attrectare. Pacuuius: Ad manticulandum aſtu aggreditur. Plautus Capt.13.127, Nam hercle niſi manticulatus probè hæc fuiſti.
MANTILE.]Virg 4.Georg 76,

—tonſiſq; ferunt mantilia villis.

Ouid.4.Faſtor.

Dixerat,à dextrâ villis mantile ſolutis, &c.

MANTISSA] Additamentum. Lucil. Mantiſſa obſonium vincit.
MANTO.] Maneo Plautus Pſeud.5.50,

At dabit, parabit aliquid hos dies:manta modò.

Idem Pœnul.4.42,

—nos herus
Apud ædem Veneris mantat.

MANTVA.] Vrbs clariſſima. Vide MANTO. Poetarum clariſſimo illuſtriſſimoque principe Virgilio marone gloria-

gloriatur Mantua: cuius fœlix ingenium tam omnes efferre debent, quàm imitari nulli poſſunt.
Mantua Muſarum domus. Sil lib. 8, 118.
Diues auis Mantua. Virg. 10, Aen. 41.
¶ Mantuanus, pen. prod. Adiect. vnde Mantuanus Homerus, & Mantuanus Virgilius dictus eſt.
Fama Mantuana. Stat. 4. Sylu. 7, 6. (Vide MANVS.
MANVALIS, MANVARIVS, MANVBIAE, MANVBRIVM.]
MANVM] antiqui bonum dicebant. Varr. lib. 5. de ling. Lat.
MANVS.] Vulgi manus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4, 15.
Aegra. Ouid. epiſt. 20, 50.
Amica Ouid. epiſt. 10, 25.
Armiferæ manus Ouid. 1, Amor. eleg. 13, 3.
Artifices Ouid. 3, Amor. eleg. 2, 11.
Audaces ad omne facinus. Senec. Herc. furen. 4, 9.
Auidæ Horat. 4, Carm. ode 7, 4.
Candida manus Stat. 3. Sylu. 4. 12.
Carnifices manus. Sil. lib. 1, 35.
Nunquam caſſa manus. Stat. 9, Theb. 154.
Cauæ manus. Virg. 12. Aen. 17.
Certa manus Quint. lib. 4, cap. 5, 11.
Compreſſa in pugnum. Quint. lib. 2, cap. 20, 6.
Explicita Quint. lib. 2. cap. 20, 6.
Fatalis. Virg. 12. Aeneid. 47.
Ferox Senec. Herc. Oeth. 4, 28.
Fida. Ouid. 1. Triſt. eleg. 4, 13.
Fœmineæ manus. Ouid. epiſt. 8, 2.
Formoſa manus. Ouid. epiſt. 17, 4.
Ad vnum modum formatæ manus. Quint. lib. 2, cap. 13, 6.
Formidatæ. Ouid. 1, Amor. eleg. 7, 13.
Fulmineæ Statius 6, Theb. 150.
Furibunda manus Senec. Troad. 2, 6.
Horrida ferro Senec. Herc. Oeth. 13, 6.
Ignauæ manus Lucan. lib. 9, 6.
Impia manus. Horat. Epod. 3, 1.
Incerta. Quint. lib. 4. cap. 5, 11.
Incontinentes manus Horat. 1, Carm. ode 17, 6.
Indoctæ, ruſticanæ. Quint. lib. 1, cap. 11, 9.
Inermes Virg. 1, Aen. 99.
Iners manus. Ouid. de Arte, 142.
Ingens. Virgil. 5. Aeneid. 98.
Inualidæ manus Lucan. lib. 5, 55.
Languida facta manus in gremio iacet. Ouid. epiſt. 9, 28.
Lanifica Ouid. 1, Amor. eleg. 13, 5.
Magna Virg. 5. Aeneid. 49.
Medica. Virg. 12, Aeneid. 81.
Miniſtræ manus Lucret. lib. 4, 167.
Mollis manus. Ouid. 1, Amor. eleg. 4, 5.
Mollis & leuis. Quint. lib. 2, cap. 4, 9.
Nexæ manus ex ordine. Ouid. 8, Metam. 151.
Manus niuea. Catull. de Berecynthia, epigr. 58, 2.
Nuda. Iuuenalis Satyr. 15, 6.
Manus oculatæ. Plaut. Aſinar. 5, 55.
Parca manus Horat. 3. Carm. ode 16, 9.
Peſtifera. Ouid. 4. Metam. 99.
Pigra. Ouid. epiſt. 20, 32. (lib. 20, cap. 22, 4.
Manus plene menſurâ ſorbentur ad firmandas fauces. Plin.
Potentes. Horat. in Carmine ſecul. 11.
Præſtricta manus vinclis Senec. Troad. 6, 31.
Marmora deformata prima manu. Quint. lib. 5, cap. 11, 24.
Primæ & ſecundæ manus. Quint. lib. 5, cap. 13. Euntq; interim longiùs, vt gladiatorũ manus, quæ ſecundæ vocantur. Fiunt & tertiæ, ſi prima ad euocandum aduerſarij ictum prolata erit; & quartæ, ſi geminata captatio eſt: vt bis etiam cauere, bis repetere oportuerit.
Profana manus. Ouid. 2, Metam. 152.
Proteruæ manus. Ouid. 12, Metam. 47.
Puræ Horat. Epod. 17, 11.
Retortæ. Horat. 2, Epiſt. 1, 39.
Rigida manus Ouid. Epod. 14, Metam. 130.
Rotatæ manus. Stat. 6, Theb. 158.
Sacrilega manus. Horat. 2, Carm. ode 13, 1.
Siniſtra. Catull. in Aſinium, epigr. 12, 1.
Strictæ manus in fata alicuius. Ouid. 1, Amor. eleg. 6, 3.
Sublatæ ad cœlum Horat. 2. Serm. Satyr. 5, 20.
Summiſſæ. Ouid. epiſt. 16, 16.
Supplex manus. Ouid. 11. Metam. 56.
Tacita. Valer. 6, Argon. 53.
Torpens. Lucan. lib. 2, 16.
Tremulæ manus. Ouid. 10, Metam. 83.
Truculenta manus. Senec. Herc. fur. 4, 10.
Valida. Ouid. 3, Amor. eleg. 2, 15.
Varæ manus. Ouid. 8, Metam. 7.
Velatæ. Plaut. Amphitr. 4, 103.
Veſana manus. Ouid. 1, Amor. eleg. 7, 1.
Victrix mille laborum. Ouid. epiſt. 9, 15.

Virginea. Ouid. 1, Amor. eleg. 3, 5.
Vnca. Stat. 1, Thebaid. 86.
Abrumpere manibus. Ouid. 2, Metam. 72.
Aequis manibus abſcedere. Tacit. lib. 1.
Abſciſſa manus lacerto. Lucan. lib. 3, 123. (gricolæ.
Adducere rem ad mucrones & manus. Tacitus in vita A-
Adhibere manum. Quintil. lib. 7, cap. 1, 1.
Medicas adhibere manus ad vulnera, Virg. 3, Georg. 91.
Adhibere manus genibus. Ouid. 9, Metam. 44.
Infirmas adiuuat ira manus. Ouid. 1. Amor. eleg. 7, 14.
Admouere manum alicui. Catul. ad Aurelium, epigr. 16, 4.
Afferre manus: *Interficere.* Senec. de Benef. lib. 2, cap. 5.
Inaſſueta manu agere aliquid. Ouid. 1. de Arte, 60.
Amputat enſe manus. Lucan. lib. 6, 36.
Armare manus Virg. 9, Aeneid. 24.
Procacem armare manum Senec. Agamemn. 3, 21.
Manibus ſupinis arripere beneficium. Senec. de Benefic. lib. 1, capite 15.
Inter manus arripere aliquem. Plaut. Moſtel.
Manu alicuius cadere. Ouid. 5, Metam. 22.
Tremente manu tela capio. Ouid. epiſt. 14, 9.
Manu capere *ad eſt, bello.* Salluſt. Pop. Rom. quaſcunq; vrbes & agros manu ceperat, regi donat.
Pugnam manu capeſſit. Tacit. lib. 12.
Captans tactum manus. Ouid. epiſt. 20, 40.
Carpere pomum manu. Virg. 6, Aen. 30.
Vncis manibus carpendæ frondes. Virg. 2, Georg. 73.
Collidere manus. Quint. lib. 2, cap. 12, 6.
Commaculare ſanguine. Virg. 8, eclog. 10.
Facili manu componere aliquid. Ouid. 1. de Arte, 32.
Conferre manum. Virg. 9, Aen. 9.
Conferre manu certamina pugnæ. Lucret. lib. 4, 170.
Oppida manu congeſta Virg. 2, Georg. 32.
Conſerere manus cominus. Liu. 7. bel. Pun. 109.
Conſtrictas in ſe conſeruére manus. Ouid. epiſt. 12, 20.
Continere manum alicuius. Ouid. 1, Faſt. 101.
Vix continet manus ab ore miſero. Ouid. epiſt. 11, 16.
Cruentis manibus contingere aliquid. Virg. 2, Aen. 34.
Dedere manus Lucret. lib. 2, 209.
Deficiunt ad cœpta manus. Ouid. 8, Metam. 99.
Manibus his denumeraui. Plaut. Epid. 8, 17.
Doctâ manu diſtinguere crimen. Senec. Troad. 10, 5.
Diuellere montes manibus. Lucret. lib. 1, 41.
Dare manum. Quint. lib. 2. cap. 3, 6.
Placidam dare manum Ouid. 3, Triſt. eleg. 1, 1.
Victas dare manus Ouid. epiſt. 4, 3.
Datos in manum milites cerni effigiem, &c. Tacit. lib. 4.
Sæua manu dare fata miſeris. Senec. Troad. 10, 25.
Concuſſa manu dare ſignum alicui. Ouid. 11, Metam. 94.
Ducere aliquem manu. Virg. 3, Aen. 74.
Eruere manu ſyluas Virg. 4. Georg. 66.
Euadere manus alicuius. Virg. 9, Aen. 112.
Sceleſtas hoſtium euita manus. Senec. Agamemn. 11, 1.
Teneras exercent manus puellæ. Propert. lib. 3. eleg. 3, 7.
Manibus prælium facere. Salluſt. in Iugurth.
Ferre manus. Virg. 3, Aeneid. 98.
Ferre manum in prælia. Virg. 5, Aen. 81.
Manu fingere. Senec. in epiſt. Tibul. lib. 1. eleg. 2, 10.
Manibus demiſſis fugere Plaut. Epid. 10, 16.
Glomerare manum bello. Virg. 2, Aen. 63.
Pollutas habere manus. Ouid. epiſt. 8, 23.
Habere ad manum. Quint. lib. 12, cap. 5, 1.
Manum continere intra pallium Quint. 12. cap. 10.
Iactare manus. Quint. lib. 6, cap. 3, 37.
Immiſcere manus manibus Virg. 5. Aen. 86.
Imponere manum ſtudijs. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8, 17.
Vltima manus impoſita eſt cœpto. Ouid. 8, Metam. 40.
Summã in eloquẽtia manũ imponere. Quint. in Proœ. li. 1, 4.
Vnctis manibus tremor incidit Horat. 1, epiſt. 17, 5.
Iniice non timidas in iura tua manus. Ouid. epiſt. 8, 4.
Inijcere manus alicui. Ouid. 1. de Arte, 14.
Inſerere manum tunicis. Ouid. 2, Amor. eleg. 16, 3.
Intenderat Seiano manus. Tacit. lib. 4.
Intentare manus alicui. Tacit. lib. 3.
Interfici manu. Quint. lib. 5, cap. 11, 8.
Iungere manus. Stat. 5. Sylu. 3, 56.
Inuoluere manum caudis ſerpentum. Ouid. epiſt. 9, 18.
Miſcere manus. Tacit. lib. 2.
Mittere manus ad rem aliquam. Vlp. in l. at ſiquis. § ſed etſi. ff. de relig. & ſumpt. funer. Sed etſi res legatæ ſint à teſtatore, de cuius funere agitur, nec ſit vnde funeretur: ad eas quoq; manum mittere oportet.
Manu ſalutem mittunt milites. Plaut. Pſeud. 15, 47.
Sanguinea manu mouere bella Ouid. epiſt. 13, 13.
Forti manu obire. Seneca Herc. Oeth. 10, 24.
De manibus rem omittere. Liuius: Hæc agentibus quum inte-

teruenisset nuntius Rhodiorum claſſis, omiſſa de manibus res eſt.
Onerare ambas manus acutis iaculis. Virg.10,Aen.174.
Parere ſibi lethum manu. Virg.6,Aen.87.
Perire manibus hominum.Virg.3,Aen.122.
Per te manu aliena Quint.lib.5,cap.9.7.
Immunda manu perungere tota ora.Ouid.3.de Arte,151.
Inſana manu plangere pectora. Ouid 3,Amor eleg.5,12.
Porrigere manus. Catull.in Epithalamio Iuliæ,56,44.
Extentas porrigere manus Ouid.3,Faſt.175.
Manus multas poſcit hoc opus. Plin epiſt.1,58.
Præſtringent manus. Tacit. lib.13.
Premere aliquid manu.Lucret.lib.4,125.
Pulſare aliquem vtraq; manu.Virg.5,Aen.92.
Auaris manibus rap Ouid.2.Amor.eleg.6,8.
Regere manum alicuius manu ſuperimpoſita. Quint.lib.1, cap.1,21.
Manus remittere in aleæ ludo. Suet.in Auguſto,cap.71.
Vix retinere manum. Ouid 6, Metam 7.
Satiare manus ſanguine. Lucan lib.5,49.
Structa manibus mœnia. Virg.5,Aen.163.
Manum ferulæ ſubducere.Iuuenal Satyr.1.1,

Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus.

Subuoluere ſaxa manibus. Virg.1, Aen.86.
Succedere ſub manus.Plautus Milit.11,58.
In manibus eſſe Liuius 7.ab Vrbe,173.
In manibus terræ Subaudi,ſunt.Virg.2,Georg 9.
In manibus veſtris quantus ſit Cæſar habetis.Lucan.li.7,51.
Eſſe in manibus liber,dicitur Horat.2.epiſt.1,11.
Inter manus aliquid eſſe dicitur:*pro,In poteſtate.* Virg.

Ante oculos, interq; manus ſunt omnia veſtra.

Plus illi eſt in manu.Plautus Aſin.3,74.
In manus ſumere Quint.lib.10,cap.1.
Immunis aram ſi tetigit manus. Horat.3.Carm.ode 23,4.
Tendere manus. Cæſar in Comment. Hedui manus tendere;deditionem ſignificare.Virg.6,Aen.63,

Tendebantq; manus ripæ vlterioris amore.

Supinas manus ad cœlum tendere.Virg.3,Aen.36.
Tendit ad veſtra genua ſupplices manus. Quintilianus libro 6,cap.1,32.
Languenti manu tenere aliquid Ouid.12,Metam 64.
Correptum manibus tenere.Virg 4.Georg 81.
Manu longa, & manu breui tradere. Iabolenus in l pecuniam.lib.Pandect.46.tit de ſolutionib⁹. Nam quòd à nullo corporaliter eius rei poſſeſſio detineretur, adquiſita mihi & quodammodo manu longa tradita exiſtimanda eſt. Vlp.in tit.de iure dotium.l licet ſoleat tunc enim credendũ eſt,breui manu acceptum à muliere, & marito datum.
Venire ad manum.Quint.lib.2,cap.11,5.
Venire in manus. Salluſt. in Iugurtha: Exiſtimamus,Iugurtham ob ſuos tutandos in manus venire.
Verſantur inter manus ſcripta. Pomponius de origine iuris. l.neceſſarium.§. poſt hos Q Mutius. Deniq; nec verſantur omnino ſcripta eorum inter manus hominum.
Manus vetant priùs, quàm penes ſeſe habeant, quicquam credere. Plaut.Trucul.19,8.
Vibrant tela manus.Lucan. lib.7,17.
Vincire manus poſt terga. Virg.11,Aen.17.
Manu vindicare. Salluſt.
Manum de tabula.Plin.lib.35,cap.10.
Per manus.Cæſar in Comment. Per manus tractus ſeruatur.
Per manus traditus.Liu.5.ab Vrbe Etiam ſi nobis cum Vrbe ſimul poſitæ traditæq; per manus religiones nullæ eſſent. Quint.lib.12,cap.4.
Præ manu pecuniam aliquam dare. Terent.Adelph.5,9,4.
Præ manibus.Plautus Bacchid.

Reddidit patri omne aurũ,quod mihi fuit pręmanib⁹.

Manibus pedibuſq;.Terent.And.1,1,134. Ibidem,4.2.52,

Conari manibus,pedibus, noctesq; & dies
Capitis periculum adire,dum proſim tibi.

Manus iniectio Vlp.in l ſed ſi.ff.de in ius vocando.At ſi venditor,qui manus iniectionem excepit, ipſe proſtituit.
Manus plenæ menſura ſorbentur, ad firmandas fauces. Plinius lib 20,cap 22,4.
Manus precium validius.Plinius lib.33, cap.11 8,Nec copia tantùm argenti fuerat vitæ, ſed validius penè manus precium. Idem,lib 34, cap.7.5, Solitum enim ex manipreciio cuiuſq; ſigni denarios ſeponere aureos ſingulos.
Pro manus precio aliquid dare. Alphenus in l. qui inſulam. § qui ædem ff locati Quo ad opus lapidis erit, pro lapide & manus precio dominus redemptori in pedes ſingulos ſeptem dab t.
¶ Manus, *in ludo dicitur id, quod ſibi tollit, qui proiecit Venerem.* Auguſtus apud Suetonium, cap. 71. Nam ſi quas manus remiſi cuique, exegiſſem; aut retinuiſſem, quod cuiq; donaui;viciſſem vel L.millia.

¶ Manus: *Inſtrumentum & telum nauale.*
Ferrea manus. Lucan lib 3,126.
¶ Manus: *Multitudo,exercitus.* Virg.6,Aen.232,

Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.

Agreſtes manus.Virg 11,Aeneid.137.
Ardens iuuenum manus. Virg.6,Aen.1.
Multa manus poëtarum Horat.1.Serm.Sat.4,29.
Parata prælio manus.Tacit.lib.2.
Valida. Tacit lib.2.
Orare pacem manu. Virg.10,Aen.16.
¶ Manumittere: Dare libertatem. Plaut Aulul.31.9,

Igitur orabo,vt manu me mittat.

¶ Manumiſſio. Vlpian l.4.ff.de iuſt & iur. Poſteaquam iure gentium ſeruitus inuaſit, ſecutum eſt beneficium manumiſſionis.
¶ Manufactus. Celſ. Naturales,vel manufactæ natationes.
Manufacta piſcina. Varro 3.de Re ruſt.cap.11,1.
¶ Manus: *Proboſcis elephanti.* Curtius lib.4. Plin lib.8,cap.10, 2,Mandunt ore,ſpirant & bibunt,odoranturque; haud impropriè appellata manu.
¶ Manus:*pro, Scriptura.* Quintil.lib.1.cap. De orthographia, ſic manus eorum docent.
¶ Manſtutor: Qui manu tuetur, quique poſſidet. Plautus Trucul.

Video eccum,qui manſtutorem meũ adoptauit bonis.

¶ Manuatus eſt: *pro, Furatus.* Laberius in Mimis. Et in Fullone; Furem,Manuarium appellat. Vide Gellium libro 16, capite 7.
¶ Mantiola:Parua manus.Næuius:Mantiolis tene illis.
¶ Manualis. Plin lib.24, cap. 15.2, Ob id incipientibus hydropicis efficax, manualibus ſcapis eius in tribus heminis aquæ decoctis,vſq; ad tertias.
Pecten manualis.Plin.lib.18,cap.30,2.
Manualis faſciculus lini.Plin.lib.19,cap.1,8.
Manualia ſaxa.Tacit.lib.4.
¶ Manuarius:ad manum pertinens. Gellius: Hoc ære,quaſi manuario collecto,cœnula parabatur.
¶ Manubiæ: Præda ex hoſtibus capta. Gellius libro 13,capite 23.
¶ Manubialis.Manubialis pecunia:Quæ ex venditione manubiarum contracta eſt.Suet in Auguſt.cap 30.
¶ Manubiarius: Manubiarum particeps. Plautus Trucul. 18.26,

Amicus mihi eſto manubiarius.

¶ Manubrium,Capulum.Plin lib.16,cap.43.4,Hyginus manubria ruſticis caprinea,iligna,cerrea.
Oſſea manubria cultellorum.Iuuen.Satyr.11,14.
¶ Manubriolum.Celſ.li.7,cap 7.de vngue oculorum: ſi qua parte oculó inhæret,manubriolo ſcalpelli diducere, donec ad angulum veniat
¶ Manuleatus:Tunicâ indutus manicatâ.Plautus Pſeud.11. 48 Sueton.in Calig cap 52.
Manuleatus: *metaphoricè, pro delicato.* Seneca epiſt.33, Apud me verò Epicurus eſt & fortis: quanquam manuleatus ſit.
¶ Manulearius. Qui veſtimenta manicata conficit. Plautus Aulul 19.39,

Flammearij,violarij, carinarij,
Aut manulearij,aut myrobrecharij.

Mapalia] agreſtes caſæ.Plin.lib.5,cap.3.1, Numidæ verò Nomades,à permutandis pabulis,mapalia ſua,hoc eſt,domus paluſtreis,circumferentes.Martial lib.8. 49.

Pallidus attonitos ad plena mapalia paſtor.

Mapalia *per metaphoram.* Seneca: Ego P.C.interrogare vobis permiſeram:vos mera mapalia feciſtis: id eſt,vbs diſſoluti fuiſtis,& à diſciplina receſſiſtis.
¶ Mapalia:idem quod Magalia. Virg.3,Georg.68,

—& raris habitata mapalia tectis.

Diſperſa mapalia.Silius lib.17,18.
Vacua mapalia. Lucan.lib.2,18.
Mappa.] Martial,libro 12. 29,

Attulerat mappam nemo,dum furta timentur. Idem libro 10. 87,
Et vani triplices, breueſq; mappæ.

Candidæ mappæ,Stat.1.Sylu.6,7.
Luridæ.Stat.4.Sylu.9,5.
Sordida mappa. Horat.1.epiſt.5.5.
Variata.Martial.lib.1,152.
Compeſcere riſum mappa.Horat.2.Serm.Satyra,8.13. Martial.lib.12.29,

Cretatam Prætor quum vellet mittere mappam,
Prætori mappam ſurripit Hermogenes. Iuuenal. Satyr.12.20,
Interea Megaleſiacæ ſpectacula mappæ. Suet.in Nerone,cap.22,

Marathrum.] Herba, quam Latini Fœniculum vocant. Plin.lib.20,cap. 10,3.

¶ Mara-

¶ Marathrites: vinum, quod Marathrum infuſum habet. Colum lib.22.cap.35.

MARATHVS ] Herba. Ouidius, de medicamine faciei:
Profuit & marathos bene olentibus addere myrrhis.

MARCEO ] Putreo. Martial. lib.5.129,
Marcentes tibi porrigentur vuæ.

Marcere vino. Liu.3.bel.Pun.208.
Epulis. Claud. de bello Get.74.
Marcet animus. Celſus lib.2.cap.2.
Corpus annis. Lucret.lib.3,193.
Sylua comis. Stat.5.Sylu.5,6.
Venæ marcent. Lucan lib 4,67.
Vir marcet ab annis. Ouid.1.Amor.eleg 13,9.
Marcere: *pro, Aetate confectum eſſe.* Lucret lib.3,
Omnia per fructus vitai præmia marces.

¶ Marcens. Plin lib.9,cap.45.1, Alias marcenti ſimilis, & iactari ſe paſſa fluctu algæ vice.
Arma marcentia, Silius lib.15,147.
Colla. Stat.2, Thebaid.127.
Guttura Ouid.7, Metam.63.
Pocula. Stat.4. Sylu.6,12.
Potorem marcentem recreare. Horat.2. Serm. Satyr.4,12.
Viſu marcente. Senec. Agamem.8,2.

¶ Marceſco. Plinius lib.10, cap.48,2. Corpus occiſæ ſtatim marceſcit.
Marceſcere deſidia & otio. Liuius 8.bell.Punic.184. Idem 3. bell. Maced.105.
Vino nimio. Ouid 1. de Ponto, eleg.6.9.
Otia marceſcunt per inertes ſomnos. Ouid.2. de Ponto, eleg 9,13.
Marceſcente adhuc ſtomacho pridiani cibi onere. Suetonius in Calig.

¶ Marcidus. Plinius libro 11, cap.37.15, Feſſis equis aures marcidæ.
Marcidus ſomno & heſterna cœna redundans. Plinius in Paneg.107.
Otia marcida luxu. Claud.6, Paneg.8.
Vina marcida. Stat 1.Sylu.6,7.

¶ Marcor Celſus de Lethargo, lib.3.20.1, In hoc marcor, & inexpugnabilis penè dormiendi neceſſitas.
Turpis marcor Stat.10, Thebaid.53.

MARCVLVS] nomen inſtrumenti, quo fabri ærarij vti ſolent. Plin 7,cap.56,5. Martial.lib.12,53.

MARE.] Aequor maris. Virg.2, Aen.136.
Aſpera maris. Tacit.lib.4.
Iniuſti cærula forma maris. Ouid.2. Amor.eleg.11,3.
Proxima maris. Tacit.lib.3.
Rabies cœliq; marisq;. Virg.5, Aen.161.
Via tuta maris Ouid.11, Metam.150.
Reſtagnantis maris vnda. Ouid.11, Metam.73.
Acclinata terris maria. Stat.5.Sylu.4,2.
Altum mare. Catul. de Berecynthia, epigr.58,1.
Ardua maria Valer.8, Argon.71.
Aſpera. Virg.6, Aeneid.70.
Auarum mare. Horat.3.Carm.ode 29,13.
Effuſum latè. Horat.1,epiſt.11,6.
Ferum. Catull. de Berecynth.epig.58,8.
Fluctuoſum. Plaut. Rudente.
Humida maria. Virg.5, Aeneid.119.
Importuoſum mare, Tacit lib.12.
Inclinata maria. Stat 4, Thebaid.13.
Indomitum mare. Tibul.lib.2.eleg.3,10.
Ingens. Ouid.3, Metam 90.
Iratum Horat. Epod.2,2.
Magnum. Lucret.lib.2,1,2.
Medium. Virgil.4.eclog.10.
Procelloſum. Senec Medea,6,7.
Purpureum Virg.4, Georg.75.
Refluum mare Oceani. Ouid.7, Metam.54.
Refugum. Stat.12, Thebaid.127.
Sæuum Senec. Octau.6,17.
Solicitum. Virg.4, Georg 53.
Tranquillum. Stat.4.Sylu.3,9.
Tumidum. Virg.8, Aeneid 135.
Tumultuoſum. Horat.3. Carm ode 1,6.
Turgidum. Hrat 1.Carm.ode 3,4.
Vaſtum. Senec. Oedip 14,4.
Veliuolum Virg 1, Aeneid.46.
Ventoſum. Horat 3. Carm.ode 4,9.
Agitatur mare ventis. Ouid.epiſt.2,7.
Ardet ventis mare. Florus lib.4,cap.2.
Confundere mare cœlo. Iuuenal. Satyr.7,29.
Contrahitur mare. Ouid.2, Metam.52.
Turbo conuoluit mare, Senec. Agamemn.6,18.
Tuto mari decurrere. Ouid.9, Metam.119.
Placata maria dant venti. Virg.3, Aen.14.
Placidum per mare facere iter. Ouid. epiſt.18,19.
Incerto mari ferri. Horat. Epod.9,7.
Atrum hyemat mare. Horat.2.Serm.Satyr.2,4.
Planum iacet mare. Iuuenal Satyr.12,7.
Venti incubuere mari. Virg.1, Aeneid.18.
Mare cœlo miſcere. Eſt omnia turbare, nihilque non facere. Iuuen.Satyr.6.29. Virg.5, Aen 159.
Læua maris prætervectus Tacit.lib.12.
Coortum mare ſæuibat. Lucret.lib.5,201.
Scindere mare nauigijs. Ouid 2.de Arte,135.
Secare. Horat 1.Carm.ode 1,3.
Turbatum ſiſtere Ouid.7, Metam 31.
Placidum ventis ſtat mare. Virg.2, eclog.6.
Tremulum fit mare, tenui quum ſtringitur aura. Ouid, epiſt. 11,15.
Subſidit. Ouid.1, Triſt.eleg.2,15.
Sulcare maria. Virg.10, Aen.40.
Vaſtiſſimum mare tranſire. Horat de Arte,70.
Tranſilire. Perſ. Satyr.5,15.
Alta maria tumeſcunt. Virg.2, Georg 96.
Inſanum tumuit mare. Senec. Medea,10,6.
Placatum volitant per mare nautę. Horat.4, Carm.ode 5,4.
Venti voluunt mare. Virg 3, Aen.40.
Mare magnum, per excellentiam, Mediterraneum mare, à Latinis appellatur. Plin, lib.9, Intrant è magno mari pontum verno tempore gregatim.
Mare acerrimum, meretrix. Plaut Aſin.4,9.
Mare, terra, cœlum, di veſtram fidem, ſatin' ego oculis planè video? Plautus Trinum.14.61.
Mari terraq; quærere Plaut. Pœnul.2,105.

¶ Mare, *pro fluuio* Virgilius:
Vnde per ora nouem vaſto cum murmure montis
It mare proruptum.

¶ Marinus Plin lib.10,cap.69.2, In marinis oſtreis, Idem lib. 14,cap.16,3. Marina aqua.
Conchæ marinæ. Ouid.15, Metam.53.
Di marini. Ouid.13, Metam 104.
Fremitus marinus. Virg. , Georg.32.
Latex Ouid.3 de Ponto.eleg 1.4.
Monſtra marina. Virg.7, Aen.156.
Volucres marinæ. Ouid epiſt.10,25.

¶ Maritimus. Maritimæ Alpes. Plin.lib.8,cap.39, 2. Cæſar 3 bel. Ciuil.17. Maritima oppida.
Maritimis moribus mecum experitur. Plaut. Ciſtel.5,11.
Maritimum prælium. Gell.lib.5,cap.6.
Vita maritima. Plaut. Bacchid 5,107.
Maritimus: *Qui maris eſt.* Plaut Rud. Fluctus maritimos.

MARGA.] Genus terræ in modum cretæ albæ, qua vtuntur ad agros ſtercorandos Plin.lib.17,cap.6.

MARGARIDES.] Palmæ ſunt, à margaritis nomen trahentes: quoniam & breues, & candidæ, & rotundæ ſunt, acinis quàm balanis ſimiliores. Plin.lib 13.cap 4.

MARGARITA.] Vnio. Plin.lib.9, cap.35.2, Principium ergò, culmenq; omnium rerum precij, margaritæ tenent.

¶ Margaritum. Tacitus de vita Iulij Agricolæ: Ferè Britannia aurum & argentum & alia metalla gignit: & Oceanus margarita; ſed ſuffuſca & liuentia.

¶ Margaritarius: Negotiator margaritarum Firmicus libro 4. capite 6

¶ Margaritifer. Plin.lib 32, cap.11.5, Concharum genera; inter quæ & margaritiferæ cochleæ.

MARGO] extremitas. Ouid.1, Metam.3. Longo margine dixit. Iuuenal Satyr.1.1,
—plena iam margine libri.
Extremo in margine raſa litera. Ouid.1.Amor.eleg.11,5.
Margo conchæ. Plin.lib 9,cap.33,2.
Margines teſtudinis. Plin.lib 9,cap.10,3.
Lapidei margines fluminis. Varro 3.de Re ruſt.cap.5,8.
Gramineus margo fontis. Ouid.3, Metam,33.
Ripæ. Ouid.3, Metam. 47.
Terrarum Ouid 1, Metam.3.
Margines imperij. Plin.lib 12,cap.20,1.
Contineri marginibus. Quint lib.1,cap.1,20.

¶ Margino. Liu.lib.1. Decad.5, Cenſores vias ſternendas ſilice in vrbe, glarea extra vrbem ſubſternendas marginandaſque, primi omnium locauerunt.

¶ Marginatus. Marginata tabula; Quæ marginem habet lætiſſimum. Plin lib.35,cap.12,5.

MARINVS.] Vide MARE.

MARISCA.] Ficus inſipida. Plinius lib.15, capite 18 4, Ficos mariſcas in loco cretoſo aut aperto ſerito. Claud.5, Paneg 51,
—flauæq; tenens querceta mariſcæ
Lyris.
Mariſcas, *quidam dicunt eſſe ficus, quæ præ pinguedine aperiuntur, ſemenq; oſtentant.* Colum.lib.10.40.

Purpu-

Purpureæq; chelidoniæ, vileſq; mariſcæ.
Martialis libro 11. 19,
Non boletus hiare, non mariſcæ
Ridere, aut violæ patere poſſunt.
¶ Mariſca: *Genus morbi, ad ſimilitudinem fici.* Iuuen. Satyr. 2, 2,
Cæduntur tumidæ, medico ridente, mariſcæ.
MARISCVM, vel MARISCVS.] Genus iunci. Plin. lib. 21, cap. 18, 1.
MARITIMVS.] Vide Mare.
MARITVS.] Plaut Caſin. 25. 5, Quid agis marite, mi vir.
Maritus, *de gallinaceo.* Colum. libro 8, cap. 5, Rarior eſt in his auibus maritis bonitas.
Ignara puella mariti. Horat. 2, epiſt. 1, 27.
Iura violata mariti. Ouid. 2. de Arte, 77.
Durus maritus. Ouid. epiſt. 4. 29.
Iuuenis. Horat. 3, Carm. ode 11, 8.
Nouus Plaut Caſin. 18, 3.
Captare maritos. Catul. in Epital. Iuliæ, 56, 12.
Maritum eſſe. Plaut. Caſina, 6, 12. Plinius epiſt. 144. 2, Intra quartum & viceſimum annum maritus: &, ſi deus admiſiſſet pater.
Olentis vxores mariti: id eſt, capræ, Horat. 1. Carm. ode 17, 2.
¶ Maritæ, *mulieres nuptæ.* Ouid. in Epiſt. Medeæ,
Forſitan & ſtultæ dum te iactare maritæ
Quæris. Horat. Epod. 8. 3,
Nec ſit marita, quæ rotundioribus
Onuſta baccis ambulet.
Caſtæ maritæ. Ouid. 2. Faſt. 28.
¶ Maritus: *adiectiuum.*
Maritæ *arbores dicuntur, ad quas vites aut alia id genus applicantur* Plinius lib. 14, cap. 1. Colum. lib. 11, cap. 2. 24, Vel ſi quæ in agris aut vepribus ſingulares arbores maritæ à putatoribus rectæ ſunt. Quint. lib. 8, cap. 3.
Maritum oliuetum. Col. lib. 5, cap. 11. 3.
Maritæ domus. Liu. 7. bell. Pun. 174, Vagabatur enim cum vno aut altero comite per maritas domos dies noctesq;.
Faces maritæ Ouid epiſt. 11, 21.
Fides marita Propert. lib. 4, eleg. 3, 3.
Fœdus maritū Ouid. 3. de Pont. eleg. 1. 15. Hoc eſt, maritale.
Marita pecunia. Plaut. Epid. Pulchra ædepol dos pecunia eſt. P quæ quidem ædepol eſt non marita.
¶ Marito: Loco in matrimonium. Sueton. in Auguſto Veſp. cap. 14, Vitellij hoſtis ſui filiam ſplendidiſſimè maritauit, dotauitq; etiam, & inſtruxit. Idem: Maritandum principem cunctos ſuadere. Tacit. lib. 12.
Maritare: *de arboribus etiam dicitur, & vitibus.* Columel. lib. 4, cap. 22, Qui poſſint vel ſua maritare ſtatumina. Idem lib. 5, cap. 6, Si teneram vlmum maritaueris, nouam ſuſſeret. Pli. lib. 13, cap. 4, 7.
Populos maritare. Horat. Epod. 2, 2.
Maritare, *etiam dicuntur canes.* Varr. 2. de Re ruſt. ca. 9. 9. Tum enim dicuntur catulire, id eſt, oſtendere ſe velle maritari.
¶ Maritari: *Prægnantem fieri.* Solinus cap. 36. In proximis Vlyſſiponis equæ laſciuiunt mira fœcunditate. Nam ſpirante Fauonio vento concipiunt, & ſitientes viros aura ac ſpiritu maritantur.
¶ Maritalis. Col. lib. 12. in Procem. 1, Maritale coniugium.
Capiſtrum maritale. Iuuen. Satyr. 6, 5.
Veſtis maritalis. Ouid. 2. de Arte, 52.
MARMARITIS.] Herba, de qua Plin. lib. 24, cap. 17.
MARMOR.] Templum de marmore. Virg. 4, Aen. 92.
Candens marmor. Lucret. lib 2, 153.
Deformata marmora prima manu. Quint. lib. 2, cap. 19, 3.
Inciſa notis Horat. 4. Carm. ode 8, 3.
Læue marmor. Virg. 7, eclog 7.
Mygdonium. Ouid. epiſt. 21, 29.
Parium marmor mallem rude. Quint. lib. 2, cap. 19, 3.
Solido de marmore templa. Virg. 6, Aen. 14.
Expolire marmor. Quintil. lib. 2, cap. 19, 3.
In lento luctantur marmore tonſæ. Virg. 7, Aen. 6.
Secare marmora. Horat. 2. Carm. ode 18, 4.
Pario marmore puriùs ſplendens. Horat. 1. Carm. ode 19, 2.
Infidum remis impellere marmor: *id eſt, æquor.* Virgilius 1, Georgic. 51.
¶ Marmoreus. Plin. lib. 31, cap. 2. 9, Varro author eſt, Titium quendam Prætura functum, marmorei ſigni faciem habuiſſe, propter id vitium.
Aequor marmoreum. Virg. 6, Aen. 146.
Candor marmoreus. Lucret. lib. 2, 153.
Ceruix marmorea. Virg. 4. Georg. 103.
Collum marmoreum. Ouid. 4. Faſt. 27.
Domus marmorea. Tibul. lib. 3, eleg. 1, 5.
Gelu marmoreum. Ouid. 4, Faſt. 185.
Opus. Ouid. 4, Metam. 135.
Palmæ marmoreæ. Ouid. 3, Metam. 97.
Pedes marmorei. Ouid. 2, Amor. eleg. 11, 3.
Pollex marmoreus. Ouid. 13, Metam. 161.
Tumulus marmoreus Ouid. 14, Metam. 88.
¶ Marmoratus. Varr. 1. de re Ruſt. cap. 57. 1, Parietes & ſolū opere tectorio marmorato loricandi. Stat. 4. Sylu. 3. 10,
—paritérq; ſe leuarat
Ingenti plaga marmorata dorſo.
¶ Marmoratum: *ſubſtantiuè* pro eo, quod eſt ex marmore, luto & calce factum. Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 7. 3. Intrinſecus quaſi leuiſſimo marmorato, toti parietes ac cameræ oblinuntur. Plin. lib. 36, cap. 23, 3, Experimentum marmorati eſt in ſubigendo, donec rutro non cohæreat.
¶ Marmoratio. Apul. lib. 3 Flor. Quid igitur ſupereſt ad ſtatuæ meæ honorem? pauimenti marmoratio, nec proſcenæ contabulatio.
¶ Marmoroſus. Plin. lib. 35, cap. 6. 9, Fit & Romæ, cremato ſile marmoroſo & reſtincto aceto.
¶ Marmorarius: Qui marmora vel ſecat vel polit. Seneca epiſtol. 89, Non enim adducor, vt in numerum liberalium artium pictores recipiam; non magis quàm ſtatuarios, marmorarios, aut cæteros luxuriæ miniſtros.
MARRA.] Inſtrumentum ferreum, ad excidendas herbas. Colum. lib. 10. 7,
Tu penitus marris eradere viſcera matris
Ne dubita. Iuuen Satyr. 3. 31,
Ne marræ & ſarcula deſint. Plin. lib. 18, cap. 16, 6.
MARRVBIVM.] Plin. lib. 20, cap. 22, Marrubium pleriq; inter primas herbas commendauere.
MARS.] pro bello. Quint. lib. 8, cap. 6, Vario Marte pugnatū; eruditus eſt ſermo.
Amantes Martis Iberi. Silius lib. 16, 22.
Rigidi certamina Martis Ouid. Metam. 4.
Anceps Mars. Liu. lib. 1. Decad. 3.
Aperti copia Martis Nulla fuit. Ouid. 13, Metam. 42.
Cæco Marte reſiſtunt. Virg 2, Aen 67.
Cruentus Mars. Horat. 2, Carm. ode 14, 3.
Ferox. Ouid. 13, Metam. 3.
Impius. Virg. 1, Georg. 103.
Incertus. Tacit. lib. 20.
Sanguineus Ouid. 1. de Remed. amor 31.
Accendere Martem cantu Virg 6, Aen. 33.
Marte ſuo cadere Ouid 3, Metam. 25.
Inuadunt Martem clypeis, atque ære ſonoro. Virgil. 12. Aeneid. 143.
Inſano Marte petere vrbem. Claud. de bello Get. 102.
Nouum Martem tentare, Silius lib. 15, 70.
Forenſis Mars: *Eloquentia.* Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6, 6.
Rapax Mars. Propert. lib. 4. eleg. 1. 17. De ſtella Martis.
¶ Martius: Ad Martem pertinēs. Martia auis. Ouid. 3, Faſt. 8.
Bella Martia. Ouid. 3, Faſt. 47.
Martius campus. Liu.
Canor Martius rauci æris. Virg 4, Georg. 15.
Caſtra Martia. Tibull. lib. 1, eleg. 2, 14.
Certamen Martium. Horat. 4, Carm. ode 14, 4.
Horror Martius. Claud. 2. de raptu Proſerp. 30.
Martius menſis. Ouid. 3. Faſt. 15. Plin. lib. 11, cap. 3. 5, Differantur in Martium menſem calloſæ.
Miles Martius. Ouid. 14, Metam. 160.
Vulnera Martia. Virg. 7, Aen. 37.
¶ Marticola: Qui Martem colit, Ouid. 5. Triſt. eleg. 4. 5,
Nec patria eſt habitata tibi, ſed ad vſq; niuoſum
Strymona veniſti, Marticolamq; Geten.
¶ Martigenus. Plautus Amphitr. 15. 15,
Martigenam ille aggreſſus belluam magnus
Europæ quæſtor.
¶ Martigena. Ouid 3, Amor. eleg. 4. 8,
In qua Martigenæ non ſunt ſine crimine nati,
Romulus Iliades, Iliodesq; Remus.
Quirinus Martigena. Ouid. 1, Faſt. 40.
¶ Martialis. Lupi Martiales. Horat. 1. Carm. ode 17, 2.
MARSVPIVM.] Plautus Epid. 5. 3,
—acutum cultrum habeo,
Qui ſeni exenterem marſupium. Varro de re Ruſt. lib. 3, cap. 17. 2, Magis ad oculos pertinent, quàm ad veſicam: & potiùs marſupium domini exinaniunt q̄ replent.
MARTES.] Animal è genere muſtellino. Mart. lib. 10. epigr. 37. ad Maternum:
Venator capta marte ſuperbus adeſt.
MAS.] Parere marem. Ouid. 9, Metam. 136.
Vitellus mas. Horat. 2. Serm. Satyr. 4, 3.
Animi mares. Horat. de Arte, 81.
¶ Maſculus. Plautus Ciſtel. 10. 40, Bona fœmina, & malus maſculus hic te volunt,
¶ Maſculus: *pro Forti & vehementi.* Varro: Si non plus teſticulorum offenderis, quàm in caſtrato pecore in Apulia, vincor, non eſſe maſculum ad rem. Horatius 1. epiſtol. 20. 6. Maſcula Sappho.

Maſcu-

Maſcula bilis.Perſius Satyr.5,15.
Proles Horat.3.Carm.Ode 6,8.
Maſculum thus. Plinius libro 12,cap.14,8, de thure: Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, maſculum vocamus. Ouidius de medicamine faciei,19. Virg 8,eclog.13.
¶ Maſculinus. Rapum maſculinum & fœmininum. Plinius libro 18,cap.13.
¶ Maſculeſco. Plinius libro 18, cap. 13, de rapis & napis loquens. Denſiore enim ſatu maſculeſcere, item in terra difficili.
¶ Maſculetum. Plinius libro 17. cap. 22, 14, de vinearum putatione: Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum vſque pedamentum emitti: quod alij dracones,alij tuniculos vocant,vt faciant quæ maſculeta appellant
Massa] quicquid denſum ſpiſsiúmve eſt. Colum.libr.12, cap.5,Quidam ferri maſſas exurunt, ita, vt ignis ſpeciem habeant.Virg.4, Georg 34.
Ac veluti lentis Cyclopes fulmina maſſis.
Maſſam piſcis vrbe reportat,Virg.1,Georg.55.
Ardentis maſſæ fuligo.Iuuen.Sat.10,13.
Lactis maſſa coact .Ouidius 8,Metam.134.
Dura maſſa & pondus iners Ouidius 3,de Arte,44.
¶ Maſſula.Colum.lib.12,cap.38. Poſthæc complures ex ea maſſulæ fiunt.
¶ Maſſo: Conglobo,condenſo Lucretius libro1,134,
Quod ſi forte vlla credunt ratione poteſſe
Ignes in cœtus ſtringi,maſſareque corpus.
Masiax] Locuſtarum genus.quæ rodunt.
Nastiche] Lacryma eſt, quam lentiſcus arbor gummi modo ſudat Plinius libro 12,cap 17,1.
Mastigia] verberibus dignus.Plaut.Amph.14,18,
Ita ego te certò cruce & cruciatu mactabo; exi foras Maſtigia. Ibidem,15,36.
¶ Maſtigeus Idem Plaut in Trinum,13,118.
Aggrediundus eſt hic homo maſtigeus.
Mastos]herba. Plinius libro 26,cap.15. non procul à fine,Quæ vero maſtos vocatur, inquit,indita, pilos mammarum è partu naſcentium aufert,& tineas in facie, aliaq; cutis vitia emendat.
Mastrvca] Veſtis qua Sardi vtuntur. Vnde
¶ Maſtrucatus.Plautus: Maſtrucatus & plenus puluere.
Mastvrbator] Qui thalaſſionem indicit manibus libidinoſis;ſitq; ſine fœmina maritus. Vtitur Martialis.
Mastvs] mamma. Hinc Tubuli mammati ſeu mammæ in balneis & fontibus intelliguntur. Vitruu.libro 7. Athenis,inquit,ex huiuſmodi locis & fontibus maſti vſque ad portum Piræum ducti ſunt ſalientes.
Mataris] Genus teli Liuius. Dec.1,li.7,Conſul læuo humero matari propè traiecto ceſſerat parumper ex acie.
Mataxa] reſtis ſeu funiculi ſpecies.Lucil.Hanc catapiratē puer eodē deferet vnctū, Plumbi pauxillū rudus liniq; mataxā.Vitruu.pro funiculo vſurpauit lib. 7,c.3, Sin autē, ait,arundinis Græcæ copia non erit, de paludibus tenues colligantur,& mataxæ,& tomicæ ad iuſtam logitudinem vna craſſitudine alligationibus temperentur.
Matella,Matellio] Vide Matvla.
Mateola] Genus ſarculi. Cato de Re ruſtica, capite 46. Quum taleam demittes, pede taleam opprimito: ſi parum deſcendit,malleolo,aut mateola adigito.
Mater] Fœliciſſima matrum Ouidius 6,Metam.31.
Turba matrum Virg 7,Aen.163.
Mater crudelis.Virg.8,eclog 8.
Orbata Lucretius libro 2,72.
Carentes matre priuigni Horat.3,Carm.ode 24,4.
Mater: *quæ quoduis animal partu edit.* Virg.lib.4,Georg.64.
Mater Cirene,mater.
Fœta mater.Stat.9,Theb.24,vaccam intelligit.
Excretos prohibent à matribus hœdos.Virg 3,Georg 80.
Mater mellis apis Varro 2,de Re ruſt cap 5,4.
Mater: *eſt & dignitatis vt:*
— Caſtæ ducebant ſacra per vrbem,
Pilentis matres in mollibus.
Et apud Lucretium:
Namq; ibi conceſſum caueai ſubter & omnem
Scenai ſpeciem patrum matrumq; deorum Inſciunt.
Mater: *nutricem aliquando ſignificat.* Plaut. Menæch. 2, 18. Virg.lib.8,Aen. 27,
— geminos huic hubera circùm
Ludere pendentes pueros,& lambere matrem.
Mater, *ad arbores translatum.* Plinius libro 12,cap 5,2, Superiores eiuſdem rami in excelſum emicant, ſyluoſa multitudine,vaſto matris corpore.
¶ Maternus.Ouidius 3,Metam.62,
— maternaq; tempora complet.
Auus maternus.Virg,4,Aen.52.
Materno veniens ab auo Cyllenia proles.
Liu.7,bel Pun.115.
Vbera materna.Stat.1,Theb.24.
Maternus animus.Terent.Heaut 4,1,24.
Mens materna.Ouidius 8,Metam.1o
Res maternæ atq; paternæ abſumptæ. Hor.1,epiſt.16,1.
¶ Materfamiliâs. Eſt (vt docet Gellius libro 18, cap.6,) eà ſola,quæ in mariti manu mancipioque eſt; aut in eius, in cuius maritus manu mancipioq; eſſet. Vlpianus de verb. ſignific. l.pronuntiatum. Matremfamiliâs accipere debemus eam, quæ non inhoneſtè vixit. matrem enim familiâs à cæteris fœminis mores diſcernunt atq; ſeparant. Idem de liberis exhibēdis l.deinde Quum audis matremfamiliâs,accipe notæ authoritatis fœminam.
Materfamiliâs, *pro Vxore.* Liu 4. bel. Macedon,Et cùm tibi viro liceat purpura in veſte ſtragula vti; matremfamiliâs tuam purpureum amiculum habere non ſines?
Iuſta materfamiliâs,& Pellex; *contraria* Liui 9,bel. Maced.
Materfamiliâs quoque dicitur.quæ eſt ſui iuris, & emancipata.Vlp.in l. poſt mortem.ff de adopt.& emancip.
¶ Mater matuta: Aurora dicitur, quam antiqui,teſte Feſtô, ob bonitatem ita appellabant.
¶ Mater matrima: quæ quum mater ſit, habet adhuc matrem viuentem.Feſtus.
¶ Matrona: dicitur (inquit Gellius libro 18,cap 6,) quæ in matrimonium cum eo viro conuenit,quoad in eo matrimonio manet;etiamſi ſibi liberi nondum nati ſint.Liu. 9,bel.Pun.70,Matronæ primores ciuitatis.Ouid.6, Faſt.7,
Si torus in precio eſt,dicor matrona tonantis.
Matrona pudicior Ouidius in Ibin,71.
Matrona meretrici diſpar.Horat.1,epiſt.19,1.
Pollens matrona.Ouidius 5,Metam.102.
¶ Matronalis.Plin.epiſt.111,2. Nondum annos quatuordecim impleuerat, & iam illi anilis prudentia matronalis grauitas erat.Liu.4 bel.Maced.28,Matronale decus. Columb.lib.12.in Procem.6,Matronalis labor.
Matronales genæ.Ouidius 2,Faſt,166.d: Lucretia.
¶ Matralia: Feſta erant matronarum, à quibus excludebantur famulæ.Ouidius libro 6,Faſt 95,
Ite bonæ matres,veſtrum matralia feſtum,
Flauaq; Thebanæ reddite liba deæ.
¶ Matrimonium Cupitor matrimonij.Tacitus libro 12.
Iuſtum matrimonium Quint libro 5. cap.11,25.
Violata matrimonia Quintil.lib.5,cap.11,7.
Accipere aliquem in matrimonium.Tacitus libro 12.
Exturbare aliquam matrimonio.Tacitus libro 11.
Coniungere ſecum aliquam matrimonio.Curt.lib 6.
Iungere ſecum aliquam in matrimonio.Curt.lib.5.
Tenere aliquam matrimonio.Tacitus libro 15.
¶ Matertera: Matris ſoror Plaut.Curc.14.4.
Pater iſtum meus geſtauit PL. at pol mea matertera:
Perſ Satyr 2,4.
Ecce auia,aut metuens diuûm matertera,cunis
Exemit puerum.
¶ Matrimonialis Firm.lib.7,cap.17,Aut ſine tabulis matrimonialibus coibunt.
¶ Matruelis: Ex matris fratre natus. In l.1, ad legem Pompeiam de parricidis.
¶ Matreſco. Paccuuius Duloreſte: Vtinam nunc matreſcam ingenio, vt meum patrem vlciſci queam?
¶ Matrimus: Cuius mater adhuc viuit; vt ait Feſtus. Liu.7, bel.Maced 12. Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes,matrimiq; ad id ſacrificium adhibiti.
¶ Matrix: Fœmina quæ fœtus gratiâ tenetur. Columella: Sint ergo matrices robuſti corporis,quadratæ,pectoroſæ, magnis capitibus. Varro 2, de Re ruſt. cap. 5.11, Habeo tauros totidem,quot Atticus, ad matrices ſeptuaginta duas.
Matrix arbor. Suet.in Auguſt. cap.94, Matricem arborem dicit,ex qua ſtolones ſuccreuerunt.
Matricem, *Medici accipiunt pro vtriculo,qui in fœminis iunctus eſt veſicæ, & ad progenerandum aptus eſt.* Plinius libro 27, cap.10.Matricem autem & ſtomachum decocta in vino ſanat.
Matera] Iaculum.Cæſar in Commentarijs libro 1,
Materia,vel Materies] Quint.lib 7.cap.1, Opera extruentibus ſatis non eſt,ſaxa & materiam,& cætera ædificanti congerere vtilia,niſi diſponendis eis collocandiſq; artificium manus exhibeatur.
Rudis materia Lucanus libro 2.2.
Materies non ſuppetit Plaut Epid.2,35.
Matera libri: *hypotheſis ipſa, & argumentum.* Horatius de Arte,8,
Sumite materiam veſtris,qui ſcribitis,equam. Viribus.
Quint libro 10, cap.1, Id ego ſanè, quoniam ad præſentem materiam nihil attinet,iniudicatum relinquo.

Nitor materiæ Quint.lib.3,cap.8,42.

Abundantior atque vltrà quàm oportebat fuſa materia. Quint.lib.2,cap.4,5.

Compoſitæ materiæ ad oſtentationem. Quintilian.libro 3, cap.7,1.

Deliberatiuæ materiæ. Quintilia. lib. 2,cap.1,2.

Fœlix materia in carmina. Ouidius 1, Amor. eleg.3,4.

Materiæ gracili ſufficit ingenium. Ouidius 2, de Ponto, eleg 5,6.

Vberior materia. Quint lib.1,cap.11,17.

Ingens materia ad dicendum, Quint. lib.2,cap.4,14.

Iocoſa materia. Ouidius 1, de Remed.amor.78,

Mortales materiæ. Tacitus libro 12.

Multiplex variaque materia. Quint.lib.2,cap.4,15.

Plurima ad fugiendum credendumque materies. Tacitus libro 17.

Aperiens ſe latiùs materia. Quint.in Procem lib.1,3.

Deſtinata materia ad ſcribendum. Quintilianus libro quinto,cap.10,8.

Detrahere materiem ſceleri. Tacitus libro 12.

Dicere materias fictas. Quint lib.2,cap 4,29.

Dictare materias: quas imitetur puer. Quint.lib.2,cap.4,9.

Dare materiam exordio. Quint.lib 4,1,8.

Præfor natam materiam dare ſecundùm cuiuſque vires. Quint lib.2,cap.6,3,

Dare alicui reſpondendi materiam. Quint lib.6,cap.3,56.

Duplicat materiam. Quint.lib.2,cap 4,16.

Fingere materias veritati quàm ſimillimas. Quintilan.lib. 2,cap.10,3.

Exſpatientur,& gaudeant materia Quint.lib.2. cap.10,4.

Præbuit iuueni materiem adipiſcendi fauoris. Tacitus.

Vita materiem præbet malis. Ouid. 4, 1. Ponto, eleg.16,10.

Præbere materiam ſuo damno. Ouidius 2, Metam.43.

Amori materiam quærere. Ouidius 1, de Arte,10.

Relinquere materiam Druſi fratris gloriæ. Tacitus libro 2.

Scribere de integro materiam retractatam. Quintilian,lib. 2,cap.4,10.

Suggerere materiam. Quint.lib.5,cap.7,6.

Opus ſuperat materiam, Ouidius 2, Metam.1.

Trahere materiam à re aliqua. Quint.lib.4,cap.1,38.

Superans materia. Celſus lib.3,cap.4. Minui ergo tantùm materiam ſuperantem oportet, quæ naturaliter digeritur, vbi nihil noui accedit.

Materia benefaciendi. Plin.in Pane.61, Delibaſſe quædam, ſeu potiùs demonſtraſſe contentus largam, ac propè intactam benefaciendi materiam filio reſeruauit. Idem epiſtol.159,c Liberalitatis materia gratiſſima.

Mali materia. Horat.3, Carm.ode 24,10.

Ea vetuſtiſſima militaribus odijs materies. Tacitus libro 1.

Materiæ *appellatione, ligna etiam comprehenduntur.* Liu. Multam materiam ceciderat miles. Cato de Re ruſt.cap.17. Robur, materies item pro ridica, vbi ſolſtitium fuerit ad brumam, ſemper tempeſtiua eſt. Cætera materias quæ ſemen habet, quum maturum ſemen habet, tum tempeſtiua eſt.

Materies *pro ligno quod eſt inter corticem.* Colum libr.5,cap. 11, Cuneum ferreum vel oſſeum inter corticem & materiem cõſideratè demittito; ne lędas, aut rumpas corticem.

Materia: *Palmes qui de nouello naſcitur, & in tenero alligatus dependet* Colum.lib.5. cap.6.

¶ Materies, *de equis etiam dicitur.* Colum.lib.6,cap.27, Equinum pecus tripartitò diuiditur: eſt enim generoſa materies, quæ circo ſacriſq; certaminibus equos præbet.

¶ Materiarius: qui materiam præſtat. Plaut, Milite,12,46.

Adſunt fabri, architectique eam quidem ad rem haud imperiti.

A. Si non nos materiarius remoratur; quod quidem opus eſt.

¶ Materiarius: Adiectiu. Materiaruis faber; Lignarius: & Materiaria fabrica; Lignaria. Plinius libro 7,cap.56,8.

¶ Materiari, Cæſar 7, bel.Gal 288, Erat eo tempore & materiari, & frumentari, & tantas munitiones fieri neceſſe.

¶ Materiatio, & Materiatura. Vitruuius libro quarto, capite ſecundo. In ædificijs omnibus inſuper collocatur materiatio varijs vocabulis nominata. *Paulò poſt.* E quibus rebus, & à materiatura fabrili, in lapideis & marmoreis ædium ſacrarum ædificationibus, &c.

MATERIS] Teli genus, poſt lanceam longius. Siſenna hiſtoriarum libro 3. Gallia materibus, Sueui lancibus configunt.

MATERNVS, MATERTERA] Vide MATER.

MATHEMATICI] vocantur genethliaci, aſtrologiq;. Gell. lib.1,cap.9.

Nota mathematicis geneſis tua. Iuen. Sat.14,2c.

MATRALIA, MATRESCO, MATRICIDA, MATRIMVS, MATRIMONIVM, MATRIX, MATRONA, MATRONALIS] Vide MATER.

MATTA] Storia vel teges, in quibus ſtuppa, vel fœnum, vel lanæ rudiores, aut aliud aliquid ſimile inſertum eſt. Ouidius 6, Faſt,136,

At dominus, Diſcedite, ait: plauſtroq; morantes
Suſtulit, in plauſtro ſcirpea matta fuit.

MATTIACA] pila: Saponis erat quoddam vile genus, quo ad ruffandos crines mulieres vtebantur. Martial.lib.14, in apophoretis:

Sic mutare paras longæuos cana capillos:
Accipe mattiacas (quo tibi calua?) pilas.

MATTICI] cognominantur homines malarum magnarum; at oribus late patentibus. Feſtus.

MATTYA] quodcunq; precioſum edulium. Mart.li.13,92.

Inter aues turdus, ſi quis me iudice certet;
Inter quadrupedes mattya prima, lepus.

Suet.in Caligula, cap.38, videtur macteas appellaſſe.

MATVLA] Vas aquarium. Plaut. Moſtel.6,38.

Iam hercle ego vos pro matula habebo; niſi matulam datis.

Matulam, *pro meticuloſo, vanoq; accipere videtur.* Plautus in Perſa,15,67,

Nunquam ego te iam eſſe matulam credidi:
Quid metuis?

¶ Matella. Varro Endymionibus: Diuitum aphocaſchias ad communem reuocat matellam.

Matella: *Vas in quod vrinam reddimus.* Martial. lib. 10.11, in Calliodorum:

Diſperéam, ſi tu Pyladi præſtare matellam
Dignus es.

¶ Matellio. Varro de vitis Patrum: Poſtularet truelleum, matellionem peluim.

MATVRVS] Arbuta fiunt matura. Lucretius libro 5,188.

Albeſcit meſſis maturis ariſtis Ouidius 5, Faſt.72.

Fœtus maturos edere. Ouidius de Nuce,19.

Fruges maturæ. Virg, eclog.3.16.

Vuæ maturæ vinitor. Virg.10, eclog.8.

Maturus æui, *per translationem pro Sene,* Virg 5, Aen 15.

—æui maturus Aceſtes.

Animi maturus Virg.9, Aen 50.

Animo maturus & æuo Ouidius 8, Metam.124.

Annis maturus, Tacitus libro 1. Ouidius 14, Metam.123.

Militiæ maturus, Liuius lib.2, Decad 5.

Hic ſponſæ maturus; illa marito. Stat.3, Syl,1,36.

Ad arma maturus. Sil.lib.16.132.

Maturus cibo. Plin.lib.12,cap 27,5.

Conſilium maturum. Claud.de bel.Get.24.

Dies matura. Lucretius libro 4,208.

Viro matura filia. Virg.7, Aen.11.

Funeri maturo propior. Horat.3, Carm.Ode 15,2.

Gloria matura. Liu 2, ab Vrbe,32.

Libertas matura. Liu.1, ab Vrbe, 201.

Onus maturum auferre vtero. Ouidius 2, Faſt.91.

Probitas maturior æuo. Stat.2, Syl.1,8.

Partus maturus, Horatius in Carmine ſecul.3.

Puer maturus alicui rei faciendæ. Quint.lib.2,cap.1,5.

Reditus maturus. Horat.4, Carm.ode 5,1.

Tempus maturum vino. Celſus lib.4,cap.11.

Tempore maturo adepta coniugium. Catull.in Carmin. nupt.57,12.

Venter maturus. Ouidius 11. Metam 63.

Matura viro virgo. Gel.li 12,ca.7. Horat.3, Carm.Ode 6,5.

Virginitas matura toris, Stat 1, Achil,59.

Maturior Horat.3,ode 17,2,

Ah te meæ ſi partem animæ rapit
Maturior vis,

Maturum *ſignificat aliquando Feſtinum & repentinum.*

Maturum malum. Plaut.Pſeud.5,6.

Celſus: Ignauia corpus hebetat, labor firmat, illa maturam ſenectutem: hic longam adoleſcentiam reddit.

Maturum papauer ad excipiendum lachrymam. Celſus lib. 5,cap.25.

Maturum facere: pro, Citò expedire. Gell.lib.3,cap.7.

¶ Maturiſſimus. Colum.lib.4,cap.29,4, Fœcundos & quàm maturiſſimos ſurculos viri detraxerit. Idem libro 11,cap. 3, Semina quàm maturiſſima.

¶ Maturrimus. Tacitus libro 12, Robur ætatis quàm maturrimum precari.

¶ Maturitas. Cæſar 3.bel.Ciuil.199. Maturitas frumentorũ.

Feſtinata maturitas óccidit celerius, Quint in Prom.li.6,9.

¶ Maturè. Terent. Eunuch.2,1,2.

Fac ita vt iuſſi: deducantur iſti. P. faciam. PH. at diligenter.

P. Fiet. PH. at maturè. P, fiet. Ibidem,5,1,11,

Quomodo adoleſcentulus meretricum ingenia & mores poſſet noſcere:

Maturè,vt quum cognorit,perpetuò oderit.
Maturè facere oculis.Plaut.Milit.1,3,43,1
Viden tu illam oculis maturè facere,atque aucupium auribus?
Redeat maturè,repetatque relicta.Horat.1.epiſt.7,20. Cæſar 1,bel. Gal.137,Quibus rebus quam maturrimè occurrendum putabat.
¶ Maturo.Terent.Heaut.3,1,87.
Quod ſenſiſti illos me incipere fallere,
Id maturent facere. Salluſt. Anton. Catilin.cum exercitu perſequi maturet.Liu.libro 10.
Maturare oua.Plin.lib.9,57,3.
Pomum.Plinius libro 16, cap.25,9, Floret prima omnium amygdala menſe Ianuario;Martio verò pomum maturat.
Annus in apricis maturat collibus vuas.Tib.lib. 1,eleg.4,4.
Maturat arbor. Plinius libro 16, cap.25,8, Serotino quædam germinatu florent; maturantq; celeriter, ſicuti morus. Ibidem.cap.27,3.
Maturare & properare.Virg.1,Georg.53.
Maturare cœpta,Liu.4,bel.Pun.56.
Fugam.Virg.1,Aen.29.
Mortem. Celſ.libro 7,ca.26. ex diſtentione neruorum mortem mat rant.
Maturare proficiſci;&, Maturare facere funus. Liuius 2, ab Vrbe,162.Idem 3,ab Vrbe,180.
Maturatum eſt ab eo.Liu.2,ab Vrbe,91.
¶ Maturatus: Acceleratus, aut perfectus. Apud Plinium: Maturata concoctio.
Maturato: *ablatiuus iunctus cum dictione Opus*.Liu.4,bel. Punic.107.Idem 1,ab Vrbe,255. Vt cum ſingulis fidelibus amicis veniant: ita facto,maturatoque opus eſſe;rem atrocem incidiſſe.
¶ Maturatè.Feſtinanter.Liui.2,bell.Maced.58, Iuſſis cæteris,quantum maximè poſſent maturatè ſequi.
Maturatè properare.Plaut.Pſeud.20,50.
¶ Matureſco. Plinius libro 11,cap.11, Quum mella cœperunt matureſcere,abigunt fucos. Colum. libro 4,Cæſar 6,bel.Gal.102,Ipſe, quum matureſcere frumenta inciperent,ad bellum Ambiorigis profectus.
Lucus maturuit pleno anno.Ouidius 11,Metam.39.
Annis nubilibus maturuit puella.Ouidius 14,Metam.67.
Libros nondum opinabar ſatis maturuiſſe. Quint.in epiſt. ad Tryphonem.
Vites matureſcunt.Plinius libro 16 cap.25.8.
In ſemen matureſcere.Plinius libro 18,cap16,6.
¶ Matureſcens. Plinius libro 21. cap.3,2, Malus Aſſyria omnibus horis pomifera eſt: alijs cadentibus, alijs matureſcentibus,alijs ſubnaſcentibus.
¶ Maturor: *Paſſiuum*. Plinius libro 15,cap.18,3,Contrà nouiſſima ſub hyeme maturatur chelidonia.
Matuta.Aurora.Vnde
¶ Matutinus.Alites matutini.Propert.lib.1,eleg.15,10.
Dies matutini Plinius libro 8,cap.32. ad finem.
Matutinæ horæ: apud Plinium.
Matutini paſtus.Plinius libro 12,cap.17,4.
Pruina matutina.Propert.lib.2,eleg.10.9.
Radijs iuga ſubdita matutinis Ouidius 1,Metam.136.
Tempora matutina.Ouidius 3,Metam.118.
Matutinæ vmbræ.Plinius libro 16,cap.13,2.
Matutinis omnibus: *pro,quolibet mane*.Plin.lib.10,cap.43,1.
Matutino: *pro Mane & ſubauditur tempore*. Plin.libro 7, cap. 53,2, Nullis euidentibus cauſis obiere, dum calciantur matutino duo Cæſares.
Matutinus homo.Virg.8,Aen.93,
Nec minùs. Aeneas ſe matutinus agebat.
¶ Matutinum: Manè.Quintilian. lib.12,cap.8. Pridie ad ſe venire,litigatorem,aut eodem matutino iubent.
MAXILLA] Perſ Satyr.4,4.
Tu cùm maxillis balanatum gauſape pectas;
Inguinibus quare detonſus gurgulio extat?
Ordo maxillarum.Plinius libro 11,cap.17,34.
¶ Maxillaris.Plinius libro 23, Maxillareſq; ita ſanari dentes præcipuè putant.
MAXIME] Vide MAGIS.
MAXIMOPERE,MAXIMVS]Vide MAGNVS.
MAZARA]Genus teli, quo antiqui in bello vtebantur. Cæſar 1,bel.Gal.102.Et nonnulli inter carros rotaſq; mazaras ac tragulas ſubijciebant, noſtroſq; vulnerabant. Liu. 7,ab Vrbe cond.105.
MAZONOMVM] lanx grandior, quâ cibi feruntur in conuiuia.Horat.2,Serm.Sat.vlt.18,
Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes
Membra gruis. Var.3,de Re ruſt. cap.4,2, Vt in eodem tecto ornithonis incluſum triclinium haberet, vbi delicatè cœnitaret: & alios videret in mazonomo poſitos coctos,alios volitare circa feneſtras captos.

MEAPTE] Terent.Heaut.4,3,8,
Ita me di ament,vt ego nunc non tam meapte cauſa Lætor,quàm illius.
MEABILIS,MEATVS]Vide MEO.
MECASTOR] Iurandi aduerbium.Terent.Hecyra,1,2,8,
—ô ſalue Parmenò.
ST. Salue mecaſtor Parmeno.
MECHANICVS] Faber.Sueton.in Veſp. Auguſto, cap 18. Mechanico quoque, grandes columnas exigua impenſa perducturum in Capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit.
MECONIS] Lactucæ atræ genus. Plin.libro 19,cap.8. Eſt etiamnum alia diſtinctio atræ, quæ meconis vocatur,à copia lactis ſoporiferi: quanquam omnes ſomnum parere creduntur,Idem libro 20,cap.7,ſub finem. Et amara lactenſque,quam meconidem vocauimus.
MECONITES] Gemma eſt, papaueris ſimilitudinem exprimens. de qua Plinius libro 37,cap.10.
MECVM] Plaut.Ciſtel.8,15,
—nihil mecum tibi: Mortuus tibi ſum.
Indignabar mecum.Virg.2,Aen.19,
Mecum vnà.Terent.Hecyr.1,2,56,
Vt colloqui mecum vnà poſſit.
Mecum vnà ſimul.Terent.Heaut.5,1,34.
Mecum facit.Horat.2,epiſt.1,14,
Et ſapit,& mecum facit,& Ioue iudicat æquò.
Mecum ſentit.Terent And.2,1,26.
Mecum: *Intra me,vel apud me*. Terent.Hecyra,1,2,32,
— haud propterea te rogo,
Vt hoc proferam: ſed vt tacita mecum gaudeam.
MEDELA]Vide MEDEOR.
MEDERGA] pro Erga me.Plaut.Epid.9.9.
— quaſi quid filius meus
Deliquiſſet medergà.
MEDEOR] Plinius libro 12,cap 3, 1. Malus Aſſyria.quam alij vocant medicam,venenis medetur.
Mederi,*cum accuſatiuo* Terent.Phorm.
Quas,quum res aduerſæ ſint,minùs mederi poſſis.
Mederi contra ſerpentium ictus.Plin.lib.9.cap 31,3.
Mederi vitijs & erroribus. Plin.epiſt.109,b.li.4.Idem in Panegyr.75.
Amori.Ouidius 9,Metam.131.
Inopiæ.Cæſar.5,belli Gal.91.
Labori alicuius.Ouidius 7,Metam.170.
Timori alicuius Ouidius 9,Metam.156.
Vnicè mederi.Plin lib.24,cap.11,4.
¶ Medendi,Medendo.Virg.12,Aen.10.
— exſuperat magis,ægreſcitq; medendo.
Ars medendi.Ouidius 2,de Arte,147.
Vtilis medendi radix.Ouidius epiſt.5,30.
¶ Medens,Artes medentum.Ouidius 15,Metam.126.
Verba medentia.Stat.2,Sylu,1,1,
Medendæ valetudini nullam diuinam humanamq; opem non adhibuit,Sueton.in Tito,cap.8.
¶ Medela.Iulius Firmicus lib.4,cap.2, Tales decernit ægritudines,quibus,curandi gratiâ, medela cauteriorum aduſtionibus conferatur.Gellius lib 17.ca.16, Ipſum autem regem aſſiduo talium medelarum vſu à clandeſtinis epularum inſidijs cauiſſe Idem libro 20. cap.1, Non enim profectò ignoras,legum opportunitates & medelas, pro temporũ moribus,&pro rerũ publicarũ generibus,ac pro vtilitatum præſentium rationibus;proque vitiorum, quibus medendum eſt,feruoribus,mutari atque flecti.Quint. Declamatione 13,Nobis habere medelam non liceat,vobis liceat habere venena?
Medelæ animorum & corporum.Gel.lib.4,cap.13. Tanta prorſus eſt affinitas corporibus hominum,mentibuſque: & propterea quoq; vitijs aut medelis animorum & corporum.
Facere medelam.Gellius lib.12,ca.5,Quum Taurus & medicos acceſſiſſet,collocutuſq; de facienda medela eſſet.
MEDIEDI] Vide MEDIVSFIDIVS.
MEDIASTINVS]Vide MEDIVS.
MEDICO] Medeor.Virg.lib 1,Georg.39,
Semina vidi equidem multos medicare ferentes.
Plinius libro 16, cap.27,4. Ficus ſola ex omnium arborum fœtu maturitatis causâ medicatur.
Capillos medicare.Ouidius 1,Amor.eleg.14,1.
¶ Medicor.*Deponens*.
*Datiuo aliquando iungitur*.Terent.And.5,4.42,
Cùm ego poſſim in hac re medicari mihi?
Virg.2,Georg27,
—ſenibus medicantur anhelis,
*Accuſatiuo*.Plaut.Moſtel.6,39.Virg.7,Aen.152,
Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum
Eualuit.

Auferre dolorem medicando. Tibul.lib.3,eleg.6,1,
¶ Medicatus. Medicatæ ficus. Plin. libro 23.cap.7,5.
Fruges. Virg.6,Aen 84.
Papauera medicata. Silius libro 10,71.
Pocula. Martial. lib.9.99.
Res medicatiſſima. Plin. libro 28,cap.7,9,
Medicatus ſapor, vel odor. Plin. epiſtol.173,b, & libro 25, cap 8,17.
Somnus. Ouidius epiſt.12,22.
Medicata ſuffitione vina. Colum.lib.1.cap.6.13.
Tela medicata veneno Silius libro 7,92.
¶ Medicatio. Colum. libro 2, cap.10,13. Poteſt tamen etiam citra iſtam medicationem cineri miſta commodè ſeruari.
¶ Medicus. Cura ſolers medicorũ. Ou.1,de Ponto,eleg.7.7,
Celer atque fidelis medicus. Horat.2,Serm Sat.3,30.
Fidi medici. Horat.1,epiſt.8,2.
Medicus ſecurus. Celſus libro 2,cap.6.
Conuocare medicos. Catul. de Acme, epigr.39 2.
Miniſtrare iuſſa medicorum. Ouidius epiſt.19,27,
¶ Medicus: *Adiectiuum*. Virg.3,Georg.91.

Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor
Abnegat.

Ope medica iuuare aliquem Ouidius 2,Amor. eleg,9,2,
Ars medica, Tibul.lib.2,eleg.3,3.
Viſus medicus. Plin.lib.22,cap.8,2. Ibid. cap vlt ad finem: Et frugum quidem hæc ſunt in vſu medico.
¶ Medicina. Adulatio medicinæ Quint libro 2, cap.15,17.
Requies & medicina curæ. Ouidius 4,Triſt.eleg.9,24.
Somnus publica medicina curæ. Ouid.1,de Põto,eleg,2,9.
Furoris medicina. Virg 10,eclog.12.
Mali. Propert.lib.1,eleg 5,6.
Medicina deducta ab experimentis. Celſus in Proœm.lib,1
Facere medicinam. Plaut. Ciſtel.2,65.
Factitare. Quint lib.7,cap 3,22.
Fungi munere medicinæ. Ouidius 2,de Reme. amor.80.
Parare medicinam Ouidius 1.de Rem.amor.19.
Vulnera poſcunt medicinam. Sil.lib.11,33.
Vates medicinę. Plinius libro 1,ca.37,85. Deſcriptus ab Herophilo, medicinæ vate.
Temeraria medicina. Celſus li,3,cap.9.
Excolere medicinam. Celſus in Proœmio,lib 7.
Trunca medicina, & debilis, ſine naturæ rerum cognitione. Celſus in præfatione lib. 1.
Sera medicina ſtruitur dolori, Stat,5,Syl.1,4.
Temporibus medicina valet. Ouidius 1 de Rem. amor, 27,
Medicinam, *inquit Nonius, dicimus & venenum.* Accius Phœnicis: Sterilem eſſe illius operâ medicinam autumans.
¶ Medicinæ. Medicorum tabernæ. Plaut. Amph.13,5,

In medicinis, in tonſtrinis, apud omnes ædes ſacras.

¶ Medicinalis. Herba medicinalis. Plinius libro 32, cap.10, 9. Celſus: Vix vlla perpetua præcepta ars medicinalis recipit.
Medicinalis digitus, dictus eſt minimo proximus, vt ait Macrobius: quoniam arteria quædam à corde nata, pergit vſque ad quartum digitum manus ſiniſtræ.
¶ Medicabilis. Ouid 1,Metam.106,

Hei mihi, quòd nullis amor eſt medicabilis herbis.

Cura medicabilis nullâ arte Ouidius 1,de Ponto, eleg.4,5.
Medicabilis: *pro Medicinalis* Colum.lib.7,cap 10,7. Quippe ligni ſuccus medicabilis, epotus inteſtini tumorem compeſcit.
¶ Medibilis: Idem quod medicabilis, vt ait Feſtus.
¶ Medicamen. Plin.auuncul.li.7,cap.16,1. Inunctis medicamine oculis.
Fortia medicamina. Ouidius 2,de Arte,98.
Triſte medicamen Ouid 6,Metam.28.
¶ Medicamen: *pro ſucco purpuræ.* Plinius libro 9, cap.38,9. Centenas atq; quinquagenas medicaminis libras æquari.
Medicamentum: *pro eodem*. Ibidem, cap.4?,1.
¶ Medicamentum: *Venenum etiam ſignificat*. Medicamentum præſentaneum. Plinius libro 28,ca 13,5.
Opitulantur medicamenta. Celſus libro 5,in Proœm.
Vinci medicamentis. Celſus lib.5.cap.28.
¶ Medicamentarius: Qui medicamenta conficit. Plinius libro 19, cap.6,10, Sectiui duo genera: herbaceum folio inciſuris eius euidentibus: quo vtuntur medicamentarij.
¶ Medicamentarius: ad medicamentum pertinens. Plin.li, cap.56,6. Herbariâ & medicamentariam. Scilicet artem.
¶ Medicamentoſus Cato cap.15,2. Et primùm ſcito de omnibus braſſicis, nulla eſt illiuſmodi medicamentoſior.
MEDIETAS] Vide MEDIVS.
MEDIMNVS] Genus menſuræ. Lucilius Sat.lib.15,

Præterquam in precio primus ſemiſſe; ſecundus
Numo; tertius iam plures, quàm totus medimnus.

MEDIOCRIS, MEDIOCRITAS, MEDIOCRITER, MEDIOXIMVS] Vide MEDIVS.
MEDIPONTVS] inſtrumentum funarium, apud Catonem de Re ruſtic.cap.3,3. Funes loreos priuos, vectes ſenos, fibulas duodenas, medipontos priuos loreos, trochleas græcanicas binas. Idem cap.12.
MEDITOR] Cogito, Mente pertracto. Terent. Phor.2,1,12,

Quamobrem omnes, cùm ſecundæ res ſunt maximè, tùm maximè
Meditari ſecum oportet, quo pacto aduorſam ærumnam ferant.

Meditari male nugis. Plaut. Pſeud.20,99.
Amorem. Virg 4,Aen.34.
Arma. Propert.libro 3,eleg.4,1.
Fugam. Colum.lib 9,cap.8,3.
Inſidias aut dolum alicui. Virg.5 eclog.12.
Meditari ſe: *ſe exercere*. Plautus Sticho, 5, 31. Virgilius 6, eclog 2,

Agreſtem tenui meditabor arundine muſam.

¶ Meditans. Ictum obliquum meditans. Horat.3,Carm. ode 22,2.
Longam & continuam abſentiam paulatim meditans. Tacitus libro 3.
¶ Meditatus. Participium. Teren. And.2,4.3,

Venit meditatus alicunde ex ſolo loco.

Plinius in Paneg.5, Igitur quod temperamentum omnes in illo ſubito pietatis calore ſeruamus, hoc ſinguli quoq; meditati teneamus.
¶ Meditatus: *paſſiuè*. Terent. Phorm.2,1,18,

Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda.

Verba meditata componere. Ouid.9,Metam.105.
¶ Meditatè. Plaut. Bacch.11.16,

Næ tu illorum mores perquàm meditatè tenes.

¶ Meditatio. Dicendi meditatio. Quint.lib.2,cap.10,2.
¶ Meditamentum Tacitus libro 15, Nomina ſummæ curæ, & meditamenta, Idem libro 20. Et cæteris belli meditamentis militem firmabant.
MEDITERRANEVS] Vide MEDIVS.
MEDITRINA] Medicamentorum dea: Feſto.
MEDITRINALIA] Sacra deæ Meditrinæ. Feſtus. Varro de Lingua lat. lib.5.
MEDIVS] qui inter duo extrema eſt. Virgilius:

Iam medium tenuêre rates.

Terentius in Prolog Phorm.17,

Is ſibi reſponſum hoc habeat: in medio omnibus
Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.

Medius æſtus. Virg.1,Georg.60,

At rubicunda Ceres medio ſucciditur æſtu.

Media mulieris ætas Plaut. Aulul 6,32. Et paulò pòſt.35,

Poſt mediam ætatẽ, qui mediam ducit vxorẽ domũ.

Medius amicus. Liu.lib 5,bel.Maced.
Medius annus. Plin in Pan.100 Dies. Col.lib 7,ca.3,7. Nox, Cæſar 5,bel.Gal.32. Sic apud Liu lib 7,bel. Pun.259. Medium diei.
Per medias rapit ira cædes. Horat.3,Carm.Ode 2,3.
Dies medius: *Meridies*. Virg 3,Georg.61.
In medios dormire dies. Horat.1,epiſt.2 6.
Medius digitus. Plinius libro 11,cap.43,2.
Frigoribus medijs. Virg 10,eclog.13.
Medium ingenium erat in Anco. Liuius 1, ab Vrbe,140.
In media nimborum nocte Virg.1,Georg 66.
Plus media parte. Ouid.3,Metam 9.
Sermonem medium abrumpere. Virg.4,Aen.77.
Sonus medius. Plinius libro 10,cap.29,6.
Medium tempus. Plin. epiſt.111 cap. Idem lib,3,epiſt.5.
Medio tempore; *pro, Interea*. Sueton.in Cæſare.
In voce media reſiſtit. Virg 4,Aen.16.
Pacis & belli medius. Horat.2,Carm ode 19,6.
Mediam locauit. Virg 1,Aen.141.
Medium arripere. Terent. Adelph.3,2 18.

Sublimem medium arriperem, & capite primùm in terram ſtatuerem.

Mediam mulierem complectitur. Terent And.1,1,106.
Medium reſponſum: *Dubium*. Liu.9,bel Maced.163.
Medius & ambiguus ſermo. Plin.epiſt.190,f,
Mediæ artes Quint.lib.1,cap.21,1.
Medium tenere. Plin.epiſt.74.c.
¶ Medius: *Importunus, incongruus*. Virg.1,Aen.138,

Ne qua ſcire dolos mediusve occurrere poſſit,

Medius: *Manifeſtus*. Virg 2,Aen.76,

— ſenſit medios delapſus in hoſtes.

Idem Virg.2,Aen.107,

— quanquam in media iam morte tenetur.

In medium conſulere. Virg.11,Aen 67.
E medio diſcedere. Suet,in Cæſare, in principio.
E medio excedere, *pro Mori*. Terent. Phorm.

Quære-

Quærere in medium. Virg 1, Georg. 26.
In medio ſit. Suet. Sed quod diſcrepat, in medio ſit. id eſt, pro incomperto.
Medio campi, montium, diei, Tacitus libro 1. Idem libro. 13, Medio temporis contradicere liceret.
Medio tempore: *pro, Interea.* Sueton. in Cæſare.
¶ Medius: *pro Mediocri* Liuius libro 6, ab Vrbe: Apparebatq; nec veri iudicij mediam gratiam, nec falſi offenſionem fore.
¶ Medie: frequenter vtitur Firmicus libro 2, cap. 28.
¶ Mediale. Solinus cap. 65, Lignum omne atque mediale, eadem ferme & facie & nitore, qui eſt in lapide gagate. Idem cap. 33.
¶ Medietas Paulus Iuriſconſultus, in l. antiqui. ff. ſi pars hæreditatis pet. Prudentiſſimi iuris authores, medietatem quandam ſecuti ſunt.
¶ Mediocris. Actor mediocris cauſarum. Hor. 2, de Arte, 75
Cura non mediocris. Horat. 2. Serm. Sat. 3, 19.
Infortunium mediocre. Plaut. Curcul. 11, 5.
Initium. Sueton. de claris Grammat. 1.
Iracundia mediocri iratus, Plaut, Curcul. 11, 1.
Pœnæ mediocres. Plaut Bacch. 8, 21.
Spatium mediocre. Plinius libro cap. 7, cap. 38. 1.
Sponſalia mediocria. Plin, lib. 9, cap. 35, 13.
Statura mediocris. Plaut Rud. 9, 9.
Vitia mediocria. Horat. 1, Serm 4, 28.
¶ Mediocritas. Colum. lib. 4. Mediocritas in electione loci maxime probatur: quoniam in confinio boni malique poſita eſt.
Minus ſuperba mediocritas præceptoris ad ſuſcipiendas elementorum moleſtias. Quint. lib. 2. cap. 3, 2.
¶ Mediocriter. Mediocriter doctus. Plin. epiſt. 10, b.
Haud mediocriter. Plaut. Merc. , 13.
Mediocriter facere. Terent. And 1, 1 32.
Mediocriter veſtita veſte lugubri. Terent. Heaut. 2, 3, 45.
¶ Medioximus vel Medioxumus: Mediocris, ſiue medius. Plaut Ciſtel. 5, 36,

At ita me di deæq; ſuperi, inferi, & medioxumi, &c.

Medioxuma vxor. Plaut Ciſtel 7. 68.
¶ Medioximè. Varr. Modio: addit mortalem modum medioximè, vt quondam patres noſtri loquebãtur. Ex Non.
MEDIVSFIDIVS] hoc eſt, per deum Fidium. Plaut. Aſ. 3, 8.

Per dium Fidum quæris iurato mihi

¶ Medi edi: pro, Mediusfidius. Titinnius: An quia pol ædepol fabulare, medi edi.
¶ Medianus. Medianas columnas, Vitruuius dixit: vt ab angularibus, quæ craſſiores ſunt, diſtingueret. lib. 3, cap. 1, & cap. 2. & vlt.
¶ Mediaſtinus Colum libr. 1, cap. 9, 3, Mediaſtinus qualiſcunq; ſtatus poteſt eſſe, dummodò perpetiendo labori ſit idoneus. Vlpian. in l. 1. §. cæterum. ff. nautæ, caupones, ſtabularij. Qui mediaſtini opera fungitur, non continetur: purpurarij, atriarij & focarij, & his ſimiles.
¶ Mediaſtuticus Liu. Decad. 3 libro 6, Mediaſtuticus (qui ſummus magiſtratus apud Campanos eſt) eo anno Seppius Leſius erat. Sic eàdem Decade, libro 4.
¶ Mediterraneus. Quint. libro 5, cap 10. Montanus, an planus; maritimus, an mediterraneus.
¶ Mediterraneum: *ſubſtant.* Plinius libro 3, cap. 1, Celeberrima inter Bætim fluuium & Oceani oram in mediterraneo Segeda. Ruiſus eod. cap. paulò pòſt.
¶ Mediterreus. Feſtus: Mediterream meliùs, quàm mediterraneam, Siſenna dici putat.
¶ Meditullium: Non medium terræ dicitur, inquit Feſtus; ſed procul à mari, quaſi meditelliũ, ab eo quod eſt tellus.
MEDITRINALIA] Varro de Lingua latina libro 5. Meditrinalia dies dictus eſt à medendo: quòd vt ait Flaccus, Flamen Martialis dicebat, hoc die ſolitum vinum nouum & vetus libari & deguſtari medicamenti causâ.
MEDVLLA] Plinius libro 1, cap. 37. 82, Et medulla ex eodem videtur eſſe inuenta rubens, & ſenecta albeſcẽs. Plaut. Sticho, 6. 16,

At ego perij, cui medullam laſſitudo perbibit.

Albæ medullæ Ouidius 14, Metam. 42.
Liquefactæ cæca tabe. Ouidius 9, Metam. 35.
Mollibus ardet ignis medullis. Catull. de Acme, epigrammat 42. 4.
Eſt molli flammâ medullas. Virg 4, Aen. 14.
Fo et igne medullas amor Ouidius 4. epiſt. 3.
Labitur totas furor in medullas. Senec. Hippol. 3, 2.
Auidis medullis ſubdita flamma Virg. 3, Georg. 55.
Litium medullæ. Quint. libro 2. ca. 1, 8. Et in medijs litium medullis verſantur.
¶ Medullitùs: intimè. Plaut Moſtel 4, 8, 5,

Vt videas eam medullitùs me amare. Idem Truc. 8, 62.

¶ Medullula. Catul. ad Thallum, epigr. 22, 1.



Vel anſeris medullula, vel inula molliccla.

MEGISTANES] proceres, primatesq;. Tacitus: Simul conſilio terrorem adducere, & Megiſtanas Armenios, qui primi à nobis defecerant, pepulit ſedibus. Suet. in Calig. capite 5.
MEIO] Vrinam emitto. Perſius Sat. 7, 12,

— ſacer eſt, pueri locus; extra
Meijte Martial. libro 3, 36,
Minxiſti currente ſemel, Pauline, carina:
Meiere vis iterùm; iam Palinurus eris.

Mictum: *Supinum.* Horat. 1. Serm. Sat 8, 8.

— atque in me veniat mictum atq; cacatum
Iulius, & fragilis Pedatia.

Mula meiens. Catul. de Aemylio, epigram. 92, 2.
¶ Micturio Iuenal Satyr. 6,

Noctibus hic ponunt lecticas: micturiunt hic.

MEL] Plinius libro 11, cap. 14, 1. Plaut. Trucul. 4, 72,

— in melle ſunt linguæ ſitæ noſtræ atq; orationes:
Corda in felle ſunt ſita, atq; acerbo aceto.

Dulcior melle. Ouidius 5, Triſt. eleg. 5, 6.
Aerij mellis cœleſtia dona. Virg 4, Georg. 1.
Attica mella: *de fauis.* Ouidius de Medicamine faciei, 17.
Conſtructa. Virg. 4, Georg. 43.
Dulcia. Virg. 4. Georg 21.
Flaua. Ouidius 1, Metam 23,
Flagrantia mella thymo redolent. Virg 4, Georg 34.
Humida, Virg. 4, Aen. 97,
Liquata expreſſis fauis. Ouidius 4, Faſt 30.
Liquentia ſtipant apes. Virg, 1, Aen. 88.
Liuentia veneno. Valer. 1, Argon. 13.
Preſſa puris condit amphoris Horat Epod. 2, 3.
Puriſſima. Virg 4, Georg. 33.
Redolentia flore thymi. Ouidius 15, Metam. 16.
Reperta à Baccho. Ouidius 3, Faſt. 148.
Roſcida, Virg. 4, eclog. 7.
Spumantia mella cogere preſſis fauis. Virgilius quarto Georgic. 28.
Tenacia mella figunt. Virg 4, Georg. 12.
Generandi gloria mellis. Virg 4, Georg. 41.
Poëtica mella. Horat, 1. epiſt 20, 9.
Muſæum dulce mel. Lucretius libro 4, 6.
¶ Mel: *pro, eloquentia, ſeu dicendi ſuauitate* Ouidius ad Piſ.

Inclyta Neſtorei cedit tibi gratia mellis.

Mel meum: *Blandientis vox.* Plaut. Curcul. 4, 8.
¶ Melliculum. Plaut. Caſina, 21, 15.

Meum corculum, melliculum, verculum.

Idem Curcul. 2, 11.
¶ Mellillus. Plaut. Caſin. 3, 45.

Mea vita, mea mellilla mea feſtiuitas.

¶ Mellarius: Adiect. Plinius libro 21, cap. 14, 4, Vaſa mellaria, aut fauos, lauari aquâ præcipiunt.
¶ Mellarius: *Subſtant.* Varro libro 3, de Re ruſt cap. 16, 11, Ad extrema, quã mellarij fauum eximere poſſint, opercula imponunt alueis.
¶ Mellarium: Vbi apes nutriuntur. Varro de Re ruſt. libro 3, cap. 16, 9, Mellitonas ita facere oportet, quos alij melitrophia appellant: eandem rem quidam mellaria.
¶ Meliturgus: qui mellaria exercet. Varro de Re ruſt. libro 3, cap. 2, Merula, vt cætera fecit hiſtoricõs, quæ ſequi meliturgi ſoleant, demonſtrabit.
¶ Mellatio: Mellis vindemia. Plinius libro 11, cap. 16, 2. Hæc ergo mellatio fine vindemiæ & Vergiliarum occaſu. Idem libro 11, cap. 15, 12, Aeſtiua mellatione, decimam partem Thaſio Dionyſio apibus relinqui placet.
¶ Melleus. Melleus ſapor. Plinius libro 15, cap. 14. Et libro 11. cap. 16, 7, Fæx ſtatim mellei coloris. Et lib. 21, cap. 14, 5. Melleus odor.
¶ Mellitus: melle conditus. Plinius libro 36, cap. 19, Mellites ſuccum remittit dulcem mellitumque fuſus. Varro 3. de Re ruſt cap. 16, 17, Et faui melliti intus ponendi à faucibus longè.
Placentæ mellitæ Horat. 1, epiſt. 10, 3.
Mellitus: *pro Suaui & iucundo.* Catul. ad Iuuencium, epigram. 4 , .

Mellitos oculos tuos, Iuuenci.

¶ Mellifer. Ouidius 10, Metam. Melliferæ apes.
¶ Mellifico Plinius libro 11, cap 18, Alitum, quæ in arborib. mellificant.
¶ Mellificus. Colum. lib. 9. Vt ab opere mellifico euocatæ apes fœtibus expleant.
¶ Mellificium. Varro de Re ruſtica, libro tertio, capite 16, Sed vt hoc aptiſſimum ad ſanitatem apium, ſic ad mellificium thymum. Col lib. 9, cap. 12, Apes magis mellificijs, quàm fœtibus ſtudent.
¶ Melligenus: eiuſdem generis cum melle, Plinius libro 16, cap. 7, 2, Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, ver-

no tamen tempore melligeni ſucci.
¶ Mellina: Potio confecta adiecto melle. Plaut. Epid.
N ſi ſi vidulo, aut in mellina attuliſti.
MELAMPHILLVM] Species acanthi herbæ, à foliorum nigredine ſic dicta. Plinius libro 22, cap. 22.
MELAMPODIVM] Genus nigri hellebori. Plinius libro 25 cap 5, 9.
MELANCORYPHVS] melancoryphi, penultim. corr. (μελαγκόρυφος) Auis, quæ & Ficedula dicitur. Plinius libro 37, cap. 8, 6.
MELANDRYVM] Genus herbæ. Plinius lib. 26, cap. 7. 7. Mart. lib. 3, 35.
Teque iuuant gerres, & pelle melandrya cana.
MELANIA] Idem quod Nigritia, ſeu nigredo. Plinius libr. 24, ca. 8, 1, Et lentiginem & carcinomenta, malanias quoque veteres, addito melle, emendant.
MELANTHIVM] Herba. Plinius libro vigeſimo, capite 17, 7.
MELANVRVS] Piſcis. Ennius:
Melanurum turdum, merulam, timbramq; marinam.
Plinius libro 32, cap. 2, 7.
MELAPIVM] Malum maius eſt apijs. Plinius libro 15, cap. 14, 4. Cætera è cauſis traxere nomen: germanitatis cohærentia, & gemella; nunquam ſingula in fœtu, coloris ſerica, cognationis melapia.
MELE] Vide MELOS.
MELEAGRIDES] Gallinæ Africæ. Plinius libro 10, cap 26. Simili modo pugnant meleagrides in Bœotica Africæ: hoc eſt, gallinarum genus gibberum, varijs ſparſum plumis. Colum. lib. 8, cap. 2, 2.
MELICERIS, vel MELICERIA] Tuberculũ, mellis craſſitudine in cubitis & genibus. Plinius libro 20, cap. 21, 11, Radice melicerias & lepras curant. Idem libro 2, cap. 20, 13. Et contra meliceridas efficax. Vide Celſum libro 5.
MELIGHROS] Lapis, modò niger; modò flauus: à mellis colore vocatus. Plinius libro 37, cap. 11.
MELICHRYSIS] Gemma, quæ ex India mittitur, quaſi per aurum ſincero melle tranſlucens. Plinius libro 37, capite nono.
MELICVS] Vide MELOS.
MELICVM] ab imperito vulgo dicitur gallinarum genus, quod medicum dici debet: teſte Colum. lib 8, cap. 2.
MELILOTOS] Herba Plin. lib. 21, cap. 11, 3, Melilotos vbique naſcitur: laudatiſſima tamen in Attica.
MELIMELI] Sapor mali Cydonij, ita côditi, vt melli quiddam ſimile referre videatur. Colum. lib. 12, cap. 45, 2.
MELIMELVM] pomum muſteum, ſiue dulce. Plinius libr. 15, cap. 14, 4. Muſtea, à celeritate miteſcendi: quæ nunc melimela dicuntur, à ſapore melleo. Martial. libro 7, 24.
Infanti melimela dato, fatuasq; mariſcas.
Plinius libro. 23 cap. 6, 4.
Melimela rubere Horat. 2, Serm. Sat 8 1,
Poſt hæc me docuit melimela rubere minorem
Ad Lunam delecta.
MELINVM] Apiaſtrum, Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 16. his verbis, Et ortum habuiſſe, ac reliquum thymo & cythiſo obſcuiſſe & apiaſtro: quod alij meliphyllon, alij meliſſophyllon; quidam melinum appellant.
MELINVM] Oleum: ex flore malorum. Plin. lib, 21, cap. 6. 3, Fit & oleum ex his, quod melinum vocauimus, quoties non ferint in humidis nata.
¶ Melinum: *Vnguentum*. Plin. lib. 13, cap. 1, 4. Poſtea eodem loco prælatum eſt melinum; Cyprinum in Cypro.
¶ Melinum: *Coloris candidiſſimi ſpecies*. Plin. lib. 35, cap. 6, Melinum candidum & ipſum eſt; optimum in Melo inſula. Plaut. Moſtel 4, 106.
¶ Melina: Genus veſtis, apud Plautum in Epidico, 2, 21,
— vbi ergo eſt: niſi ſi in vidulo,
Aut ſi in melina attuliſti.
Eſt item genus tibiæ, acutiſſimi ſoni: vt Feſtus ait.
MELIOR, MELIVSCVLVS] Vide BONVS.
MELIPHYLLON] Nomen herbæ. Varro libro 3, de Re ruſt. cap. 16. Virg. 4, Georg. 13.
Trita meliphylla, & cerynthe ignobile gramen,
MELIPONTVS] Melipontus finis. Cato cap 68.
MELIS] Animal, quod & Taxus dicitur. Plin. lib. 8, cap. 38, 2 Varro 3, de Re ruſt cap. 12, 3. Alterumve felis, aut melis, aliave quæ beſtia intrare poſſit.
MELISSOPHYLLVM] Plin. libro 20, cap. 11, 4. Apiaſtrum Hyginus quidem meliſſophyllon appellat. Virgilius per ſyncopam dixit, 4. Georgius. 13.
Trita meliphylla.
MELITES] Gemma eſt mali coloris: vt inquit Plinius libro 31. cap. 11.
MELITITES] Plin. libr. 36 cap. 19, Melitites lapis ſuccum remittit dulcem, mellitumq; tuſus.
¶ Melitites: Potio ex muſto & melle facta. Plinius libro 22, (cap. 24, 8.
MELITVRGVS] Vide MEL.
MELLA] Aqua è melle ſic fieri ſolita, vel potiùs è ceris, quibus adhuc nonnihil mellis adhæreſcebat. Colum. libr. 12, cap. 11.
MELLARIVM, MELLARIVS, MELLATIO, MELLIFICATIO, MELLIFICO, MELLIVS] Vide MEL.
MELLIGO] Succus è lacrymis arborũ, ſiue florum, quem apes deuorant. Plin. lib. 11, cap. 6, 2.
Melligo, *pro quocunque ſucco floreſcentis fructus adhuc, atque immaturi*. Plin. libr 12, cap. 27, 1, In prima lanugine demetitur vua, eiusque melligo.
MELODES] Vide MELOS.
MELOMELI] Colum. lib. 12, cap 45, 3, vocatur; quum mala maturiſſima, integra, ſine macula, in lagena in melle ſubmerguntur.
MELOS] Cantus ſuauitas, vel dulcis modulatio. Perſ in Prolog. 3, Cantare credas Pegaſeium melos. Quint. libro 1, Inſtit. de muſica.
Longum melos. Horat. 3, Carm. Ode 4, 1.
¶ Mele: carmina & modulationes. Lucretius libro 2, 83.
— æquè
Ac muſæa mele per chordas, organici quæ
¶ Momentoſus Quint. Declamat. 13, Nunc verò differendũ mihi eſt, quàm momentoſa ſit huius animalis rapina.
MONAVLOS. ] Tibia ſimplex. Plin lib. 7, cap. 56, 13. Monaulum (id eſt, vnicám & ſimplicem tibiam) Mercurius inuenit. Martial. lib. 14. 69,

Sæpè duas pariter, ſæpè monaulum habet.

MONEDVLA. ] Auis, dicta, quòd monetá furetur. Plin. lib. 17, cap. 14. 1, Tradunt & monedulam condentem ſemina in theſauros cauernátum, eiuſdem rei præbere cauſas. Idem lib. 10, cap. 29, 2.
Nigra pedes, nigris velata monedula pennis. Ouidius 7, Metamorph. 94.
MONEO. ] Pluribus monere. Quint. lib. 5, cap. 13, 17.
Sermone crebro. Claud. 7, Paneg. 53.
Setis monuere periclis. Sil. lib. 6, 58.
Fideliter multa monere. Ouid epiſt. 21, 14.
At quantò meliora monet? Horat. 1. Serm. Satyr. 2, 15.
Moneo te hanc rem. Terent. Andr. 5. 4, 15.
Falſâ moneri. Ouid. 19, Metam. 85.
Monuit mihi illud. Plaut. Trucul. 15, 12.



Moneo ne. Terent in Prolog. Eunuch. 16,

Is nec erret, moneo, & deſinat laceſſere.

Moneo quid facto vſus ſiet. Terent, Adelph 3, 3, 75.
Moneo vt. Terent. And. 5. 4. 1,

Mitte orare, vna harũ quęuis cauſa me, vt faciã, monet.

Monere aliquem vt veniat ad cœnam. Terentius Heauton. 1, 1, 117.
Immortalia ne ſperes monet annus, & almum. Quæ rapit hora diem. Horat 4, Carm. ode 7, 2.
¶ Monendo. Horat. in Arte, 70,

Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci,
Lectorem delectando, pariterq; monendo.

¶ Moneris, *pro Monueris*. Pacuuius Armorum iudicio : Dic quid faciam; quod me moneris, effectum da. Idem Chryſide: Dij monerint meliora.
¶ Monitus: Participium.
Monitus, multumq; monendus Horat. 1, epiſt 3, 3.
Sed tamen vt monitus caueas. Horat. 2 Serm. Satyr. 1, 16.
Moniti meliora ſequamur Virg 3, Aen. 38.
Exemplo monitus Ouid. 3, Metam. 147.
¶ Moniturus. Propert. lib. 1, eleg. 14. 9,

Quis ego nunc pereo, ſimiles moniturus amantes.

¶ Monitum. Aduertere animos monitis. Ouidius 15, Metamorphoſ 28.
Cœleſtibus diffidunt monitis Ouid. 1, Metam. 80.
Hęc quoq; pars monitis erudienda tuis Ouid. 3. de Arte, 10.
Diuûm monitis exterrita acies. Virg. 3, Aen. 101.
Parêre monitis Ouid. 3, Faſt. 152.
¶ Monitus: Verbale.
Vatum monitus Ouid. epiſt. 16, 48.
Diuinus monitus Ouid epiſt. 15, 4.
Fidelis. Ouid. 13, Metam. 256.
Læuus. Iuuen. Satyr. 14, 23.
Occulti deorum monitus. Ouid. 3, Faſt. 34.
Terrifici. Valer. 1, Argon 6.
Terribilis monitus. Virg. 4, Aeneid. 93.
Necdum etiã reſponſa deûm, monitusq; vetuſti Exciderãt. Stat. 5 Thebaid. 29.
Finierat monitus. Ouid. 1. Faſt. 46.
¶ Monitor. Terent Phorm. 2. 1. 4,

O facinus audax, o Geta monitor!

Monitor non exauditus. Horat. 1, epiſt.
Externus monitor. Stat 5. Syl 2.
Aſper iuuenis monitoribus. Horat. in Arte, 33.
Monitores: Quintil. lib. 6, cap. 1. vocat, qui iura ac fori conſuetudines oratoribus ſubmiſſâ voce ſuppeditabant.
Monitor: *Vocator ad cœnam*. Terent. Heaut. 1. 1. 119,

Nihil opus fuit monitore: iamdudum domi
Præſtò apud me eſſe aiunt.

¶ Monitorius Fulmen monitorium, Senec. 2. Nat. quæſt.
MONERIS ] Nauis, quæ vno remorum ordine ducitur. Liuius Decad. 4. libro 8. Neve plures, quàm decem naues actuarias, nulla quarum plus quàm triginta remis agatur, habeto: neve monerem ex belli cauſa, quòd ipſe illaturus erit.
MONETA. ] Martial. lib. 1. 135.

Et centum numeros nouæ monetæ.

Adulterina moneta. Vlp. in l. ſacrilegij ff. ad leg Iuſ. pecul.
Moneta, *metaphoricè*. Proferre aliquid ex noſtra moneta, *id eſt, excogitare noſtro ingenio* Senec. 3. de Benefic.
¶ Monetalis. Apuleius de Aſino: Plotina precioſiſſimis monilium, & auro monetalizonis refertis incincta.
Monetales Triumuiri, dicti ſunt, vt ſcribit Pomponius Iureconſ. æris, argenti, atque auri flatores. de origine iuris, l. 2. §. deinde.
MONILE. ] Ornamentum, de collo virginum pendens. Ouid. 10, Metam. 53,

Dat digitis gemmas; dat longa monilia collo.

Virgilius 1, Aeneidos 132,

—colloque monile
Baccatum, & duplicem gemmis auroq; coronam.

Aurata monilia ornabant collum. Ouid. 5, Metam. 11.
Gemmata monilia Claud. de bello Get, 126.
Lunata. Stat. 19, Theb. 138.
¶ Monile: *etiam equorum*. Virg. 7. Aen. 56. de equis Latini:

Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent.

Gellius lib. 5, cap. 5. Equitatumq́; frenis, ephippijs, monilibus, phalerisq; præfulgentem.
MONIMENTVM, vel MONVMENTVM ] Plaut. Rud. 22. 27,

—& ego vrbi Gripo indam nomen;
Monimentum meæ famæ, & factis.

Monumenta, *pro ſcriptis*. Plin. lib. 8, cap. 44. 3, In plurium Græcorum eſt monumentis.
Monumentum & pignus amoris. Virgil. 5, Aen. 115. Terent. Eunuch. 4. 6. 15,

Abi tu, ciſtellam Pythia domo effer cum monumentis.

Carmina, formæ alicuius monumēta. Proper.lib.3.eleg.2,4.
Ingeniorum monumenta. Quint.lib.3,cap.7,12.
Vtriuſque linguæ. Plin.lib.12,cap.1.8.
Monumentum eius pugnæ. Liu.1 ab Vrbe,55.
Scriptorum monumenta. Colum in Præf.lib.10.
Stirpis monimenta. Ouid.1, Metam.33. Horat.1.Carmin. ode 2,3.
Abolere monimenta alicuius, Virg.4,Aen.100.
Commonefacere aliquem bubulis monumentis. Plautus Stich.3.6.hoc eſt,loris.
Exigere monimentum Hrat 3 Carm ode 30,1.
Quanta potes, præbe noſtræ monumenta ſaluti. Ouid.4.de Ponto,eleg.13,10.
Proijcere monimenta. Taci.lib.20.
Relinquere alicui Virg 6,Aeneid.103.
Veterum voluens monimenta virorum. Virg 3,Aen.21.
¶ Monumentum, *pro ſepulchro.* Quint lib 7,cap.4,Ille potuit, vel ex loco tumulum, vel ex opere tumultuario ſuſpicari, non eſſe monumentum.
Auita monimenta. Ouid 13,Metam.106.
Exſtruere monumenta Senec.Octau.4,20.
Sequuntur hæredes monumentū. Horat 1.Serm.Satyr.8,3,
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat; hæredes monumentum ne ſequerentur.

MONOCEROS.] Animal. Plinius lib.8, cap.21. Aſperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo ſimilem, capite ceruo, pedibus elephanto, caudâ apro, mugitu graui; vno cornu nigro mediâ fronte cubitorum duûm eminente.

MONOCHROMATOS.] Monochromata Plinio dicuntur, ſingulis coloribus depicta, lib 35, cap.8,3. Quod ſi recipi neceſſe eſt, ſimul apparet, multò vetuſtiora principia eſſe, eosq; qui monochromatis pinxerint; quorū ætas non traditur Idem libro 33, cap.7.5. Cinnabari veteres quæ etiam nunc vocant monochromata, pingebant.
¶ Monochromateus. Plin lib 35, cap.5.1, Qui monochromatea genera picturæ vocauerint.

MONOCOLVS.] Vnimembris Solinus capit. 51. Legimus monocolos ibi quoq; naſci, ſingulis cruribus, & ſingulari pernicitate.

MONOCVLVS.] Firmicus lib 8, cap.19 Tertia pars Arietis ſi in horoſcopo fuerit inuenta, erunt ſurdi, monoculi, ac ſtolido fatuitatis ſtupore cōfecti. Rurſus ca.22, Inter Cancri oculos quicunq; horoſcopum habuerit, monoculus erit, aut omni lumine priuatus. Et capite 27. Infra ſagittarij caudam nati, monoculi erunt & ſtrabones.

MONOPODIVM.] Menſa vnico pede fulta. Plin.lib 34,capit. 3.4, Nam triclinia ærata, abacosq; & monopodia, Cn. Manlium Aſiâ deuictâ primùm inuexiſſe triumpho ſuo, quem duxit vrbis anno 567. L. Piſo author eſt. Liuius 9.bell.Macedon. 23.

MONOPOLIVM] quum penes vnū vendendi eſt poteſtas. Plin.lib.8,cap.37.5, Magnum fraus & ibi lucrum monopolio inuenit. Plautus: Habes murrhinam & calamum; potes monopolium inſtituere.

MONOPS.] Feræ genus, Pæoniæ peculiare, magnitudine tauri. Aelianus lib 7, cap.8.

MONOSCELI.] Homines Indici, ſingulis cruribus. Plinius libro 7,cap.2.

MONOXYLON.] Nauigium ex ligno integro factum. Plin. lib.6,cap.23,15 Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becaren conuehunt, vocatur Cottona.

MONS.] Acumen montis. Ouid.12,Metam.68.
Cacumen ſublime. Ouid.1,Metam.134.
Capita aſpera. Virg.6, Aeneid 72.
Montium ſyluarumque clamor. Horat.3. Carm.ode 29,8.
Obiectus montis. Tacit lib.4.
Profunda montium. Tacit in vita Agricolæ.
Saxoſi montis ſcopuli. Sil.lib.7,72.
Abrupti montis latus. Senec.Herc.Oeth.9,8.
Aërius mons. Virg.8,eclog.12.
Alti montes. Virg 3, Aen.129. Ouid 1,Metam.27.
Anhelus mons. Claud.3.de raptu Proſerp.77.
Ardui montes Horat.1,Carm.ode 29,3.
Auij Horat.1. Carm.ode 23,1.
Cani Virg.1. Georg.9.
Caui. Ouid.11,Metam.119.
Continui. Horat.1. epiſt 17,1.
Deuexi. Valer.3.Argon.139.
Deuſto monte Cælio. Tacit.lib.4.
Feri montes. Virg.5.eclog.6.
Fracti Ouid.1,Faſt.113.
Gelidi. Claud.3 Paneg 53, Ouid.1, Metam.139.
Inaceſſi. Claud. de bell.Get.65.
Intonſi Virg.5,eclog 13.
Lapidoſi. Ouid.1,Metam.9.
Magni. Virgil.2,Georg.52.
Nemoroſi. Ouid 3.de Arte,86.
Nubiferi. Silius lib 4,1.
Rupti. Lucan.lib.1,13.
Saxoſi. Virgil 2,Georg.23.
Summi. Virg.3, Aeneid.132.
Supremi Virg 4,Georg.92.
Tumidi. Ouid.2, Amor.eleg.16,11.
Vmbriferi. Silius lib.13,45.
Abdidit ſe montes lupus. Virg.11, Aeneid.162.
Abeuntque in nubila montes. Nimbis obſcurantur. Silius lib.3,100.
Amnis montes decurrentes Horat.4 Carm ode 2,1.
In montibus errare. Virg.6,eclog.11.
Montes vlulatibus implent Ouid.4.Faſt 91.
Mons lapſu inclinat ad æquora. Stat.1,Theb.66.
Abſciſſo Nereus interluit æquore mōtes. Claud. 1. de rapt. Proſerp. 29.
Totus circùm mouetur mons. Virg 3, Aen.19.
Nutare montem ſyluis Silius lib.8, 106.
Occurrit mons Quintil.2,cap.13,3.
Parturient mōtes; naſcetur ridiculus mus. Horat.in Arte,29.
Arduus mons duobus verticibus petit aſtra Ouid. Met.64.
Ex vrbe ſe in montes remouere. Horat,2,Serm.Satyr.6,3.
Remugit mons Virg.12, Aen 186.
Prominentia montium reſiſtunt Tacit.lib.2.
Riget ardua montis ætherij facies. Silius lib.3,97.
Mater ad inſani ſcandebat culmina mōtis Stat.11,Theb 64.
Congeſtos montes ſtruere ad ſidera. Ouid.1.Metam.1.
Superant montes, & flumina tranant Virg.3,Georg 54.
Præruptus aquæ mons Virg 1,Aeneid.22.
Montes frumenti Plaut.Pſeud.4.6.
Montes mali Plaut Merc.12,32.
Monteis aureos polliceri Terent.Phorm 1.2.18,
—is ſenem per epiſtolam.
Pellexit; modo non monteis auri pollicens.
Perſius Satyr 3.7,
—Magnos promittere montes.
¶ Montanus Qui ex monte eſt. Montanus ſal. Colum.libro 6,cap.17,5.
Antra montana. Ouid.11,Metam.30.
Montanus: *Qui in montibus habitat.* Cæſar,lib.1.bel.Ciuil. Et Plin.6,cap.20,3.
Armenta montana. Ouid.1.de Arte,61.
Feræ montanæ Ouid.2,Faſt.44.
Rapidus montano flumine torrens. Virg.2,Aeneid.61.
Montana nunc ſunt omnia. Plin.lib.5,cap.27,10.
¶ Montana *ſubſtantiuè.* Liu.lib.1.bell.Pun. Peruentum indè ad alium frequentem, vt inter montana, populum.
¶ Montoſus. Plinius: Naſcitur in montoſis & aſperis: aliquando & herboſis.
Montoſus locus. Cæſar 1 bel Ciuil.246.
¶ Montiuagus. Montiuagi curſus. Sil.lib.3,110.
Dea montiuaga: *Diana.* Stat.1.Achilleid.90.
Feræ montiuagæ. Lucret.lib.2,82.
¶ Monticola Ouid.1,Metamorph.39,
Et Nymphæ, Satyriq;, & monticolæ Syluani.

MONSTRO.] Oſtendo, indico.
Indice monſtrare digito Horat.2.Serm.Satyr.8,6.
Prætereuntium digito monſtrari Horat.4 Carm.ode 3,5.
Viam monſtrare. Virg.1,Aen.78.
O ſi vrnam argenti ſors quæ mihi monſtret! Horat.2. Serm. Satyr.6,1.
¶ Monſtrare: *pro Docere.* Plin lib.19,cap.10,3. Monſtrare remedium.
Inulas ego primus amaras monſtraui incoquere. Horat. 2. Serm. Satyr.8,11.
Delinimenta vitæ alicui monſtrare Tacit.lib.15.
Cæcus iter monſtrare dicitur: quum quis rudis docto conſulere conatur Horat.1.epiſt.18,1.
Et vitæ monſtrata via eſt Horat.in Arte,82.
¶ Monſtrare: *pro Probare.* Vlp.in l.1.§.qui aduer.ff.de poſtulando: Qui aduerſus ea feciſſe monſtretur.
¶ Monſtrans. Stat.3.Sylu.3,8.
—venturosq; tuus durabit in annos
Me monſtrante dolor.
¶ Monſtratio. Terent. Adelph.4.6.2,
Defeſſus ſum ambulando: vt, Syre, te cum tua
Monſtratione magnus perdat Iuppiter.
¶ Monſtratus: Verbale. Senec.in Conſolat.ad Martiam. Vtq; ignotarum vrbium monſtratus nouo hoſpiti gratus eſt.
¶ Monſtrator. —vnciq; puer monſtrator aratri. Virgil.1, Georg.4. Tacit. de moribus German, Qui nuper hoſpes fuerat, idem monſtrator hoſpitij, & comes.
¶ Monſtrabilis. Plin.epiſt.107.lib.6, Eſt enim probitate morum, ingenij elegantia, operum varietate monſtrabilis.

¶ Monſtrum: præter naturam editum aut procreatum.
Biforme monſtrum. Ouid.8.8, Metam.32. de Minotauro.
Deteſtabile. Iuuen. Satyr 15,13.
Fatale Horat. 1. Carm. ode 27,5.
Horrendum & dictu mirabile. Virg. 3, Aen. 6.
Immane. Sil. lib. 13,40.
Infame Stat 11, Theb. 116.
Infœlix. Virg. 2, Aen. 49.
Noua monſtra. Horat. 1. Carm ode 2,2.
Sæuum monſtrum. Catul. Argon. epigr. 50,20.
Vlterius. Iuuen. Satyr. 9,4.
Immania monſtra perferimus. Virg. 3, Aen. 117.
Nouitate monſtri mouentur. Ouid 11, Metam. 35.
Gigantes terrâ geniti, monſtra dicuntur. Horatius 3. Carm. ode 4,15.
¶ Monſtrum: *pro Prodigio.* Virg. 2, Aen. 35,
  Nec dubijs ea ſigna dedit Tritonia monſtris.
Monſtrum: *quod præter naturam aut deficit, aut excedit.* Terent. Eunuch. 4.4.29,
    —taces?
  Monſtrum hominis; non dicturus?
Monſtrum: *vbi quid occulti vitij latere ſignificamus.* Terentius Andria, 1.5.15,
    —niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor;
  Aliquid monſtri alunt.
Monſtra quis tanta explicet? Senec. Theb. 1,28.
¶ Monſtrum, *pro Monſtratione.* Virgil. 3, Aeneid. 12.
  Monſtra deûm refero.
¶ Monſtroſus Lucan. 1,112.
  Monſtroſiq; hominum partus.
Fabula monſtroſa, turpiſq; relatu. Claud. in Eutrop. 110.
Monſtroſus, *per translationem.* Sueton de claris Grammat. 15. Laſtaurum & lurconem, & nebulonem, popinonemque appellans, & vita ſcriptiſq; monſtroſum.
¶ Monſtrifer. Plin. lib. 6, cap. 30.1, Animalium hominumq; effigies monſtriferas, circa extremitates eius gigni, minime mirum.
Annus monſtrifer. Claud. in Eutrop. 1.
Monſtriferos agit vnda ſinus. Lucan. lib. 5,124.
Tumultus monſtrifer. Lucan. lib. 2,1.
¶ Monſtrificus. Plin. lib. 21, cap. 5,4. Inuenta eſt & in his ratio inſerendi, monſtrificis hominum ingenijs.
Artes monſtrificæ. Valer. 6 Argon. 31.
Gemmæ. Plin. lib. 37, cap. 11,7.
Effigies. Plin. lib. 2, cap. 3,2.
¶ Monſtrificabilis. Lucilius libro 26, Nunc ignobilitas his mirum, ac monſtrificabile.
¶ Monſtrificè. Plin lib. 28, cap. 11.18, Equarum virus à coitu in lychnis accenſum, Anexilaus prodidit, equinorum capitum viſus repræſentare monſtrificè.
MONTANVS, MONTIVAGVS, MONTOSVS.] Vide MONS.
MONVMENTVM.] Vide MONIMENTVM.
MORA.] Diſpendia moræ. Virg. 3, Aen. 91.
Annoſa mora. Ouid. 5, Faſt. 29.
Damnoſa. Ouid. 11, Metam. 76.
Immenſæ moræ. Ouid. epiſt 1,17.
Inanis mora Quint. lib. 4, cap. 3,6.
Iniuſta. Quint. in Proœm. lib. 6,13.
Lenta Ouid. epiſt. 2,28.
Noſtri mora longa laboris. Ouid. 12, Metam. 4.
Nec mora vlla eſt, quin eam vxorem ducam. Terent. Andr. 5,6.7.
Tarda mora. Ouid. 2. Amor. eleg. 14,6.
Afferre moram Horat. 2. Serm. Satyr. 14.1.
Caſtigare moras. Virg 4. Aen. 82.
Corripere. Ouid. 9, Metam. 57.
Creare moram. Plaut. Pſeud 5,158.
Dimoue voces moras. Senec Hippolit. 4,46.
Dare moram Terent Hecyr. 1,2,52.
Paruula mora dabitur. Iuuen. Satyr. 10,34.
Ducere moras Quint. lib 4, cap. 2,42.
In longam ducere verba moram. Propert lib. 1, eleg. 10,2;
Effugere moras. Quint lib 4, cap. 2,79.
Ne fabricate moras. Sil. lib. 16,134.
Moram facere libidini. Liu. 7. bel Pun. 1.
Ferre moras Ouid 6, Metam. 94.
Non tulit illa moram. Ouid. 10, Metam. 99.
Fit mora Horat. 3. Carm. ode 14,5.
Frangere moras portarum. Stat. 10, Theb. 39.
Innectere moras. Stat 5. Theb. 149.
Breui moram largiri alicui. Seneca Troad. 8,5.
Corda moras nectunt. Valer. 3. Argon. 75.
Obſtat mora. Virg. 1, Aen. 150.
Limæ labor & mora poetas offendit. Horat. in Arte, 54;
Pellere moram. Ouid. 10. Metam. 131.
Pone moras, & ſtudium lucri. Horat. 4. Carm. ode 12,5.



Præbere moras. Senec. Herc. fur. 7,10.
Quærere. Ouid. 2, Metam. 93.
Conſulta moras extrema recuſant. Sil. lib. 7,65
Rumpe moras omnes. Virg. 9, Aen, 3.
Segnes rumpe moras. Virg 3, Georg 9.
Mora fui illi rei. Terent. Adelph. 4,5,79.
Moræ eſſe Plaut. Amph. 11,15.
In mora eſſe. Terent. And. 3.1.9,
  Sed ſequere me intrò: ne in mora illi ſis.
Mora eſt Plaut Capt. 14 6,
  Nam ſi alia memorem; quæ ad ventris victum conducunt, mora eſt.
Iamiam nulla mora eſt; ſequor, & quà ducitis, adſum. Virg. 2, Aeneid. 141.
Non eſt mora libera nobis. Ouid. 2, Metam 29.
Res magna preciumq; moræ erit. Virg 9. Aen. 43.
Ne ſit mora. Terent. Adelph. 2.1.17,
  Ne mora ſit, ſi innumero, quin pugnus continuò in mala hæreat.
In me eſt mora. Terent. And. 2 5.9,
  Neq; iſtic, neq; alibi tibi vſquā erit in me mora. id eſt, Paratus ſum quod vis facere.
In me mora non erit vlla. Virg. 3, eclog. 11.
Per te eſt mora. Terent And. 3,4,14.
Quæ tantæ tenuère moræ? Virg. 2, Aen 57.
Tenuit mora nulla vocatos Ouid 1, Metam. 34.
Néve moram timeas; tempus quod quærimus inſtat. Ouid. de Ponto, eleg 3,17.
Tollere moram iudicandi. Quint. lib. 4, cap. 4,4.
Trahere moras. Virg. 10, Aen 178.
Trahere moram, & tempora differre. Ouidius 9, Metamorphoſ. 154.
Trahere tot moras Virg. 10, Aen. 178.
Haud mora conſilijs, nec iuſſa recuſat Aceſtes. Virgilius 5, Aeneid. 156.
Nuſquam mora. Virg. 4, Georg 17.
Nec mora, nec requies. Virg 3, Georg. 22.
Mora, *aliud ſignificat* apud Celſum lib 8, cap. 10. de crurum femorumq; fractorū curatione Is canalis & inferiori parte foramina habet, per quæ ſi quis humor exceſſerit, deſcendat: & à planta moram quæ ſimul & ſuſtineat eam, & delabi non patiatur: & à lateribus caua, per quę loris datis mora quidem crus femurq; vt collocatum eſt, detineat.
Mora, *pro Luce æſtiua.* Virg. 1, Aeneid 150,
  Quæ tantum Oceano properant ſe tingere ſoles
  Hyberni: vel quæ tardis mora noctibus obſtat.
¶ Moramentum. Apuleius in Flor. Hiſce igitur moramentis omnibus, qui volūt equitare, aduectorem ſibimet equum deligunt.
MORATVS.] Vide MOS.
MORBVS.] Animi morbus. Salluſt in Cic. 1. Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, ſi te ſcirem iudicio magis, quàm morbo animi petulantiâ iſtâ vti.
Inſignia morbi. Horat 2 Serm. Satyr. 3,51.
Immanes morbi Lucret. lib. 2,94.
Leuiores morbi. Quint. lib 2 cap. 3,5.
Maior morbus. Celſus lib 3, cap. 23.
Miſſus ad corpora à numine Iuuen Satyr. 13,25.
Moroſus. Ouid. 2. de Arte, 65.
Pallentes morbi. Virg 6, Aen. 55.
Regius morbus. Horat. de Arte, 42.
Sonticus. Plinius eo nomine morbum comitialem intellexit, cùm ita ſcripſit de lapide gagate: Deprehendit ſonticum morbum.
Teter. Catul de Lesbia, epigr 71,5.
Tremens Seneca Herc fur. 9,16.
Affectus morbo. Lucret lib. 1,27.
Anni tempora morbos apportant. Lucret. lib. 5,45.
Aſſurgere è morbo. Tacit. lib. 18.
Mentis morbo aliquo calere Horat. 2. Serm. Satyr. 3,16.
Oſſa morbo collapſa. Virg. 3, Georg 97.
Graues morbo nequeunt conſurgere. Ouidius 7, Metamorphoſ. 116.
Contaminatus grex morbo turpium virorū. Horat. 1. Carm. ode 37,6.
Morbi corripiunt corpora. Virg 3. Georg. 95.
Crudeſcere cœpit morbus in proceſſu Virg. 3, Georg 101.
Curare morbos. Quint, lib 2, cap 1,5.
Triſtes euincere morbos Tib. 4, eleg. 11,1.
Animæ non euolitant morbis. Lucret. lib. 3,147.
Exaſperatur morbus Celſus lib. 2, cap. 14.
Facere morbum. Celſus in proœm. lib 1.
Iactari morbo. Horat. 2. Serm. Satyr. 3,25.
Implicitus morbo. Lucret. lib. 6,248.
Incutere morbos. Lucret. lib. 6,155.
Languebant pleraq; morbo. Lucret lib. 6,246.

Mederi morbis.Quint.lib.1,cap.10,5.
Moriturus inerti morbo Ouid.7,Metam.118.
Nec tibi vis morbi nocuit. Ouid.1. Amor.eleg 14,8.
Venienti occurrite morbo. Perſ Satyr.3,7.
Perire morbis Horat 2 Serm Satyr 3,32.
Exſangui ſqualebant corpora morbo. Ouidius 12, Metamorphoſ.126.
Acuto morbo tentantur renes. Horatius 2. Sermon. Satyra 3,38.
Reliquiæ morborum lentæ. Celſ.lib.2,cap.15.
Vnde ſint morbi. Celſ in Præfat.lib 9.
Morbus in ſummo incremento. Celſ.lib.3,cap.8.
Longi morbi.Celſ.lib.3,cap.1.
Recentes. Celſ.lib.3,cap 14.
Regius morbus. Celſ lib.3,cap.24.
Vetus Celſ.lib.3,cap 26.
Leuatur morbus.Celſ lib.2,cap 8.
Mutare morbum. Celſ lib 3, cap.9. In hoc caſu medici cura eſſe debet,vt morbum mutet.
Opportunus morbo. Celſ lib.1,cap.5.
Occupat morbus Celſ lib 5,cap.27.
Subſiſtentes morbi. Celſ.in Præfat.lib.1.
Suſtinere morbum.Celſ.lib.2,cap 8.
Teneri morbo. Celſ.lib.2,cap 17.
Tollere morbum.Celſ.in Præfat.lib 7.
Tranſire ad morbum Celſ lib 3,cap.19.
Vacare morbo.Celſ lib 3, cap 22.
Vacare à morbis. Celſ.lib.2,cap.1.
Morbus vincit medicamenta.Celſ.lib.7,cap.33.
¶ Morbidus. Varro 3 de re Ruſt cap.16, 7.Aut quum ſunt apes morbidæ,propter primores vernos paſtus.
Morbida vis.Lucret.lib.6.220. Idem:
—fit morbidus aer.
¶ Morboſus. Cato cap.2.4,Ferramenta vetera,ſeruum ſenē, ſeruum morboſum,& ſi quid aliud ſuperſit,vendat.
MORDEO.] Dentibus corripio. Ouid 9,Metam.15,
—ium deniq; tellus
Preſſa genu noſtro eſt,& arenas ore momordi.
Mordere humum Plaut Merc.18,9.
Mordere herba dicitur ſapore acri. Plinius lib.12,cap.19,10. Sic lib.22,cap.14,1 Mordens folium.
Aeſtus momordit oleam.Horat.1.epiſt 8,1.
Amnis mordet rura aquâ.Horat.1. Carm ode 31,8.
¶ Mordere: *per translationē, Detrahere alicui.* Terent.Eun.3.1.21,
—inuidere omnes mihi,
Mordere clanculum:ego non floccipendere.
Iniquo dente mordere.Ouid.4.Triſt eleg 9,25.
Dente inuido mordeor.Horat 4. Carm.ode 3,4.
Morderi dictis Ouid.1.Triſt.eleg.1,5.
Opprobrijs falſis Horat.1.epiſt 17,8.
Non mordenda tibi turba fidelis erat. Ouidius 4.de Ponto, eleg.14,10.
Mordere: *Pungere.*
Frigora mordent parum cautos. Horatius 2. Sermon. Satyr.6,9.
¶ Morſus: Particip. Plin.lib.29,cap.3,Datur morſis à rabioſo,ne rabidi fiant.
¶ Morſus: Verbale.
Funeſto morſu ſaucius.Ouid.11 Metam.75.
Fero conſumite viſcera morſu. Ouid 4.Metam.23.
A pecoris morſu frondes defendite noſtras. Ouidius 9,Metamorph.77.
Nec tu menſarum morſus horreſce futuros. Virgilius 3, Aeneidos,79.
Inferre morſus alicui.Ouid 11,Metam.12.
Leo parat morſus. Senec Herc.fur.11,11.
Premere morſu Lucret lib.3,133.
Vaſtis morſibus prædam leo premens. Senec. Troade,9 13.
Vnci morſus.De anchora.Lucan lib.3,139.
¶ Morſus: *coniunctio & nexus, vbi lorica cum fibulis connectitur.* Sil lib.7.126,
Strage ſuper lapſus ſocium, quà fibula morſus
Loricæ crebro laxata reſoluerat ictu.
¶ Morſus, *pro Liuore morſiunculorum.* Lucret.lib.4 219,
Blandaq; refrænat morſus admiſta voluptas.
Sopitus necis morſus. Sil lib. 13,55.
¶ Morſus: *pro Inuidia & detractione.*
Inſequi morſibus aliquem. Ouid.13,Metam.115.
Acres incitare morſus. Catul.ad paſſerem Lesbiæ,epigr.2,1.
Incitat & morſus error vterq; pares Ouid.epiſt.18,23.
Venerari morſu.Horat.1.epiſt 14,8.
¶ Morſiuncula. Plaut Pſeud.3.65.
Compreſſiones arctæ amantium compares,
Teneris labellis,molles morſiunculæ.
¶ Mordax. Plautus Truc 8.1,
Num tibi iam amabo, ianua eſt mordax mea, quò introire
Metuas,mea voluptas?

Ferro mordaci icta pinus. Horat 4. Carm.ode 6,2.
Mordax folium. Plin.lib.16,cap.24,3.
Mordax vis.Plin.lib.9,cap.45,1.
Liuidus & mordax Horat 1. Serm Satyr.4 19.
Non ego mordaci diſtrinxi carmine quenquam.Ouidius 2. Triſtium,113.
Sollicitudines mordaces.Horat.1.Carm.ode 18,1.
¶ Mordaciſſimus.Plin.lib.17,cap.18,1.
¶ Mordacitas. Plin.lib.21,cap.15,6. Ijs enim omnibus folijs ineſt aculeata mordacitas.
¶ Mordicibus: *pro morſibus.* Plaut. Aulul 7.57. Aſini me mordicibus ſcindant; boues incurſent cornibus.
¶ Mordicùs.Plautus Curc.13.7,
Manum mordicùs arripuit. Varr 2. de re Ruſt. cap. 7. 8.Ille impetum fecit in eum,& mordicùs interfecit.
Diuellere mordicùs agnam. Horat. 1. Serm. Satyr.8,6.
Mordicùs: *Strictim.* Sueton.in Cæſare, cap.64. Paludamentum mordicùs trahens, ne ſpolio potiretur hoſtis.
¶ Morſicatim. Varro: Sicut pulli incedunt, & in bellis morſicatim ludunt.
MORETVM.] Genus libi,ex farina,lacte,vino,caſeo,& herbis confectum Deſcribitur à Virgilio, in eo opuſculo, cui titulus eſt, Moretum.Ouid.4,Faſt.74,
Non pudet herboſum,dixi, poſuiſſe moretum.
MORIBVNDVS.] Vide MORS.
MORIGERO.] Vide MOS.
MORIO ] Stultus. Martial.lib.12,cap 90,
Paruum baſiat vſque morionem.
Idem libro 18,4,
Morio dictus erat;viginti millibus emi.
MORION.] Gemma: de qua.Plin.lib.37,cap.10.
MORIOR.] Vide MORS.
MORMYRA.] Piſcis eſt marinus, varijs coloribus pictus. cuius meminit Ouidius in Halicut. referente Plinio libro 32. capite vltimo.
MOROR.] Terent.Heauton.1.1.120.
Egomet conuiuas moror.
Longius morari in loco aliquo.Propert.lib.3,eleg.20,3.
Longo morari tempore Virg.3,Georg.113.
Morari emori. Catull ad Seipſum, epig 49,1.
Moror ferre.Virg.8.eclog.22.
Conſurgunt nautæ, & magno clamore morantur. Virgil.5, Aeneidos,42.
Per leue morari Horat.2. Serm.Satyr.7,18.
Iter alicuius Ouid epiſt.18,4.
Longa ambage aliquem.Ouid.7. Metam.105.
Longis ambagibus.Horat 1 epiſt.7,17.
Inſequeris tamen hunc,& lite moraris iniqua. Horatius epiſtol. 2,4.
Carmina morantur oculos alicuius aureſque. Horatius 1. epiſtol 13,4
Non moror Terent.Eunuch.3.2,7.
Moratur aliquem pietas curaq; alicuius Hor.1.epiſt.14,2.
Moratur me,quin Plaut.Aulul,22,5.
Ac ne pluribus moremur in re confeſſa. Plin lib.7,cap.49,4.
In paruis morari. Ouid.2.de Arte,107.
Non circa vilem patulumq; moraberis orbem. Horat.in Arte,27.
Morari apud aliquem. Pomp.in l. Quintus §.ad authoritatē. ff de annuis legatis & fideicommiſſ.
Cum aliquo. Scæuola in l annua. ff. de annuis legat. & fideicommiſſ.
Morari ſolutionem. Paulus in l. ſi ſeruum ſtip §. ſed ſi. ff de verbor obligat.
¶ Morari: *Exſpectare.* Lentulus Senatui, lib.12 15.3,Diutiùs morari aut exſpectare præſidium,non neceſſe habui.
Morari. *Habitare.* Cæſ 4.bell.Gall 543.
Quà ipſe inimica in gente moratur Virg.4,Aen 47.
In vrbe morari Ouid.2.de Ponto,eleg.8,2.
In vna ſede Ouid.2,Metam.170.
Sub dio Horat.2.Carm.ode 3,5.
¶ Morari: *Curare, æſtimare.* Liuius 2. ab Vrbe, 104, Ne quis militis, donec in caſtris eſſet,bona poſſideret,aut venderet liberos, nepoteſve eius moraretur Ibidem. lib 4. 180. C. Sempronium nihil moror, quando hoc eſt in imperio cōſecutus,vt tam charus eſſet militibus.
Nihil ne ego quidē moror,quò minus Decemuiratu abeam. Liu.3.ab Vrbe,225.Horat.1.Serm.Satyr 4.13.
Nil moror officium quod me grauat. Horat.2. epiſt.1,54.
¶ Morandi, Morando. Virgilius 10, Aeneid.
Aeneæ ſubijcit mucronem, ipſumq; morando
Suſtinuit.
Cauſas innecte morandi.Virg.4, Aeneid.11.
¶ Morans. Virgilius 4, Georg.15.
—hamq; morantes
Martius ille æris rauci canor increpat.
Tempore longo morans.Virg 3,Georg.113.

Reditum

Reditum alicuius morans. Horat. 3. Carm. ode 5, 12.
Lapſus fluminum morans Orpheus. Horatius 1. Carm. ode 12, 2.
¶ Moratus. Liu. 4 bel. Pun. 187, Et ad duo millia aut moratorum, aut palantium per agros interfecta.
Non multis ille moratus. Ouid. 1. Faſt. 33.
Haud multa moratus dat dextram iuueni. Virg. 3. Aeneidos 122.
Lachrymis & mente morata. Virg 4. Aeneid. 130.
Ira morata. Ouid. 1. Amor. eleg. 8, 17.
Oſcula ſunt labris noſtra morata tuis. Propert. libro 2. eleg 16, 2.
Planta morata expenſa gradu. Propert. lib. 2. eleg. 4, 2.
Vultum diu tellure moratum erexit. Ouid. 14. Metam 22.
¶ Morandus. Fraude aliqua morandus eſt pater. Ouid. 3. Triſt. eleg. 9, 4.
Spectator morandus illecebris, & grata nouitate. Horatius de Arte, 46.
¶ Morator. Liu. 2. ab Vrbe, 190, Quatuorque Tribunorum aduerſus vnum moratorem publici commodi auxilio delectum Coſſ. habent.
¶ Moratorius. Paulus Iureconſ. Quominùs prædium iure pignoris diſtrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur.
MOROS] fatuus. Plaut. Trinum. 10. 43,
Is mores hominum moros & moroſos efficit.
¶ Morari: Inſanire Sueton. in Nerone, cap. 33, Nam & morari eum inter homines deſijſſe, producta prima ſyllaba, iocabatur: multaq; decreta, vt inſipientis atque deliri, pro irritis habuit.
MOROLOGVS, MOROSVS] Vide Mos.
MORPHNVS] Aquilæ genus, circa paludes & lacus vitam præcipue agens. Plin. lib. 10 cap. 3.
MORS] Mors vltima linea rerum eſt, Horat 1. epiſt 17, 16.
Mortes, *pluraliter*. Plinius Iunior epiſt. 169, Confecerunt me infirmitates meorum: mortes etiam, & quidem iuuenum. Plinius auunculus lib. 7. cap. 53. 1, In primis autem miraculo ſunt atque frequenti, mortes repentinæ. Mart lib. 1. 94. Et lib. 3. 22, Mortes blandæ. Quint. Declamat. 1, Contra verbera & experimenta telorum, mortium pertulere patientiam.
Obnoxia morti. Ouid. 14. Metam. 120.
Arbiter mortis. Seneca Herc. fur. 7, 12.
Cupidus mortus. Horat. 2. Serm. Satyr. 2, 20.
Iuſta exſequialia mortis. Stat. 11. Thebaid. 122.
Fax. Ouid. epiſt 20, 35.
Gradus. Horat. 1. Carm. ode 3, 4.
Ianua. Silius lib. 11, 38.
Imago. Virg 7. Aeneid. 74.
Laquei Horat. 3. Carm. ode 24, 2.
Metæ. Virg. 12. Aeneid. 110.
Mora. Ouid. epiſt. 10, 17.
Nigror. Lucret. lib 3, 8.
Fallaces notæ mortis & vitæ. Celſ. lib. 2. cap. 6.
Solamen Ouid. 12 Metam 17.
Acerba mors. Ouid. 14. Metam. 38.
Aegra. Virg 3. Georg. 103.
Amara. Propert. lib. 1. eleg. 18, 4.
Bona. Plin. epiſt. vlt. lib. 2.
Mors quæſtu certior. Col. lib. 1. cap. 3, 2.
Cita. Horat. 1. Serm. Satyr. 1, 2.
Cruenta. Ouid. epiſt. 2, 28.
Deliberata. Horat. 1. Carm. ode 37, 6.
Diſcreta. Ouidius 11. Metam. 140.
Dura. Virg. 10. Aeneid. 159.
Extrema iam in morte. Virg. 2. Aeneid. 90. Ibidem, 11, 170.
Famoſa mors. Horat. de Arte, 95.
Fera. Ouid in Ibin, 80.
Gelida. Ouid. 2. Amor. eleg. 9, 9.
Grauis, immatura, miſera. Quint. lib. 6. cap. 3, 76.
Horrida. Senec. Herc. Oeth. 16, 2.
Indiuidua mors eſt noxia corpori. Senec. Troad. 5, 67.
Indomita Horat. 2 Carm. ode 14, 1.
Inſtans. Silius lib. 8, 29.
Inuidioſior. Ouid. 7. Metam. 123.
Non inuiſa eſt mors iſta mihi. Seneca Octau. 17. 19.
Lurida. Silius. lib. 13, 112.
Merita morte perire. Virg. 4. Aeneid.
Nec opina morte perdere aliquem. Ouidius 1. Metam. 46.
Obita mors. Lucret. lib. 1, 27.
Pulcherrima. Plin. epiſt. 16 e. lib. 3.
Rapax. Tibul. lib. 1. eleg 3, 13.
Sicca. Iuuenal. Satyr. 10, 12.
Turpis. Lucret. lib. 6. 250.
Squalida. Seneca Medea, 10, 1.
Abſtulit clarum cita mors Achillē. Hor. 2, Carm. ode 16, 6.



Accelerare mortem. Lucret. lib. 6, 155.
Accerſere. Lucan. lib. 8. 128.
Loca mortis adire. Ouid. 14. Metam. 25.
Iuſta morte cecidêre Centauri. Horat. 4. Carm. ode 2, 3.
Capere plures mortes. Quintilianus in Milite Mariano.
Honore mortis carentes. Virgilius 6. Aeneid. 67.
Mors atris circumuolat alis. Horat 2. Serm Satyr. 1, 12.
Immiti conſumptus morte. Tibul lib. 1. eleg. 3, 11.
Contemnere mortem. Seneca Herc ſur. 8, 5.
Damnatus morti Lucret. lib 6, 249.
Debemur morti nos, noſtraq;. Hor. de Arte, 13.
Decreta mors eſt. Seneca Hippol. 2, 29.
Demittere aliquem morti. Virg. 5. Aeneid. 139.
Depellere mortem. Ouid. epiſt. 14, 26.
Deprecari. Ouid. 2. Faſt. 21. Et 1. de Ponto eleg 2, 12.
Deuincere. Seneca Herc. Oeth. 12, 8.
Deuota morti pectora. Horat. 4. Carm. ode 14, 4.
Anima dirempta morte. Lucret. lib. 1, 23.
Dare morti aliquem. Hor. 2. Serm. Satyr. 3, 4.
Omnes per mortes animam ſontem dare. Virgil. 10. Aeneid. 171.
Eripere aliquem morti. Virg 12. Aeneid. 32.
Exigere mortem. Seneca Theb. 1, 32.
Pœnam exigere morte. Seneca Agamem. 13, 9.
Mors eximit inſœlicitates. Lucret. lib. 3, 177.
Vulnera non explent mortem. Lucan lib. 6, 42.
Nulla morte nec igni exſuti luctus. Sil. lib. 6, 9.
Manu facta mors. Ouid. in Ibin, 30.
Deſertasq; tulit ſinè Funere mortes. Stat 9. Theb. 6.
Finire dolores morte. Ouid. 1. Metam. 66.
Functus morte. Ouid 11. Metam. 116.
Tormenta malæ conſcientiæ in morte graueſcunt. Lucret. lib. 3, 207.
Habere mortem in procinctu. Quint in Milite Mariano.
Horrere mortem Virgil. 10. Aeneid. 176.
Mors imitata quietem. Stat 5. Syl. 3, 52.
Imperare mortem, & Eripere mortem alicui; *contraria*. Seneca Thebaid. 1, 21.
Mortem ſenioribus imputat annis. Ouid. 15. Metam. 84.
Præſentemque viris intentant omnia mortem. Virgilius 1. Aeneid. 19.
Interire morte. Ouid in Ibin, 61.
Mors res interimit. Lucret. lib. 2, 200.
Inuenire mortem manu Virg 2. Aeneid. 129.
Viam mortis inueniam Senec. Herc. fur 13, 22.
Irrumpere mortes. Ouid. 11. Metam. 108.
Iuncta leniuit morte dolorem. Silius. lib. 17, 96.
Luctari morti. Silius lib. 10, 5.
Minari mortem. Quint lib. 5. cap. 10, 31.
Multi mortem obeunt. Lucret. lib. 4, 205.
Opponere aliquem morti. Virg 2. Aeneid. 26.
Orare mortem. Virg 4. Aeneid 90.
Peragere. Plin epiſt 14. lib. 3.
Perdere mortes. Stat 9. Thebaid. 12.
Indignè morte peremptus. Virg 6. Aeneid. 33.
Pulchram petunt per vulnera mortem. Virg. 4. Georg 44.
Morte boum tellus placanda duarum. Ouid. 4. Faſt. 133.
Nec mihi mors grauis eſt, poſituro morte dolores. Ouid. 3 Metam 95.
Poſcere mortem ſub armis. Silius lib. 10, 12.
Præſtat mors omnia mortuo, quæ viuo. Lucret. lib. 3, 43.
Precari mortem. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2, 12.
Premere aliquem mortibus. Lucan. lib. 7, 172.
Importuna mors omne ſacrum profanat. Ouidius 3. amor. eleg. 8, 4.
Pulchram properat per vulnera mortem. Virgilius 9. Aeneidos 81.
Nec nimio rigida proſtrati morte iacebant. Lucretius libro 6, 241.
Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,
Regúmq; turres. Horat. 1. Carm. ode 4, 3.
Placida morte quieuit. Virg. 9. Aeneid 90.
Reducere aliquem à morte Virg. 4. Aeneid. 75.
Morte aliquid relinquere. Virg 4 Aeneid. 87.
Reſignat lumina morte. Virg. 4. Aeneid 49.
Satisfacere morti Quint. in Pariete palmato: Et an morti ſatisfeciſſet, intellexit.
Miſeram ſolari mortem. Virg. 10. Aeneid 166.
Sternere aliquem morti. Virg. 12. Aeneid 93.
Sternere aliquem ſubita morte Virg 11. Aeneid 160.
Subeſt mors quibuſdam morbis. Celſus libro ſecundo, capite ſexto.
Media iam morte tenetur. Virg. 2. Aeneid. 107.
Tranſire in mortem. Quint Declam 2.
Vadimus haud dubiam in mortem. Virg. 2. Aeneid. 72.
Mors immatura vagatur. Lucret. lib. 5, 45.

Dira mors ante oculos vagatur. Seneca Octau.6,16.
Mors memoriæ. Plin.lib.14.cap.22.5, Hinc rerum omnium obliuio, morsq; memoriæ.
Ab enſe mori. Lucan.lib.2,53.
Iuſſus mori. Virg 3 Aeneid.65.
Immeritus mori. Horat.3. Carm.ode 2,5.
Dulce & decorum eſt, pro patria mori. Horatius 3. Carm. ode 2,3.
Ante diem morior. Ouid.3.de Arte,47.
Per vim mori. Horat.3. Carm.ode 4,3.
Non omnis moriar: multaq; pars mei
Vitabit Libitinam. Hor.3. Carm.ode 3,2.
Acrius mori. Propert lib.2.eleg 3,10.
Inſano amore mori. Ouid.1.de Arte,75.
Curis morior. Tibul.lib.2.eleg.7,11.
Frigore mori. Horat 1.epiſt 18,7.
Letho morière virorum. Stat.9.Thebaid.158.
Quin morere, vt merita es. Virg.4. Aeneid.110.
Meriti morierur gloria veſtri. Ouid.3.de Ponto,eleg.2,6.
Virgæ morientur. Plaut.Capt.11,119.
Vnguentum ſuis horis moritur. Plin.lib.13.cap.3,1.
Moriendo ponere ſenſus. Ouid.1.Triſt eleg.3,20.
¶ Moriens. Lumina morientia. Ouid.9 Metam.79.
Cycno moriente dulcior vocem mouit. Seneca Hipp.3,6.
Digiti morientes. Ouid.5. Metam.24.
Herba moriens. Virg.7 eclog.12. Idem 1.Georg.22.
Lingua. Ouid.2. Amor.eleg.6,10.
¶ Mortuus. Plautus Aulul.21,1.
Hoſpes mortuus. Ouid.5 Faſt.132.
Mortuo verba facere. Terent. Phorm.5.9.16, Verba fiunt mortuo.
¶ Moriturus Crudeli funere moriturus. Virg.4. Aeneid.62.
Denſos fertur moriturus in hoſtes. Virg.2. Aeneid.103.
¶ Moribundus. Fulua moribundum extendit arena. Virg.5. Aeneid.75.
Cui me moribundam deſeris hoſpes? Virg.4. Aeneid.65.
Hoſtia moribunda cecidit. Virg.3.Georg.98.
Ora moribunda. Propert.lib.3 eleg.7,12.
Pectus moribundum. Ouid.12.Metam.14.
Vox moribunda. Stat.8. Thebaid 129.
¶ Mortalis. Acta deos nunquam mortalia fallunt. Ouid.1. Triſt.eleg.2,10.
Animæ mortales. Horat.2.Serm.Satyr.6,19.
Arma mortalia demorari. Virg.10. Aeneid.6.
Corda mortalia. Virg.1.Georg.66.
Corpora Lucret lib.2,132.
Deus quidam mortalis. Quintil.libro 1.cap.10,3.
Facta mortalia. Horat.de Arte,14.
Mortalia demere fila. Ouid. epiſt.22,8.
Forma mortalis. Virg.9.Aeneid.21.
Fulgor ſiderum mortalis. Plinius lib.2.cap.8,2.
Genus mortale. Ouid 1.Metam.53.
Leges mortales. Liu.4 bel.Maced.27, Sic quas tempora aqua deſiderarunt leges, mortales (vt ita dicam) & temporibus ipſis mutabiles eſſe video. Seneca epiſt.64. Legem mortalem vocat mortalium, vel mortalitatis.
Lumen mortale. Quint.libro 5. cap.12.
Mucro mortalis. Virg.12 Aeneid.148.
Opera mortalia. Liu. 1. ab Vrbe,9.
Sermo mortalis. Lucret.lib.5,25.
Vita mortalis. Lucret lib.3,178.
Turmæ mortales. Horat.3. Carm.ode 4,10.
Vulnus mortale. Virg.12.Aen.160.
Vultus mortalis. Virg.1.Aen.67.
Nil mortale loquar. Horat 3, Carm.ode 25,4.
Nec mortale ſonans. Virg.6.Aeneid.10.
¶ Mortalior. Plin.lib.34.cap.14.4, Eâdemq; prouidentiâ nihil in rebus mortalibus faciente, quàm quod infeſtiſſimum mortalitati.
¶ Mortalis: *Subſtantiuè pro homine.*
Aegri mortales. Virg.1 Georg.48.
Turpe deum mortali cedere. Ouid.9.Metam.4.
Tranquilla pace mortales iuuare, dicitur Venus. Lucretius libro 1,7.
Tribuere plus alicui, quàm mortali concedere par eſt. Lucretius libro 4,239.
¶ Mortalitas. Quint.lib.6. in Procem. Feſtinantemq; metû meæ mortalitatis proſtrauit.
Mortalitas mollitiæ. Plin lib.36.cap.22.9.
Mortalitas: *pro hominibus mortalibus.* Plin.lib.2.cap.76.3,
Mortalitas ipſa inuenit ſibi medium quiddam.
¶ Mortualis. Plaut. Aſin.13.63, Hæ ſunt non nugæ, non enim mortualia.
¶ Mortuarium. Domitius apud Gellium: Vos philoſophi, inquit, mera eſtis (vt M. Cato ait) mortuaria gloſſaria. Noct.Attic.lib.18 cap.7.
¶ Mortiſer, ſiue Mortiferus.
Bellum mortiferum. Virg.6.Aeneid.56.
Mortiferus dolor. Celſus lib.5 cap.26.
Mortiferum ferrum. Silius lib.10,29.
Potio mortifera. Quint lib.7.cap.4,6.
Vrtica contactu mortifera. Plin.lib.10 cap.59,3.
Vulnus mortiferum. Liu.2.ab Vrbe,206.
¶ Mortiferè Plin.epiſt.60 a, Aegrotabat mortiferè.
¶ Morticinus: per ſe mortuus. Plinius: Sola hæc auis in eo genere morticinam carnem non attingit. Varro 2. de Re ruſt. cap.9 8, Morticinæ ouis non patiuntur veſci carne.
Morticini: *Pedum claui* Plin.lib.22.cap.23.8, Clauis pedum, qui vulgò morticini appellantur, nitro miſto, antè ſubactum. Subaudi, circumlinitur læſer.
MORSICATIM, MORSIVNCVLA, MORSVS] Vide MORDEO.
MORTARIVM] Vas in quo res reſoluendæ piſtillo teruntur. Plaut. Aulul.5.17,
Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium:
Quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant Plin.lib.12 cap.27.2. Fit & alio modo, quum in mortarijs immatura vua teritur.
Mortarium: *Lacus & conceptabulum, in quo calx, ſiue intrita ſubigitur ſeruaturue* Vitruu. de tectorio loquens, libro 7.cap.3, Græcorum verò tectores, non his rationibus ſolùm vtendo faciunt opera firma; ſed etiam mortario collocato, calce & arena ibi confuſa Plin.lib.36.cap.23.4, In Græcia tectoris etiam arenatum, quod inducturi ſunt, priùs in mortario ligneis vectibus ſubigunt.
MORTICINVS, MORTIFER] Vide MORS.
MORVS] Arbor. Plin lib.16.cap 25,8.
Arbor mori. Plin.lib.16 cap.44,7.
¶ Morum: Fructus mori arboris.
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit. Virg. 6.eclog. 5.
Nigra mora. Horat.2.Serm.Satyr.4,5.
Mora quoque in rubis ſunt; ſed multùm ab his differentia. Colum.lib 5.cap.10.
Excuſſa mora rubetis. Ouid 4.Faſt. 102.
Hærentia mora in duris rubetis. Ouid 1. Metam 12.
MOS] Varro ait, morem eſſe inſtitutum animi, quod ſequi debeat conſuetudo.
Mores, *de equis*. Colum.lib.6. cap. 29.5, Mores autem laudantur, qui ſunt ex placido & concitato mitiſſimi.
Mos obliuiſci hominibus, neque nouiſſe, quoius nihil ſit facienda gratia Plaut Capt.18,8.
Nec mos bellantes vnà ſtabulare. Virg 3. Georg.45.
Mos erat antiquis. Ouid.15. Metam.9.
Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetram. Virgilius 1. Aeneid 68.
Is genti mos dirus erat. Silius li b.16,108.
Græcia principium moris fuit. Ouid.2.Faſt.9.
More. Plaut. Trinum. 14.26, Scuta iacere, fugereq; hoſtis, more habent licentiam.
More ſit. Plaut.Trinum.14,27.
More rotat fundæ. Ouid.4.Metam.104.
More: *pro, De more.* Virg.7.Aeneid. 50,
Hoc Priami geſtamen erat, quum iura vocatis
More daret populis.
Ferarum more Horat.1. Serm.Satyr.3,22.
Degere vitam more feræ. Virg.4. Aeneid.110.
More hominum euenit. Terent.Ant 5.6.3.
More ingenij humani. Salluſt.in Iugurtha.
More noualium proſcindatur terra. Colum.lib.5.cap.13.
More patrum. Virg.3.Georg.36.
Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent. Virg.4. Georgic. 14.
More iſto. Plaut. Bacchid.11,11.
Ad morem. Quint lib.4.cap.1, Materias ſibijpſi fingunt, & ad morem actionum proſequuntur.
De more. Virg.1.Aeneid.65,
Namq; humeris de more habilem ſuſpenderat arcum.
Et circùm Iliades crinem de more ſolutæ. Virg. 3. Aen.13.
Cæſis primùm de more iuuencis. Virg.3.Aeneid 74.
Armenta aſſueto belli de more ſequutur. Sil.lib.7,63.
Comptos de more capillos turpare ſanguine. Virgil. 10. Aeneid. 167.
Ex more. Horat 2.Serm. Satyr.3 56,
Ex more imponens cognata vocabula rebus.
Priſcoq; deos ex more precatus Ouid.15.Metam.119.
In morem. Virg 1. Georg 49,
----perq; duas in morem fluminis Arctos.
In morem ſtagni. Virg.8.Aeneid.18.
Sinuoſo flexu in morem fluminis elabi. Virg.1. Georg 48.
In morem operis componere carmina. Horatius 2.Serm. Satyr. 1,13.

Per hunc morem. Horat.2.epiſt.1,30.
Tempeſtas ſinè more furit. Virg.5.Aen.139.
Qui ſapit innumeris moribus aptus erit. Ouidius 1.de Arte,33.
Incompoſitus moribus. Quint.lib 4.cap.5.8.
Perfectus. Quint.in Procem.lib.1,14.
Argumenta morum. Quint.libro 3,cap 9,15.
Doctus imitator morum. Horat.de Arte,65.
Veritas morum. Quint.lib.6.cap.2,21.
Aequi mores modicis erroribus. Iuu.Sat.14.2.
Moris antiqui homo. Liu 9.bel.Maced.37.
Antiquus mos ſacrorum. Lucret.lib.2,122.
Barbarus mos.Horat.1. Carm.ode 27,1.
Bonus. Plaut.Capt.5,4.
Curui mores. Perſ.Satyr.3,6.
Damnati.Iuuen.Satyr.13,25.
Deductus mos.Horat.4. Carm.ode 4,4.
Feri mores hominum. Seneca Octau.7,10.
Humilis. Stat.3. Sylu.3,30.
Improbus mos. Plaut. Trinum.14,27.
Infandus Stat.4.Thebaid 49.
Intorti mores.Perſius Satyr.5,4.
Non inutilis mos. Quint.libro 1.cap.2,16.
Malignus. Claud.1.Paneg.23.
Pacifici mores. Claud 3 Paneg.31.
Patrius mos. Ouid.6.Metam.130.
Rigidi mores. Ouid.2.de Remed.amor.74.
Solennis ſacrorum mos. Lucret.lib.1,20.
Varius. Virg.1.Georg 51.
Recto more agere aliquid. Horat.2.epiſt.2,27.
Aſtringere mores.Quint.lib.2.cap.2,3.
Bibere mores. Claud.de Nupt.Honorij,47.
Cedere moribus alicuius.Horat.1.epiſt.19,9.
Rebus mores ceſſêre ſecundis. Lucan.lib.1,33.
Pertinet ad faciem rabidos compeſcere mores.Ouidius 3. de Arte,100.
Mendoſos defendere mores.Ouid.2.Amor.eleg.4,1.
Detegunt ſe. Quint.lib.1.cap.3,7.
Nocentiſſimis moribus pernicioſa dare inſtrumẽta. Quint. lib.2.cap.15,22.
Excolere mores. Quint.in Procem.lib.4,3.
Exornare morem communis ſermonis, decore quodam ſcenico. Quint.lib.2.cap.10,9.
Scilicet exſpectas ſolitum tibi moris honorem? Ouidius 3. Triſt. eleg.13,3.
Exſuperas morum nobilitate genus.Ouid.4.Triſt.eleg 4,1.
Nam morem fecerat vſus. Ouid 2.Metam.69.
In faciem moreſque meos noua crimina fingis. Ouidius epiſt. 12,36.
Morem gerere: *Obedire*. Terent. Eunuch.1.2.108, Mos gerundus eſt Thaidi.
Morem gerere animo. Plaut.Amphit.3,131.
Sed gerat ille ſuo morem furioſus amori. Ouid.2.Amor.eleg.2,3.
Mores, quos antè gerebant, nunc quoque habent. Ouid.7. Metam.133.
Pacis morem imponere populis. Virgilius 6. Aeneid. 171. Seruius.
Nouos inducere mores. Stat.12. Thebaid.119.
Hominum mores inſpicere. Horat.1.epiſt.2,4.
Inſtituere mores. Quint.lib.1.cap.2,2.
Ad vitium mores inſtruet inde ſuos. Ouid.2.Triſt.52.
Ornare moribus aliquid. Horat.2.epiſt.1,1.

Si miro perdere more,
Ferre vocatur opem. Ouid.13.Metam.145.

Perdere mores alicuius. Quint.lib.1.cap.2.6.
Perlucent mores, & quodammodo agnoſcuntur ex oratione dicentis. Quint lib 6.cap.2,12.
Permittere morem. Virgil. 1.Aeneid.109.
Hæc melior ſpecie, moribus illa placet. Ouidius 2. Amor. eleg.4,10.
Prætendere vultum & triſtitiam peſſimis moribus. Quint. in Procem.lib.1,13.
Pallentes radere mores.Perſ.Satyr.5,2.
Referre morem aliquem.Virg.5.Aeneid.120.
Morem antiquum. Suet. in Iulio Cæſar.cap.20.
Exemploq; ſuo mores reget. Ouid.15.Metam.167.
Virtutem & mores alicuius repræſentare.Hor.1.epiſt.20.3.
Senſus moreſq; repugnant.Hor.1.Serm.Satyr.3,20.
Seruare morem. Quint lib.1,cap.2,16.
Adumbrare morem alicuius. Curtius lib.10.
Condere mores alicuius gentis. Curt.lib.8.
Pati mores. Plinius lib.36. cap.16,2.
Proſternere mores ciuiles.Plin.lib. 36.cap.13,15.
Traditum ab antiquis morem ſeruare. Horat. 1. Serm. Satyr.4,24.

Regibus hic mos eſt.Horat.1. Serm.Satyr.9,1.
Sacrorum morem tenere. Virg.3.Aeneid.82.
Iam dolor in more venit meus. Ouid.2.de Ponto,eleg.7,8.
Moribus antiquis viuendum. Plaut.Trin.6,16.
Mores cæli.Plin.lib.14.cap.1.2, Succiq; tantùm gratiâ ex his pluribus modis ad cæli mores, ſoliq; ingenia.
Varium cæli prædiſcere morem. Virg.1.Georg.11.
¶ Moratus.Terent.Hecyra,4.4.22,

----ſed quid mulieris
Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?

Fabula rectè morata.Horat.de Arte,65.
Morata ianua.Plaut.Aſin.8,10.
Moratus: *in malam partem*. Plaut.Trucul.4.5,

----noui ego hominum mores:
Ita nunc adoleſcentes morati ſunt.

Morata oratio. Quint,lib.4.cap.2.
Bene moratam diſciplinam obtinere. Col.lib.1.cap.8,16.
¶ Moralitas. Macrob lib. 5. Saturn. cap. 1, Sunt præterea ſtyli dicendi duo; diſpari moralitate diuerſi.
¶ Morigero. Plaut.Capt.5.4,

Ei vos morigerare, mos bonus eſt.

¶ Morigerus. Teren.And.1.5.59,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.
¶ Moroſus. Difficilis & moroſus. Horat.2.Serm.Satyr.5,19.
Moroſa natu, vel naſci, arbor.Plin.lib.16.cap.33,1.Idem libro 17 cap.20,8.
Canicies moroſa Horat.1.Carm.ode 9,4.
Viris. Plin.lib.14 cap 2,7.
¶ Moroſè. Plin.lib.18.cap.13.2, Terram non moroſè eligit, penè vbi nihil aliud ſeri poſſit.
¶ Morologus Plaut.in Pſeud,22.15,

Neque ibi eſſe alium alio odio; ibi nec moleſtum, nec ſermonibus morologis vti.

¶ Moſillus. Paruus mos. Cato.
MOTVS] Vide MOVEO.
MOVEO] Terent. And.4.4.10,

Moue ocyus te: vt, quid agam, porrò intelligas.

Mouere de ſententia.Liu 9.bel.Maced.165.
Mouerit è votis pars quotacunque deos. Tibul. lib. 3. eleg. 7,11.
Mouere in contrarium. Plin lib.11. cap. cap.48.1. Ibidem, cap.18.5, In obliquum.
Mouere ab Vrbe, *ſubaudi caſtra*. Liu.4.bel.Pun.200.
Mouere ſe veſtigio. Liu.1. bell.Pun.164.
Mouere caſtra. Cæſar 1.bell.Gall.160.Sic lib.2,238.
¶ Mouere: *pro, Mutare*. Liu.4.bel.Maced.Adeò nihil motum ex antiquo, probabile eſt veteribus, niſi quæ vſus euidenter arguit.
Mouere ſe ad motum fortunæ. Cæſar lib.2.bel.Ciuilis.
Mouere ancilia. Sueton. in Vitell. Sed & motis, nec dum conditis ancilibus.
Mouere: *pro Remouere*.
Loco mouere verba. Horat.2 epiſt.2,23.
Catulos leænæ mouere. Horat.3.Carm.ode 20,1.
Mouere ſe loco, vel ex loco. Cæſ.3.bel.Gal.411. Liu.4.bell. Macedon.77.
A' gremio alicuius ſe mouere. Catul.de Paſſere, epigr 3,2.
Moue abs te moram.Plaut. Capt.13,21.
Vaſtâ mole mouere ſe. Virg.3. Aeneid.132.
Tali remigio, nauis ſe tarda mouebat. Virg 5.Aeneid.56.
Mouere de Senatu. Liu.9.bel.Maced. 176. Moueri ſtatu. Liu.10 bel Pun.83.
Mouere animum. Virg 3.Georg.105.

Non vmbræ altorum nemorum, non mollia poſſunt
Prata mouere animum.

Lachrymis adamanta mouebis. Ouid.1.de Arte,133.
Aluum vel ventrem mouere: *pro Ciere*. Cato cap. 115. Mart. lib.11.46. Mouere vrinam Plin.lib.20. cap.2.3, Vomitionem. Ibidem.
Quid iuuat ambages præceptaq; parua mouere? Ouid 3. de Arte.130.
Arma mouere. Virg.12.Aeneid.2.

Tum demum mouet arma leo.

Magica arma. Ouid.5.Metam.40.
Ad bellum. Liu. 5.bel Maced.41, Suis quemque ſtimulis mouerent ad Romanum bellum.
Brachia mouere, dicitur equus, quando ſubſilit. Ouidius 2. Metam.134, Edidit hinnitus, & brachia mouit in herbis.
Mouere calculos in vtraq; parte. Plin.epiſt.43.c.
Cantus Virgil.10.Aeneid.33.
Ianua faciles mouet cardines. Horat. 3.Carm.ode 25,1.
Carmen ore mouere. Ouid.14.Metam.5.
Citharam cum voce. Ouid.5.Metam.23.
Curſus pituitæ. Celſus lib.7.cap.7.
Dentes nonnunquam mouentur: Modò propter radicum imbecillitatem; modò propter gingiuarum areſcentium vitium. Celſus lib.7.cap.12.

Dolorem

Dolorem mouere. Celſus lib.7.cap.4.
D ꝍa Iouis mouere deos. Ouid.9.Metam.88.
Faſtidium mouere alicui Iuuenal. Satyr.10,21.
Faſtidia ſtomacho. Horat.2.Serm.Satyr.4,16.
Febrem.Celſus lib.8. cap.16.
Ioui fertum.Cato cap. 34,1.
Fidem.Liuius 5. bel.Maced.
Cerebrum.Seneca epiſt 36.
Se ad nutum fortunæ. Cęſar lib 2.bel.Ciuil.
Controuerſiam. Scæuola in l. vlt.in princip. ff. de pignor. actione.
Fides. Ouid ad Piſonem,25.
Et fila ſonantia mouit. Ouid 10.Metam.18.
Indignationem mouere Liu. 4. ab Vrbe,218.
Inflammationes graues.Celſus lib 8.cap.4.
Ingenium alicuius. Ouid 3.Amor.eleg.11,4.
Labra mouet metuens audiri. Horat 1.epiſt.17,12.
Lachrymas mouere Quint.lib.6.cap.2.
Linguam fero ſtridore.Ouid.9.Metam 13.
Loco mouentur oſſa.Celſus lib 8.cap.2.
Mentionem de re aliqua mouere. Liu.8.bel.Pun.80.
Multa mouens animo.Virg.3.Aeneid.7.
Omne nefas animo mouentes. Horat.3. Carm.ode 4,14.
Nuptias mouere.Terent. And 3.2.36.
Verbis odia aſpera moui. Virg.2.Aen.20.
Mouetur opus.Ouid.4.Faſt.65.
Maius opus moueo. Virg.7.Aen.9.
Ad citharam vocalia mouerat ora. Ouid.5. Metam.67.
Palmam mouet ordine nemo. Virg.5.Aeneid.70.
Quaq; pedem moui. Ouid.5. Metam.127.
Pedem mouerat & protulerat à limine. Iuuenal. Satyr.10,3.
Solennes voce mouere preces. Ouid.6.Faſt.125.
Riſum Horat 1.epiſt.3,4.
Riſum & iocum alicui.Horat.1.epiſt.20,4.
Riſum ſalibus. Claud.8 Paneg.62.
Riſum per varios ſales. Claud.2.in Eutrop.68.
Saxa ſono teſtudinis.Horat.de Arte,80.
Sgna. Virg.1.Georg.48.
Verba lyræ motura ſonum. Horat,2.epiſt.2,12.
Spiritum mouere.Celſus lib.8.cap 9.
Sternutamentum. Celſus lib 8.cap.9.
Stomachum. Plin lib 13.cap.23.1.
Apulum vomitus facit: ſtomachum & aluum mouet.
Sudorem. Celſus lib.2.cap.17.
Quæ voueo, ſuperos motura putabo. Ouid.in Ibin,26.
Rigidam tellurem mouere ſpirante Borea. Virgilius 2. Georg 64.
Vnde mouet tonitrus. Ouid.1 Metam.62.
Tragædias mouere. Quintil.libro 6.cap.1,28.
Tuſſim.Celſus lib.8.cap 9.
Tenui ventos mouiſſe flabello Ouid.1.de Arte,33.
Vomitum mouet bilis.Celſus lib.8.cap.16.
Vrinam mouere. Celſus libro 3. cap.21.
Ego iſtæc moueo, aut curo. Terent Andr.5.4.18.
Mouet me.Papinianus de cond furtiua. l. Parui refert. Nec me mouet: præſens homo fuerit, necne. Caius de damn. infect. l. ſi ædibus. Sed mouet me, quòd ipſe meas ædes reficere poſſim.
Moueri ſuper re aliqua, Virg.10.Aeneid 9.
Serua Briſeis mouit Achillem. Hor.2.Carm.ode4,1.
Nullæ hic inſidiæ tales; abſiſte moueri, Virg.6.Aeneid.80.
Donis moueri. Virg 1.Aeneid.145.
Fletibus.Virg.4 Aeneid 88.
Nil moueor lachrymis Propert.lib.3.eleg.24,5.
Neque enim ſpecie famaue mouetur. Virg.4. Aeneid.34.
Vultum moueri. Virg 6.Aeneid.94.
In omnem affectum mouere aliquem. Quintilianus libro 6.capite 3,72.
Organice & mechanice moueri. Vitruuius.
Mouere ac moliri aliquid. Liu.1. bel.Pun.182.
Mouere: *pro Moueri.* Terra mouere dicitur. Gell.lib.4.cap.6. Sueton in Claud. Cæſare,cap 22, Obſeruauitq; ſedulo, vt, quoties terra in vrbe mouiſſet, ferias aduocatá concioné Prætor indiceret.
¶ Mouendus puluis. Virg.2.Georg 84.
Sollicitanda tamen tellus, puluisq; mouendus.
¶ Mouens. Mouentes res, *pro mobilibus.* Liu. Quod ex ea tãtùm præda, quæ rerum mouentiũ ſit, decima deſignetur.
¶ Motus: Participium. Virg 1 Aeneid.28,
----ſed motos præſtat componere fluctus.
Motus eram dictis. Ouid 4.Triſt eleg 9,5.
Tumultu motus Aeneas. Virg.6.Aeneid.64.
Moti terriculis Liu.4.bel Maced.50.
Motæ ſonuere colubræ. Ouid 4 Metam 99.
¶ Motus: Verbale. Virg.5.Aeneid.76.
Ille pedum melior motu.



Acutus motus. Stat.6.Thebaid.58.
Aſſidui motus. Ouid epiſt 18,38.
Concitatiſſimus corporis motus. Quint lib.2.cap.11,4.
Decens Quint lib.1.cap.10,21.
Ionici motus Horat.3. Carm ode 6,5.
Mota mens. Seneca epiſt 94.
Igni circumdare muros. Virg. 9. Aeneid. 31.
Arces circumdabit muro. Virg 6 Aeneid. 157.
Triplici muro circcundata mœnia. Virg 6 Aeneid. 110.
Defendere muros longo bello. Virg. 9. Aeneid 103.
Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis. Virgilius 2. Aeneid. 47.
Dare murum ſceleri. Claud 7. Paneg. 22.
Ducere muros. Virgil. 1. Aeneid. 86.



In planum effundere. Lucan lib. 1, 78.
Patrios excedere muros. Lucan lib. 1, 99.
Fodere murum. Ouid. 11. Metam. 108.
Hoſtis habet muros. Virg. 2. Aen. 67.
Impellere muros manu. Stat. 1. Achill. 18.
Lapſis muris ingentia iacent ſaxa. Lucan. lib. 1, 5.
Fragiles procumbunt muri. Claud. de bel. Get. 43.
Conuulſis proſternes oppida muris. Silius libro 3, 43.
Quatere muros. Virg. 2. Aeneid. 122.
Labentes reuocare Seneca Thyeſte, 7, 5.
Tutos ſeruabant aggere muros. Virg 9. Aeneid. 9.
Ignem ſubdere muris. Silius libro 17, 104.
Succedere murum. Tacit lib. 2.
Tranſcendere muros ſcalis. Silius libro 13, 23.
Murus: *Agger etiam dicitur ſine foſſa.* Varro 1. de Re ruſt. cap. 14. 3, Aggeres qui faciunt ſine foſſa, eos quidam vocant muros; vt in agro Reatino.
¶ Muralis. Corona muralis. Lucret lib. 2, 123.
Corona murali donari ſolebat ab imperatore, is qui primus murum ſubijſſet, & in hoſtium oppidum per vim aſcendiſſet. Plin. lib. 16. cap 4. 1, Cedunt ijs murales, vallareſque, & aureæ, quanquam precio antecedentes. Liuius 3. bel Pun. 83, Vtique poſtquam corona aurea muralis propoſita eſt.
Herba muralis. Plin. lib. 24. cap. 19, 5.
Honos muralis. Claudianus de laud. Serenæ, 22, 37.
Ictus moralis. Silius libro 6, 54.
Machinæ murales. Plin. lib. 7. cap. 56, 11.
Pila muralia Cæſar 7 bel. Gal 332.
Tormentum murale. Virg. 12. Aeneid. 185.
MVS] Plin. lib. 8. cap. 57.
Breuis mus Ouid. 2. Faſt. 115.
Exiguus. Virg. 1. Georg. 37.
Opici mures. Iuuenal Satyr. 3, 21.
Puſillus mus. Plaut. Truculent. 18, 14.
Ridiculus. Horat. de Arte, 29.
Ruſticus. Horatius 2. Serm. Satyr. 6, 16.
Vrbanus. Horat. 2. Serm. Satyr. 6, 16.
Ploſtello adiungere mures, eſt puerorum. Horat 2. Serm. Satyr. 3, 50.
¶ Mures, *etiam antiqui intellexerunt, ſylueſtres feraſque beſtias; minoris formæ, pelle commendabiles.* Seneca lib. 4. epiſt. Non hodieq; magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium, quæ tactu mollia & impenetrabilia ventis ſunt? Iuſtin. de Scythis quanquam continuis frigoribus vrantur; pellibus tamen ferinis aut murinis veſtiuntur.
Mus arancus. Plin. lib. 29 cap 4, 19.
Murium marinorum, meminit. Plin lib. 9. cap. 19, 1.
¶ Muſculus. Muſculus: Pars corporis, motus organum. Plaut. Amphit. 16 60,
    Quid dicas, noui: cicàtricem in dextro muſculo, ex illo vulnere.
Muſculus præciſus. Celſus libro 5. cap. 26, Nam percuſſus, mortiferus eſt: præciſus, ſanitatem recipit. Plinius lib. 20. cap. 21. 8,
    Item concluſis, luxatis, tumentibus & muſculis, neruis, articulis impoſuit.
¶ Muſculos *etiam dixerunt antiqui, minores machinas, quibus protecti bellatores, foſſatum ciuitatis,* complent & ſolidant. Cæſar 7. bel. Gal. 319, A' caſtris longurios muſculos, falces, reliquaq; quæ eruptionis cauſa parauerat, profert. Idem 3. bell. Ciuil. 337.
¶ Muſculoſus. Celſus lib. 5. cap. 10, At ſi neruoſus aut muſculoſus is locus eſt, commodius eſt cærato miſcere.
¶ Muſculus: Genus piſcis parui, qui paruo moderamine caudæ temperat balænam, ne in ſcopulum impingat. Claudianus lib. 2. in Eutropium, 85. Plin. lib. 9 cap. 62. 2, Amicitiæ exempla ſunt, balæna & muſculus: quando prægraui ſuperciliorum pondere obrutis eius oculis, infeſtantia magnitudinem vada prænatans demonſtrat, oculorumq; vice fungitur. Idem lib 32. cap. 11, 3.
¶ Murinus. Plin. lib. 30. cap 8. 1, Murino fimo contra calculos illinere ventrem, prodeſt. Sic lib. 28. cap. 11. 16, Murina capita.
Murinus color. Colum. lib. 6. cap. 37.
Murinum hordeum. Plin. lib. 22. cap. 25, 15.
¶ Muſcerda. Plin. lib. 29. cap 6. 1, Præterea (vt Varro noſter tradit) murinum fimum; quod item muſcerdas appellat.
¶ Muſcipula. Varro 1. de Re ruſt. cap. 8. 5, Necnon ſi parit humus mures, huius minor fit vindemia: niſi totas vineas oppleueris muſcipulis.
MVSA] Cantus. Virg 8. eclog. 1,
    Paſtorum muſam Damonis & Alpheſibœi.
Agreſtem tenui meditabor arundine muſam. Virgilius 6. eclog. 2.
Callida muſa. Lucret. lib. 6. 19.

Craſſiore muſa. Quint.lib.1.cap.10.21, Libet, propter quoſdam imperitiores, craſſiore (vt vocanr) muſa, dubitationem huius vtilitatis eximere.
Genialis muſa. Ouid. 3. Amor. eleg. 14,4.
Iocoſa Ouid. 3. Triſt. eleg. 2,2.
Pedeſtris. Horat. 2. Serm. Satyr. 6,3.
Potens lyræ. Horat. 1. Carm. ode 6,2.
Procax. Hor. 2. Carm. ode 1,8.
Proterua. Ouid. 1. de Remed. amor. 73.
Solers lyræ. Horat de Arte, 82.
Syluestrem tenui muſam meditaris auena. Virg. 1. eclog 1.
¶ Muſica, vel Muſice. Scientia, quæ modum canendi demonſtrat. Plinius libro 7. cap. 56.13, Muſicam Amphion inuenit.
Effœminata, & impudicis modis fracta muſice. Quint. lib. 1. cap. 10,34.
Artem tractare muſicam: *pro, Comœdias ſcribere*. Terentius in prolog Phorm. 18.
¶ Muſicus. Plin. lib. 2. cap. 22, Sed Pythagoras interdum ex muſica ratione appellat tonum, quantum abſit à terra luna. Idem lib. 37. cap. 1, Hic videtur inſtituiſſe, vt omnes muſicæ artis, hac quoque oſtentatione cenſerentur.
Notæ muſicæ Quint, lib. 1. cap. 12,10.
Muſicum ſtudium Terent in prol Heaut.
¶ Muſicè: Integrè, vt nihil deſit. Plaut. Moſtel 9.33,
Muſicè hercle agitis ætatem: itaq; vti vos decet,
Vino & victu, piſcatuq; probo electili Vitam colitis.
¶ Muſæus, Lepor muſæus. Lucret. lib. 4.2, Idem paulò pòſt:
Et quaſi muſæo dulci contingere melle.
¶ Muſeum: Domicilium muſis dicatum. Plin. lib. 1. epiſt. 9, ad Minutium Fundanum: O' mare, ô litus, verum ſecretumq; muſeon: quàm multa inuenitis, quàm multa dictatis? Varro de Re ruſt lib. 3 cap. 5, Vbi confluit alter amnis ad ſummum flumen, vbi eſt muſeum.
Mvsca] Liguriunt muſcæ. Varro 3. de Re ruſt. cap 16.
Muſca nulla fœminæ Plaut. in Truculento, Act. 2. ſcen. 2,
- --quas tu mulieres
Mihi naras; vbi muſca nulla fœminæ eſt in ædibus?
¶ Muſcarius. Plin lib. 29. cap. 6.23, Aranei muſcarij telæ, & præcipuè ſpelunca ipſa impoſita per frontem.
¶ Muſcarium: Flabellum quo muſcæ abiguntur. Martialis, de muſcario pauonio, lib. 14.72,
Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muſcas,
Alitis eximiæ cauda ſuperba fuit.
Muſcarium: *coma illa quarundam herbarum, in qua ſemina dependens*. Plinius lib. 12 cap. 26.1, Semine è muſcarijs dependente; vt ferulæ.
Mvscerda, Mvscvlvs] Vide Mvs.
Mvscvs] Viridis herba, in corticibus arborum, & circa latera fontium. Virg. 6. eclog. 13,
----muſco circumdat amaræ Corticis.
Molli tellus erat humida muſco. Ouid. 8. Metam. 113.
Virens muſcus Ouid. 3. Faſt. 60.
Viridis, Lucret. lib. 5,190.
Circùm ita ſaxa muſco. Horat. 1. epiſt. 10,2.
Turpi muſco ſqualebant faſtigia. Ouid. 1. Metam. 76.
Virentia ſtagna muſco. Virg 4. Georg 4.
Muſcus in vite Colum. lib 4. cap. 24.
¶ Muſcoſus Muſcoſi fontes. Virg. 7. eclog. 9, Muſcoſa prata. Varro 1. de Re ruſt cap. 9,5.
Solum muſcoſum. Propert lib. 3. eleg 1,6.
Mvsea] dicuntur, quæ in ædificijs ex pumicibus dependentia fiunt, ad imaginem ſpecus arte reddendam, Plin. lib. 36. cap. 21.
Mvsica] Vide Mvsa.
Mvsimon] mulus aut equus breuis. Lucilius lib. 6. Precium emit, qui vendit equum muſimonem. Cato Delectorio: Aſinum, aut muſimonem, aut arietem. Plin. lib. 8. cap. 49, Eſt in Hiſpania, ſed maximè Corſica, non maxime abſimile pecori, genus muſimonium, caprino villo, quàm pecoris velleri propius.
Mvssito, Mvsso] Vide Mvtvs.
Mvstace] Genus lauri. Plinius lib. 15. cap. 30.
¶ Muſtaceum Genus libi. Iuuen. Satyr. 6,21.
¶ Muſtaceus. Cato de Re ruſt cap. 128, Muſtaceos ſic facito.
Mvstela] Animal mures perſequens & ſerpentes. Plin. lib 29 cap 4,3. Varro 3. de Re ruſt. cap 10,4.
Muſtela: *Piſcis genus, murænæ ferè ſimilis*. Plin. lib. 9. cap. 17,4. Auſonius in Moſella:
Quæq; per Illyricum, per ſtagna binominis Iſtri
Spumarum indicijs caperis muſtela natantum.
¶ Muſtelinus. Terent. Eunuch 4.4.21,
Hic eſt vetus, vietus, veternoſus, ſenex,
Colore muſtelino. Plin. lib 30. cap. 14.2, Aut ex vtriculo muſtelino per genitale effluentes aquas.
Mvstricola] machinula (authore Feſto) ex regulis, in qua calceus nouus inſuitur. Afranius: Muſtriculam in dentes indam tibi.



Mvstvm] Vinum nouum. Ouid. 4. Faſt. 179.
Præmia de lacubus proxima muſta tuis. Plin. lib. 23. cap. 1.16, Muſta differentias habent naturales has: quòd ſunt candida, aut nigra, aut inter vtrunque.
Auſtera muſta. Quint. lib. 2. cap. 4,7.
Candida. Tibul lib. 1. eleg. 5,5.
Dulce muſtum. Virg. 1. Georg. 59.
Feruida muſta Ouid 3. Triſt eleg. 10,15.
Noua muſta bibere. Ouid. 2. de Arte, 140.
Preſſa muſta veloci pede. Tibul. lib. 1. eleg 5,5.
Pugnacibus muſtis crapulæ plus inditur, lenibus parcius: Plin. lib. 14. cap 30,3.
Purpureum muſtum. Propert. lib. 2. eleg. 17,4.
¶ Muſtus, *nouellus*, recens. Næuius Gymnaſtico: Vtrum eſt melius, virginem, an viduam vxorem ducere? virginem, ſi muſta eſt. Plaut muſtam iuuencam dixit.
¶ Muſtaceum. Vide Mvstace.
¶ Muſtarius. Muſtarius vrceus: in quo muſtum reponitur. Cato. cap. 11,2.
¶ Muſteus. Muſtum, dulcedinem in ſe habens. Poma muſtea. Cato de Re ruſtica cap. 7, Item alia enodiua mala muſtea Plin. Eſt tanta muſteis pomis ſuauitas, vt finis mandendi non niſi periculoſa fiat.
Muſteus: *Recens*. Plin. lib. 12, cap. 7.4, Amaritudo grano eadem, quæ piperi muſteo creditur eſſe. Col. lib. 9. cap 15,11.
Liber muſteus. Plin. epiſt. 174 b.
Caſeus. Plin lib. 11. cap 42,1.
¶ Muſtulentus Plaut Ciſtel. 10.101, Ita muſtulentus æſtus (nares attigit.
Mvtabilis] Vide Mvto.
Mvtilvs] Horat. 1. Serm. Satyr. 5.12,
----ô tua cornu.
Ni foret exſecto frons, (inquit) quid faceres, quum
Sic mutilus minitaris?
Cornibus mutilus. Ceſar 6 bel Gall. 95.
Mutili boues: *ſine cornibus*. Col. lib. 7. cap. 3.3, Nam eſt melior mutilus aries.
¶ Mutilo Terent Hecyr 1.1.18,
Quin ſpolies, mutiles, laceres, quenquam nacta ſis.
¶ Mutilatus Mutilatus dens. Plin. lib. 8. cap. 5.1. Ouidius in Ibin, 110,
Trunca geras ſæuo mutilatis partibus enſe,
Qualia Myrcerni membra fuiſſe ferunt.
Rami mutilati. Ouidius de nuce, 8.
Colubræ mutilatæ cauea. Ouid. 6. Metam. 112.
Aures mutilatæ Liu. 9 bel Pun. 46.
Mvticvs] Vide Mvtvs
Mvtinvs] membrum virile. Author Carminis obſcœni.
Tutelam pomarij diligens, Priape, facito:
Rubricato furibus minare mutino.
Mvtio] Vide Mvtvs.
Mvto] transfero. Varro: Fac vt te cũ omni familia mutes.
Mutari in marem Plin. lib 7 cap. 4,2.
Mutare in peius Quint lib. 1. cap. 1.
In horas mutari Horat. de Arte, 33.
Mutare ſe in formam alterius. Plaut. Amphit. 2,1.
Mutare: *Variare*. Plin lib. 12. cap. 7.1, Piper toſtum ſolibus, colore rugiſq; mutatur.
Mutare ſe habitu & loco Horat. 2. Serm. Satyr. 7,13.
Animum Terent. Phorm. 5.2.9.
Verbo mutantur amantes. Propert. lib. 2. eleg. 5,3.
Amictus fruſtra mutantur. Tibul lib. 1. eleg 8,3.
Beneficium mutare. Cæſar 2. bel. Ciuil. 120.
Brachia mutamus vario amplexu, Propert. libro ſecundo, eleg. 16, 2.
Cœnacula mutare, lectos, balnea, &c. Horat. 1. epiſt. 1,19.
Colores. Horat. 1. epiſt. 17,8.
Colorem ad ſimilitudinem loci. Plin. lib. 9. cap. 29,3.
Mutare aliquid de. Terent. And 5.4.47,
De vxore, vt poſſedi, nihil mutat Chremes.
Di mutati Horat. 1 Carm. ode 5,2.
Dicta mutare. Plaut. Bacchid. 23,31.
Factum Terent. And. 1.1.13. Haud muto factum.
Fidem. Plautus Milite, 13,36.
----ſed ne iſtam amittam, & hæc mutet fidem; Viue modò.
Fidem cum aliquo. Terent. Phorm 3.2.27.
Fortunæ mutantur Plaut Trucul. 5,9.
Geſtum mutare. Lucret. lib 4,1156.
Effigies languida mutauerat habitum notioris. Lucan. libro 9,209.
Mutauit id. Terent. And 1.5.7.
Ius mutare. Liu. 8. ab Vrbe, 139.
Lares Horat. in Carmine ſeculari, 8.
Poteſtas tralata mutauit locum. Lucan. lib. 2,28.

Quæ mentem inſania mutat? Virg.4, Aeneid.119.
Merces mutare Virg. eclog 4,8.
Mores Terent Adelph. 5,9,27.
Naturam mutare pecunia neſcit. Horat. 1. epiſt, 12,2.
Nuptias mutare Plaut. Sticho, 2.36.
Sedem ex ſede, vt volucres. Plin. lib. 2, cap. 37,1.
Sortem alicuius in contraria. Ouid. 3, Metam 66.
Vellera luto. Virg. 4, eclog. 9.
Tempeſtas & humor cœli mutauêre vias. Virgilius primo, Gerog 84.
Terra mutat vices. Horat. 4. Carm. ode 7,1.
Vitam mutare priorem. Lucret. lib. 5,24.
Vulgus mutatur cum principe. Claud. 7. Paneg. 61.
Mutare aliquid cum aliquo. Terent. Eunuch. 3,5,24.
Vt veſtem cū eo mutem, & pro illo iubeam me ducier.
Mutare ære aliquid cum altero. Salluſt. in Iugurtha: Statuit tamen Metellus, pecoris & mancipiorum prædas certatim agere: eaque mutare cum mercatoribus vino aduectitio, & alijs talibus.
Mutare ęre Colum lib 10, Quare, dum viridis ætas pulchritudinem corporis conſeruat, ære mutandi ſunt.
Mutare bellum pro pace. Salluſtius.
Miſeram pacem vel bello bene mutari. Tacit. li. 9.
Mutare aliâ re aliam Horat. 2. Serm. Satyr. 7.22,
—an hic peccat ſub noctē, qui per vuam
Furtiua mutat ſtrigilis?
Gaudium mœrore Plin epiſt. 111. b.
Iucunda ſeueris Plin epiſt. 112. a.
Mitibus triſtia. Horat. 1. Carm. ode 16,6.
Exilio mutant vrbem Ouid. 6, Faſt. 133.
Mutare prætextam paludamento. Plin. in Paneg. 94.
Quadrata mutat rotundis. Horat. 1. epiſt. 1,20.
Nihil mutauit fortuna te ipſo. Plin. in Paneg. 38.
¶ Mutare, *pro Emere aut vendere.* Horat. Satyr. 4. lib. 1. & Virgil. in Pollione.
Mutare: *Corrigere, emendare.* Terent. Adelph 4.7.40,
Placet tibi factum Mitio? MI. non, ſi queam
Mutare: nunc, quum non queo, æquo animo fero.
Mutare: *neutrum abſolutum, pro variare.* Liu. lib. 5 ab Vrbe, Annona ex anteuecta copia, nihil mutauit.
Mutare ad. Salluſt. in oratione Marci Tribuni plebis, Neu nomina rerum ad ignauiam mutantes, otium pro ſeruitio appelletis.
¶ Mutor: *Paſſiuum.* Horat lib. 2. Carm. ode vltima.
Iam iam reſidunt cruribus aſperæ
Pelles: & album mutor in alitem Supernè.
¶ Mutans. Quint. lib. 1, cap 10, Diu enim mutantibus (ſcilicet verbis) repugnandum.
¶ Mutandus. Ratio mutāda eſt. Catul. de Acme, epigr. 39,6.
Sedes mutandæ. Virg. 3, Aeneid. 33.
¶ Mutatus Mutato nomine. Plin. lib. 3, cap. 11,9.
Mutatus ab illo. Virg. 2, Aen. 55.
In deterius. Tacit. lib. 4.
Vultum mihi mutatus. Stat. 2, Theb. 131.
Faciem mutatus & ora. Virg 1, Aen. 133.
Amor mutatus Ouid epiſt. 5,7.
Aura mutata. Horat 1. epiſt. 19,19.
Fortuna. Virg. 5, Aeneid. 121.
Frontis mutatæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 8,17.
Res mutatæ. Horat. 1. epiſt. 10,7.
Sententia mutata loco cedit. Virg. 9, Aen. 45.
¶ Mutaturus Habenas non mutaturus. Stat. 3. Sylu. 5,8.
¶ Mutatio. Mutatio ſedis Plin lib. 13, cap. 4,9.
Mutationem annonæ ſignificans. Plin lib. 2, cap. 103,9.
Mutatio: *pro Commutatione.* Terent. Hecyr. 4.4.11,
A Myrrhina hæc ſunt, meâ vxore, exorta omnia.
Mutatio fit ea nos perturbat, Laches.
¶ Mutabilis Virgil. 4, Aeneid. 114,
—varium & mutabile ſemper, Fœmina.
Vultu mutabilis. Horat 2. epiſt. 2,18.
Mutabiles vulgi animi. Liu. 2, ab Vrbe, 30.
Mutabilis cauſa. Liuius 1. bel Maced. 114.
Fatum non mutabile. Stat. 9, Theb. 133.
Mens mutabilis Tibul lib. 3 eleg. 4,13.
Pectus mutabile conſilijs. Ouid. 2, Metam. 30.
Vulgus mutabile. Valer. 1. Argon. 153.
¶ Mutabiliter Varr. Cras, credo; hodie nihil. Quibus inſtabilis animus ardens mutabiliter habet, habere, & nō habere.
¶ Mutito: Sæpe facio. Gell lib, 2, cap. 24, Principes ciuitatis, qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent.
MVTO.] Membrum virile. Horat. Serm. lib. 1. Satyr. 2,
Huic ſi mutonis verbis male tanta videntis
Diceret hæc animus.
¶ Mutoniatus. Martial. lib. 3 epigr. 31, in Phœbum:
Dormis cum pueris mutoniatis.
MVTVLVS.] Quadrangulus ex aliqua parte comminutus.



Varro de Re ruſt. lib. 3, cap. 8, Sed pro columbarijs in pariete mutulos aut palos in ordinem, ſupra quos tegeticulæ cannabinæ ſint impoſitæ. Sic cap. 5,11.
MVTVO.] Vide MVTVVM.
MVTVS.] Terent. Heaut 4,4,26.
Tu neſcis quod ſcis, Dromo; ſi ſapies. D mutum dices.
Plin lib. 10, cap. 29.4. Merula canit æſtate; hyeme balbutit circa ſolſtitium muta. Næuius Lycur.
Ducite eò cum argutis linguis mutas quadrupedes.
Mutus ilicò. Terent. Eunuch. 3.1.27.
—papæ
Iugularas hominem. quid ille? T. Mutus ilicò.
Aeuum mutum. Silius lib. 3, 117.
Agna muta. Horat. 2. Serm. Satyr 3,43.
Armenta muta. Stat. 5, Thebaid. 67.
Mutæ artes, â Virgilio, minimè celebres dicuntur. li. 12, Aen.
Scire poteſtates herbarum, vſumq; medendi
Maluit; & mutas agitare inglorius artes.
Aſpectus mutus. Quint. lib. 6, cap. 1,20.
Gratia muta. Ouid. 2. de Ponto, eleg 7,11.
Leges mutæ tacent. Ouid. ad Liuiam, 38.
Os mutum. Ouid 6, Metam. 115.
Pecus mutum & turpe. Horat. 1. Serm. Saty. 3,20.
Pecus mutum metu. Virg. 9, Aeneid. 69.
Querelas mutas abrumpit. Claud. 3. de raptu Proſerp. 32.
Res mutæ Quintil. lib. 6, cap. 1,20.
Scientia muta. Quint. lib. 5, cap. 10,84.
Silentia muta noctis. Ouid. 7, Metam. 37.
Spelunca muta. Stat. 1. Achil. 48.
Suſpiria muta. Stat. 11, Thebaid. 121.
¶ Mutio. Terent. And. 3.2.25.
—Itaque hercle nihil iam mutire audeo.
Idem Hecyra, 5.4.25,
—Adeò mutito. id eſt, vel tenui dicto.
¶ Muticus. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 48.2, Spica mutica dicitur, quę non habet ariſtam: eæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarū.
¶ Muſſo. Plin. epiſt. 121. b. Poſtea quum viceſimo valetudinis die balineo præpararer, muſſantesq; medicos repentè vidiſſem, cauſam requiſij.
Tacitâ formidine muſſant. Claud. 2. in Eutrop. 27.
Proceres muſſant turbata conſilia. Stat. 3, Theb. 19.
Muſſare: *Murmurare.* Ennius: In occulto muſſabant. Virgil. 11. Aeneid. 91,
Flent mœſti, muſſantq; patres.
Muſſant oras & limina circum. Virg 4, Georg. 38.
Muſſant iuuencæ. Virg. 12, Aeneid. 144.
Muſſare: *pro Tacere.* Ennius: Non decet muſſare bonos. Terent. Sile, cela, occulta, tege, tace, muſſa.
Muſſabat tacito medicina timore. Lucret. lib. 6, 237.
Muſſare: *Dubitare.* Virgil. 12, Aeneid. 144,
—muſſantq; iuuencæ,
Quis pecori imperitet.
Muſſat dicere. Virg. 11, Aeneid. 69,
—cuncti ſe ſcire fatentur,
Quid fortuna ferat populi: ſed dicere muſſant. Idem:
—muſſat rex ipſe Latinus
Quos generos vocet.
¶ Muſſito. Liu. ab Vrbe, lib. 7.109, Muſſitantesq; inter ſe rogitabant, num quem plebeij Cos pœniteret. Plaut. Mil. 10, 119. Illi inter ſe certant donis; ego mecum muſſito. Terent. Adelphis, 2 1.52,
Accipiunda & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt.
MVTVVM] quod de meo tuum fit. Paulus Iureconſ. Mutuū damus, non recepturi eandem ſpeciem, quam dedimus (alioqui aut commodatum erit, aut depoſitum) ſed idem genus: nam ſi aliud genus, veluti pro tritico vinum recipiamus; non erit mutuum.
Mutuum eſt, ſi datur, quod reddetur. Varro libro quinto, de Lingua Latina.
Mutuum argentum. Plaut Pſeud. 3.78,
Miſer ſum, argentum nuſquam inuenio mutuum.
Mutuum argentum dare. Plaut. Pſeud. 3,83.
Mutuo appendere. Plin. lib. 9, cap. 55.
Mutuum rogare. Plaut. Pſeud. 5,61.
Mutuas pecunias ſumere Plaut Aſin. 5,95.
Mutua quinq; ſeſtertia petere. Mart. lib. 10,14.
¶ Mutuus: *Par.*
Mutuus amor. Terent.
Meretrix adoleſcentem, cuius mutuo amore tenebatur, excluſit. Quintil. lib. 12, cap. 7. ad finem: Ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet; ſed mutuâ beneuolentiâ vtetur.
Animus. Horat. 4. Carm. ode 1,6.
Animis mutuis amant; amantur. Catul. de Acme, epigr. 42,4.
Ardor mutus. Lucret. lib. 4, 345.
Mutuâ carne inter ſe veſcuntur. Plin. lib. 10, cap. 23,6.

Certamina mutua. Ouid 2. Amor eleg 10,6.
Conſilia. Plaut. Epid. 187.
Conuiuia mutua inter ſe curant. Virg. 1, Georg. 61.
Cupido mutua Lucret. lib. 5, 143.
Dicta mutua referre Ouid. 1, Metam. 132.
Face mutua torret me. Horat 3, Carm. ode 9,8.
Mutua inter ſe fiducia. Plin epiſt. 237.
Gaudia mutua Ouid 3. Amor eleg. 5,18.
Ignis mutuus. Tibul. lib. 4. eleg. 5, 2.
Innocentia mutua. Plin. lib. 12, cap. 14.7, Sylua diuiſa certis portionibus, mutua innocentia tuta eſt. (pite 62,1.
Od o mutuo flagrant inter ſe mugil & lupus, Plin. lib. 9, ca-
Operas mutuas tradere. Terent. Phorm. 2,1,17.
Prælijs mutuis inter ſe pugnare. Hirtius de bel. Aſia li. 5, 109.
Terror mutuus. Liu. 4. ab Vrbe, 175, Nec Volſcorum meliores res eſſe credere, quàm pop Romani fortunam, noctéq; omnia terroris mutui impléſſe.
Vulnera mutua. Ouid. 3, Metam. 25.
Mutuis vulneribus ſe concidere. Plin. de Viris illuſtr. 10.
Mutuum facere cum aliquo. Plaut. Trinum. 8.30,

Bene vult tibi L. ædepol mutuum mecum facit.

Idem Perſ, 22.17,

—omnia, quæ tu vis, ea cupio. T. mutua
Fiunt à me.

Inter ſe mortales mutua viuunt. Lucret lib. 2, 16.
Pedes per mutua nexi Virg. 7, Aeneid. 14.
¶ Mutuò: Inuicem, vel Ediuerſo. Plaut. Milit. 2. 1,

Meretricem ingenuam deperibat mutuò Athenienſis iuuenis.

¶ Mutuitans Rogitans mutuum. Plaut. Mercatore, 3.52,

Conclamitare tota vrbe & prædicare,
Omnes tenerent mutuitanti credere.

¶ Mutuo: Accipio mutuó. Valer lib. 6, càp. 2, Et priùs à libertate, quàm ab innocentiâ, præſidium mutuauit.
¶ Mutuor: Deponens. Idem Martial. lib. 8. 17,

Sed conſumis, & vſq; mutuaris.

Mutuari auxilia ad rem aliquam. Cæſar 8. bell. Gall. 79.
Mutuari cônſilium. Liuius: Ab amore temerarium atq; impudens mutuatur conſilium.
¶ Mutuatitius. Gell. lib. 20, cap. 1, Maximeq; in pecuniæ mutuatitiæ vſu atq; commercio.

M Y

MYA.] Genus conchæ ſiue margaritæ, vniones rufos ac paruos gignens. Plin. lib. 9, cap. 35.
MYACANTHA.] Herba, de qua Plin. lib. 8, cap. 9.
MYACES.] Piſces ſunt ex concharum genere, qui muricum modo coaceruantur, viuuntq; locis in algoſis, & vbi dulcis aqua copioſa mari immiſcetur. Plin. lib. 32, cap. 9.
MYAGROS.] Herba ferulacea, ſolijs ſimilis rubiæ, tripedanea Plin. lib 27, cap. 12.
MYLOECOS.] Vermiculi genus ex blattis, circa molas ferè naſcens: vt ait Plin. lib 29, cap. 6.
MYOCTONOS.] Radix aconiti. Plin lib. 27, cap. 3,3.
MYOPARO.] Genus nauigij, ex duobus diſſimilibus formatum: inquit Feſtus. Siſenna Hiſtoriarum lib. 4. Nauisque triginta biremis, totidem myoparones.
MYOPS] qui niſi admota oculis contueri nequit. Vlpian. in l. item Offilius. ff de ædil. edict.
NYOPHONON.] Herba muribus exitialis. Plin. lib. 11, cap. 9.
MYOSOTA.] Herba. Plin. lib. 26, cap. 4, lib 27, cap. 12.
MYRICA, vel MYRICE] Genus humilis virgulti, in Italia ferè naſcentis. Virg. 4. eclog. 1,

Non omnes arbuſta iuuant, humileſq; myricæ.

Plin. lib. 13, cap. 21,2. Myricen & Italia, quam alij tamaricen vocant.
Fragiles myricæ. Ouid. 3. de Arte, 138.
Tenues. Ouid 10, Metam 20.
MYRINVS.] Mas murænæ Plin lib. 9, cap. 23. 1.
MYRIOPHYLLON.] Herba, quæ millefolium dicitur. Plin. lib. 24, cap. 16,9.
MYRMECIAS.] Gemma nigra, quæ habet eminentias ſimiles verrucis. Plin lib. 37, cap. 10.
MYRMECION] morbi genus. Celſ. lib. 5, cap. vlt.
Myrmecion: *Phalangij genus*. Plin. li 29, ca. 4. Myrmecion formicæ ſimilis capite, aluo nigra, guttis albis diſtinguētibus.
MYRMECITES:] Gemma innatam repentis formicæ effigiem habens. Plin. lib 27. cap 11,2.
MYROBALANVM.] Quaſi vnguentaria glans. Celſus lib. 4, capit. 9, Fit ex vnguento & palmulis quod μυροβάλανον vocant. Plinius libro 12, capite 21, Myrobalanum Troglodytis. & Thebaidi & Arabiæ, quæ Iudæam ab Aegypto diſterminat, commune eſt, naſcens vnguento, vt ipſo nomine apparet
MYROBRECHARII.] Plaut. Aulul. 19.39. Myrobrecharios pro vnguentorum confectoribus accipit, ad capillos irrorandos. ait enim: Aut manulearij, aut Myrobrecharij.



MYROPOLA.] Vnguentorum venditor. Plaut. Trinum 2.5,

Lanij, coqui, olitores, myropolæ, aucupes. Idem Caſi-

¶ Myropolium. Plaut. Amph. 13.3, (na, 6.12.

Nā omnes plateas perreptauit; gymnaſia, Myropolia,
Apud emporium.

MYRRHA.] Arbuſcula, in Arabia præcipuè naſcens. Plin. lib. 12, càp. 15, & 16. Propert. lib. 3, eleg. 19.4,

Crimen & illa fuit patria ſuccenſa ſenectâ
Arboris in frondes condita myrrha nouæ.

Fulua myrrha. Ouid. 5, Metam. 80.
Orontea. Propert lib. 1, eleg. 2,1.
Pingues myrrhæ. Ouid. de Medicamine faciei, 18.
Sabæâ myrrhâ marcidus comam Senec. Herc. Oeth. 2,19.
Madentes myrrhâ crines. Virg. 12, Aen. 20.
¶ Myrrhatus. Sil. Ital. lib 13,

Exhauſto inſtituit Pontus vacuare cerebro
Ora virûm, & longum myrrhata reponit in æuum.

¶ Myrrheus. Propert. lib. 4, eleg. 1.6,

Myrrheaq; in partis pocula cæca focis.

Crinem myrrheum cohibere nodo. Horat Carm. ode 14,5. Amore capta, nutricis auxilio, cū illo ignorante quòd filia ſua eſſet, cōcubuit. Poſtquā vero pater filiàm eſſe reſciuit, eam gladio voluit occidere. Sed Myrrha fugiens per Arabiam, mutata fertur in arborem ſui nominis. genuit quoq; filium nomine Adonidem. Vide Ouid lib 10 Metam.
MYRRHAPIA, ſiue MYRAPIA] Genus pyrorum, quod odorem gratiſſimum reddit. Plin lib. 15, cap. 15.
MYRRHITES.] Gemma quæ myrrhæ colorem habet; odoremq; vnguenti Plin lib. vlt. cap. 10.
MYRSINITES] teſte Plin lib. 26, cap 8, ſpecies eſt tithymali, & folijs myrti acutis, compungentibus, ſed mollioribus.
¶ Myrſinites: gemma eſt, quæ melleum colorem nigricantem habet, & myrti odorem. Plin. lib 37, cap. 10.
MYRTOPETALVM.] Herba. Plin lib. 27, cap. 12.
MYRTVS.] Arbor baccas ſaporis præcipui producēs ex quibus vinum fit. Plin. lib. 15, cap. 29,1.
Folium myrti. Ouid. 3. de Arte, 11.
Amantes littora myrti Virg 4, Georg 25.
Fragilis myrtus. Horat. 3 Carm. ode 23,4.
Gratiſſima Veneri. Plin. lib. 12, cap. 1.11, Virg 7, eclog. 13.
Horrida denſis haſtilibus. Virg Aeneid. 5,3.
Intonſa. Stat. 4, Sylu 7,8.
Littorea. Ouid. 1. Amor eleg. 1,7.
Paphiæ myrti. Ouid. 3. de Arte, 17.
Pulla myrtus. Horat. 1. Carm. ode 25,4.
Cingere tempora myrto Virg. 1, Georg 6.
Viridi nitidū caput impedire myrto. Hor. 1. Carm. ode 4,2.
¶ Myrtidanus: ex myrto factus. Myrtidanum vinum. Plinius lib. 15, cap. 29. 1.
¶ Myrtaceus. Celſ. lib. 7, cap. 17, Quidam medium tumorem excidunt, ad ſimilitudinem myrtacei folij.
¶ Myrtatus. Myrtatum obſonium. Plin lib. 15, cap. 29, 1. Et lib. 12, cap. 17 6, Ladana myrtata deprehenduntur, crepitantque in igne.
¶ Myrteus. Plin. lib. 23, cap. 4.9, Similis & myrtei olei ratio: aſtringit, indurat, &c.
Serta myrtea. Tibul lib. 1. eleg. 3,13.
Virga myrtea Ouid. 3, Amor. eleg. 1,7.
¶ Myrtinus. Plin. Oleo myrtino illi dum ſtatim reſoluitur.
¶ Myrtetum. Plautus Aulul.

Neſcio qui ſeruus è myrteto proſiluit.

Martial. lib. 5. 114,

Myrtetis otioſis ordinata villa.

Littora myrtetis læuiſſima Virg. 2, Georg. 23.
¶ Myrtites. Colum. lib. 12, cap. 38. 1, Vinum myrtiten ad tormina ſic facito. Plin lib. 30, cap. 7,2.
¶ Myrtuoſus. Plin. lib. 12, cap. 13 2, Frutice myrtuoſo; palmi altitudine.
MYS.] Myos. Martial. lib. 8. 50.
MYS] piſcis genus ex oſtrea. Plin. lib. 37, cap. 11.
MYSTA] initiatus ſacris. Senec. Herc. furent. 19.4,

Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare myſtæ. (piſt. 2,9.

¶ Myſticus: Arcanus. Myſtica ſacra. Mart. lib. 8, 75. Ouid. e-
Furta Ouid. 2. de Arte, 129.
Vitis myſtica. Tibul. lib. 3, eleg 6,1.
MYSTVS.] Piſcis ex lacertorum genere. Plin. lib. 32, cap. 11.
MYTILVS.] Piſcis ex genere concharum, in arenoſis potiſſimùm locis proueniens. Plin. lib. 31, cap. 9, & lib. 9, cap. 51. Martial. lib. 5,

Sumitur inciſo myrtilus ore mihi.

MYXON] genus piſcis. Plin. lib. 22, cap. 7.
MYXOS.] Prominens pars lucernæ, ex qua profertur ellychnium. Martial. lib. 14. 41,

Illuſtrem cùm tota meis conuiuia flammis,
Totq; geram myxos; vna lucerna vocor.

NABIS ]

N A

NABIS.] Animal. Plin.lib.8, cap.18,4. Nabin Aethiopes vocant, collo ſimilem equo, pedibus & cruribus boui, camelo capite; albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus.

NABLIVM.] Inſtrumentum muſicum. Ouid. tertio, de Arte, 66,

Diſce etiam duplici genitalia nablia palmâ
Vertere: conueniunt dulcibus illa modis.

NACCAE] omnia ferè opera ex lana, naccæ dicuntur. Feſtus.

NACTVS.] Vide NANCISCOR.

NAE.] Aduerbium affirmandi. Terent. And. 2,1,26.

Faciunt næ intelligendo, vt nihil intelligant. Idem Andr. 2,1.

Sponſam hic tuam amat. P. næ iſte haud mecũ ſentit. Lucilius in 10,

Næ in arce bouem diſcerpſi magnificè, inquit.

Næ: *Certè, vtique.* Horat. 2. Serm. Satyr. 3,20.

Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, næ etiam rex.

NAENIA.] Eſt (inquit Feſtus) carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Quint lib. 8, cap. 2.

Soricina nænia. Plaut in Truculento:

—te faciam ſi tu me irritaueris,
Confoſſiorem ſoricina nænia.

Puerorum nænia. Horat. 1. epiſt. 1,13.

Nænia: *pro Incantatione* Horat Epod. 17.

Caputq; Marſa diſſilire nænia.

NAENV] pro Non. Lucilius lib 30.

Sed tamen hæc dicas, quid eſt nænu moleſtum eſt.

Varr. Si hodie nænu venis, cras quidem ſi veneris: &c.

NAEVVS] genuina macula.

Nullus in egregio corpore næuus erit. Ouidius 5. Triſt. eleg. 14, 1.

NAIADES] Nymphæ ſunt fontium vel fluminum.

Aequoreæ Naiades. Ouid. 14, Metam. 111.

Chori Naiadum. Ouid. 1. Faſt. 102.

Dominæ vndarum Naiades. Stat. 1. Sylu 5,2.

Heſperiæ Ouid. 2, Metam 65.

Puellæ Virg l 10, ecleg. 2.

Sorores Silius l b 6,58.

Vdæ. Claud. de raptu Proſerp. 4.

¶ Naicus. Propert lib. 2,

Suppoſita excipiens Naica dona manu.

NAM.] Coniunctio cauſalis. Terent. And. 2 6.27.

Nam, ſi hic mali eſt quicquam, hem illic eſt huic rei caput.

Nam: *aliquando ingreſſum rei ſignificat.* Terent. And. 1.1.24,

Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis, Soſia,
Liberius viuendi fuit poteſtas. Idem prologo Adelph.

Nam quod iſti dicunt maleuoli, homines nobiles
Eum adiuuante, &c.

Nam *pro Sed.* Terent. Eunuch. 5.2.58.

—quam tu rem actura, obſecro, es?
T. Nam quid ita eſt? Virg. 4, Georg. 90,

Nam quis te, iuuenum confidentiſſime noſtras
Iuſſit adire domos?

Nam profectò. Salluſt. in Catil.

Nam quia. Quint lib 10, cap. 2, Nam quia quædam ſunt inimitabilia, quibus, &c.

NANCISCOR.] Acquiro, Inuenio. Plaut. Rudente, 20.33,

—vt nactus es, abi Bono animo.

Aduerſarium nanciſci: Venerem: veſtitum. Plaut. Cap. 2.64. Idem Bacchid. 4. 39. Terent. Eunuch. 3,58.

Fidem nacta. Ouid 1. Faſt. 9.

Nacti ſunt hami. Plaut. Rud. 23,45.

Nanciſci hoſpitium Plaut. Menæch. 9,59.

Impudentiam. Plaut Bacch, 252.

Malum. Terent. And 5,6,3.

—more hominũ euenit, vt quod ſum nactus mali,
Prius reſciſceres tu; quam ego quod tibi euenit boni.

Occaſionem. Cæſar 1. bel Ciuil. 32.

Piſces Terent Adelph. 1, 3, 17.

Poteſtatem. Salluſtius: Homines adoleſcentes ſummam poteſtatem nacti.

Prædam nactus in agro Ouid 3, Metam 128.

Nanciſcetur enim preciũ, nomenq, poetę. Horat. de Arte, 61.

Tempora apta nactus Ouid 9, Metam. 115.

NANQVE.] Siquidem, Terent. Virgil. 1. eclog 2,

Namq; eſt hec anus a fratre egreſſa modò.

Namq; erit ille mihi ſemper deus.

NANVS] pumilio. Iuuenal. Satyr. 8.4,

—nanum cuiuſdam Athlanta vocamus.

Nanum, inquit Feſtus, Græci vas aquarium dicunt. humile & concauum, quod vulgo vocant ſitulum barbatum.



NANIVM] pro muliere parua. Plaut. Amph. 3 91,

Etiam hiſtriones nanio in proſcenio hic Iouem inuocauerunt.

NAPEAE] Nymphæ fontium.

NAPHTHA.] Genus veneni ex bitumine. Plinius libro 2, capite 105.

NAPVS.] Genus rapi obtuſioris & breuioris. Colum. lib. 2, cap. 10.18, Napus deuexam terram amat & ſiccam Plinius lib 20, cap 4,1.

¶ Napina: Locus in quo ſeminantur napi. Col. lib. 11, cap. 2, 53. Namq. & napinæ, itemque rapinæ, ſiccaneis locis per hos dies fiunt.

NARCISSVS.] Flos, apud Italos frequentiſſimus. Plin lib. 21, cap 5.3 & cap 19.5, Narciſſi duo genera in vſu medici recipiunt: vnum purpureo flore, & alterum herbaceum. Virgil. 8. eclog 90,

—narciſſo floreat alnus.

Lachryma narciſſi. Virg 4, Georg. 32.

Purpureus narciſſus. Virg. 5, eclog. 8.

Sera comans narciſſus. Virg. 4, Georg. 25.

¶ Narciſſinus. Plin lib. 21, cap. 19.6, Et hoc flore fit narciſſinum oleum, ad emolliendas duritias.

¶ Narciſſites: Gemma, quę narciſſi colorem habet, venis hederæ diſtincta. Plin. lib. 37, cap. 11.

NARDVS, & NARDVM.] Frutex eſt (inquit Plin. lib. 12, cap. 12.) graui & craſſa radice; ſed breui, ac nigra, fragilique quamuis pingui. Plin lib. 21, cap. 6.2. Baccar quoque radicis tantùm odoratæ eſt; à quibuſdam nardum ruſticum appellatum.

Achæmeniæ nardo perfundi Horat. Epod. 13,8.

Aſſyria nardus. Horat. 2. Carm ode 11,4.

Lenis nardi ariſtæ. Ouid. 15, Metam. 80.

¶ Nardus, & Nardũ, *pro vnguento nardino.* Tibul. lib. 2. eleg. 2,

Illius puto diſtillent tempora nardo. Horat. libro 2, Carm. ode 11,

Dum licet, Aſſyriaq; nardo
Potamus vncti.

Perunctus nardo Horat Epod. 5,13.

¶ Nardinus: nardum redolens, vel nardi ſaporem habens. Plinius libro 15, capite 15, Pyra ab odore myrapia, laurea, nardina.

Vnguentum nardinum. Plin. lib. 12, cap. 1,11.

NARICA.] Genus piſcis minuti. Plaut. Muriaticam video in vaſis ſtanneis, naricam bonam & canatam, & taguma, quinas fartas conchas piſcinarias.

NARIS] naſi latior pars, in qua eſt ſpiraculum. Plin. lib. 11, cap. 2.14, Item, omnium auriculæ ac nares, quæ modicum eminẽt, flexili mollitia, naturæ prouidẽtia, ne frangerẽtur.

Acutæ nares. Horat. 1 Serm. Satyr. 3,6.

Aduncæ naris ſpiramina Lucan. lib. 2,37.

Balba de nare locutus Perſius Satyr. 1,4.

Caua naris. Ouid. 1. de Arte, 105.

Compreſſæ nares Lucret lib. 6,240.

Emunctę naris durus componere verſus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4,2.

Geminæ nares. Virg. 4, Georg 60.

Obeſæ naris iuuenis. Horat Epod 12,1.

Obſeſſæ nares igni. Silius lib. 7,71.

Patulis captauit naribus auras Bucula. Virg. 1, Georg. 76.

Piloſæ nares. Iuuenal. Satyr 14,20,

Remiſſæ à fronte Ouid. 14, Metam. 19.

Sagaci nare ſentire aliquid, Lucan. lib. 7, 168.

Truncę nâres inhoneſto vulnere. Virg. 6, Aen. 100.

Tumidæ. Valer. 1. Argon 46.

Corrugare nares. Horat. 1, epiſt. 4,5.

Indulgere naribus: *Irridere* Perſ. Satyr 1,5.

Lumen extinctum offendit nares nidore. Lucret lib. 6,152.

Auras reducere naribus. Lucret. lib. 5,201.

Tauri ſpirantes naribus ignem. Virg. 2, Georg. 28.

Vti naribus Horat. 1. epiſt 20,9.

Narium tædia & graueolentiam emendat ſuccus hederæ Plin. lib 24, cap 4,10.

NARRO] recito. Terent Eunuch 5,5,28.

Tu iſti narrato omnem rem ordine vt factum ſiet. Idem Andr 3,1,8.

Bonum ingenium narras adoleſcentis.

Quid narras? *Admirantis vox.* Terent. Adelph 4.2.19.

Quid (malùm) bone vir, mihi narras? equidem perij.

Idem Phorm. 1,2,86.

Opinor narras? Terent. And. 2,2,30.

Non opinor Daue. D. opinor narrat? non rectè accipis: Certa res eſt.

Quas mulieres narras? Plaut. Truculo. 6,29.

Nauita de ventis, de tauris narrat arator. Propert. libro 2. eleg. 1,9.

Caſum aliquem narrare Ouid. 11, Metam. 145.

Fabellam ſurdo aſello, Horat. 2. epiſt. 1,40.

Pericu-

Pericula ſua. Propert lib.2.eleg.29,1.
Singula Ouid epiſt.6,8.
Stomachum. Plin epiſt.154.
Suſpicioſe aliquid narrare. Quint.lib.4,cap.2,58.
Vulgò Horat 1. epiſt 13,4.
Narrauit vt. Plaut. Amph 8.111. Terent. Hecyr.1.2.70,
Narratq; vt virgo à ſe integra etiam tùm ſiet.
Narrat epiſtola. Plaut. Pſeud.15,50.
Rumor. Martial lib.3,45.
Narrant: *pro Dicunt.* Plin.lib.11,cap.37.17, Solui enim pericula & metus, narrant.
Lux, breuitas, fides, conſilium, & occulta calliditas narrandi. Quint lib.2,cap.5,5.
Tempora narrando fallere. Ouid.3. Triſt.eleg.3,3.
¶ Narratus: Participium.
Fabula narrata eſt. Ouid.3.de Ponto eleg 2,20.
Narrata vulgò. Plin.lib.11,cap.52.2.
Magicis narrati artibus. Plin.lib.11,cap.37,71.
¶ Narratus: Verbale. Ouid.6, Metam.10,
—veniet narratibus hora
Tempeſtiua meis.
¶ Narraturus. Stat 3. Sylu.3,42.
Verbaq; dilectæ fert narraturus Hetruſcæ.
¶ Narratio. Aperta atque dilucida narratio. Quintil, libro 4, cap.2,26.
Arida & ieiuna. Quint.lib.2,cap.4,3.
Conſtricta, an latiùs fuſa narratio; continua, an diuiſa; recta, an ordine permutato: cauſæ docebunt. Quint. libro 2, cap.13,4.
Credibilis. Quint lib.4,cap.2,38.
Gracilitas preſſæ narrationis. Quint.lib.4,cap.3,2.
Sinuoſa narratio. Quint lib.2,cap.4,3.
Dicere narrationem. Quint.lib.2,cap.20,8.
¶ Narratiuncula. Quintilianus lib.1,cap.9.5, Narratiunculas à poëtis celebratas, notitiæ cauſâ, non eloquentiæ, tractandas puto.
¶ Narrabilis. Ouid.2.de Ponto, eleg.2.12,
Lingua ſile: non eſt vltrà narrabile quicquam.
NARTHECIVM] repoſitoriū medicamentorū. Mart.lib.14.83, Artis ebur medicæ narthecia cernis habere Munera.
NASAMONITES.] Gemma ſanguinea, nigris venis aſperſa. Plin.lib.37,cap 10.
NASATVS] Vide NASVS.
NASCOR] Naſci equinis pedibus. Plin.lib.4,cap.13,5.
In pedes Plin.lib.10,cap.53.4.
Natus ex. Terent Heaut.5.47,
Ita mihi atq; huic ſis ſuperſtes, vt ex me atque hoc natus es.
Ex ea familia. Terent. Adelph.3,1,10.
Patre claro. Horat.1.Serm.Satyr.6,11.
Illa matre. Liuius 1.ab Vrbe,10.
Summo genere. Plaut. Ciſtel.2,19.
Dea natus. Virg.1.Aeneid.118.
Humana matre. Plaut. Amph.3,28.
Male volente genio. Plaut. Bacch.14,4.
De. Plautus Capt.6.27,
Quo de genere natꝰ eſt illic Philocrates? P. Polypluſio.
De pellice. Ouid 2, Metam.94.
Inter agros & armenta. Tibul.lib.2.eleg 1,14.
Athenis Plaut Rudente,18,32.
Ibidem Plaut. Pœnul.14,80.
In Apulis. Plaut. Milit.10,53.
Natus, & oriundus, *differunt.* Liu.4. bell. Pun.24, Hippocrates & Epidices, nati Carthagine; ſed oriundi à Syracuſis, exſule auo.
Natus animo leni. Terent. Hecyr.2,2,28.
Cum virtutibus. Plaut. Rud 9,16.
Sine crimine. Ouid.3. Amor.eleg.4,8.
Per ſcelera. Senec Agamem.13,7.
Ad. Terent. Heauton.3.1.12,
At ego profectò ingenio egregiè ad miſeriam
Natus ſum.
Ad arma. Ouid.4. Triſt.eleg.9,4.
Ad furta nata manus. Ouid.13, Metam.23.
In otia natus. Ouid.15, Metam.143.
In ſpem naſci. Liu.6.bell.Pun.34.
Scyphi nati in vſum lætitiæ. Horat.1. Carm.ode 27,1.
Nata gens inſtaurandis reparandisque bellis. Liuius 4.bell. Punic.192.
Alicui rei natus. Terent. Adelph.4.2.6,
Niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſerijs.
Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati. Horatius 1. epiſtol.2,6.
Annos quinq; natus. Plaut. Milit 10,35.
Annos natus vndeoctoginta. Horat.2.Serm.Satyr.3,24.
Nata herba ad ſpem fœniſeciæ. Varro 1. de Re ruſtica, capite 47.



Bene natus ager. Varro 3 de Re ruſt.
Alni naſcuntur craſſis paludibus. Virg.2, Georg.23.
Poma naſcuntur per annos continuos. Ouid de Nuce,5.
Naſcitur facinus. Plaut. Milit.6.10,
Neſcis tu fortaſſe, apud nos facinus qđ natū eſt nouū.
Oratio. Terent. Adelph.5.3.9.
Nunc demum iſthæc nata oratio eſt.
Hiſtoria maxima naſcitur de nihilo. Propertius libro ſecundo, eleg.1,4.
Maior rerum mihi naſcitur ordo. Virg.7, Aen.9.
Voluptas nata. Lucan.lib.2,79.
Auſter naſcitur. Virg.3, Georg 56.
¶ Naſcendo. Ouid.4, Faſt.130.
Agnaq; naſcendo ſæpe necabat ouem.
¶ Naſcens Fraga naſcentia humi. Virg.3, eclog.19.
Luna naſcens. Horat.3. Carm.ode 23,1.
Poma naſcentia. Ouid.14, Metam.133.
Puer naſcens. Virg.4, eclog 2.
Sol Senec. Hippol.3,3.
Tempora naſcentia. Ouid.1, Faſt 34.
Vuæ naſcentes. Ouid de Nuce,6.
¶ Natus: *Subſtantiuè, pro filio.* Virg.1, Aen.134,
Nate patris ſummi, qui tela Tiphoëa temnis.
¶ Natorum appellatio, inquit Modeſtinus, ad nepotes extenditur. Quintil.lib.4, cap.2, Vxorem duxi, natum ſuſtuli, filium educaui..
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis. Virg.3, Aen.20.
Parui nati. Horat 3. Carm.ode 5,8.
Nati de pullis equarum. Columel.libro 6, capit.27, Id præcipuè genus pecudis, amore natorum, niſi fiat poteſtas, noxam trahit.
¶ Nata. Filia.
Maxima natarum Priami. Virg.1, Aen.132.
Dulcis nata. Horat.2.Serm Satyr.3,40.
Auellere natam cōplexu matris. Catul.in Carm. Nupt.57,4.
¶ Natu. Terent. Adelph.5.4.17.
Id meâ minime refert, qui ſum natu maximus.
Maxima natu. Virg.5, Aen.129.
Grandis natu. Horat.1.epiſt.7,10.
Grauior natu animus. Terent. Heaut.4,1,32.
¶ Natio: genus hominum, qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſunt. Plin.lib.12,cap.25.10, Colos in quacunq; natione præfertur ruffus.
Natione Macedo, Plin.lib.35,cap.10,11.
In pecoribus quoque, inquit Feſtus, bonus prouentus, bona natio dicitur.
Nationes mellis. Plin.lib.22,cap 24,3.
Nationes reſinæ. Plin.lib.24,cap.6,10.
Gentiles nationes. Tacit.lib.11.
¶ Natalis, vel Natale, & Natalitium: pro die quo quis natus eſt. Virg.3.eclog.16,
—meus eſt natalis, Iola. Plin.lib.4,cap.7.3, Et Muſis natale in nemore Heliconis aſſignant.
Vrbis natalis. Plinius libro 14, capite 4.10, Ea cœli temperies fulſit, quam cocturam vocant, ſolis opere, natali vrbis DCXXXIIII.
¶ Natalis: Adiectiuum.
Aſtrum natale. Horat.2, epiſt.2,38.
Domus natales. Valer.3, Argon 65.
Hora natalis. Horat.2, Carm.ode 17,4.
Humus. Ouid.2, de Ponto, eleg.9,16.
Locus. Ouid.2, Amor.eleg.16,8.
Lux. Ouid.in Ibin,44.
Rura natalia. Ouid.4, Faſt.137.
¶ Natalis: *pro Naſcens.* Plin.li.37,cap.4.2, Cæteris pallor gentis, & in auro non niſi excellentiſſimo natalis.
Sterilitas natalis & ingenita. Col.lib.3,cap.7.
Natalis: *Semen e quo aliquid naſcitur.* Plinius lib.17,cap.10.13, Ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo abſumi natalem tantarum arborum.
¶ Natales: conditio ſanguinis ac familiæ. Generoſi natales; & obſcuri. Tacit. Plin.epiſtol.171. Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diu vidua.
¶ Natales: *pro Ignobilitate & ſordibus generis.* Plin.in epiſtol. ad Meſium, lib.3, Nonnunquam candidatus aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat.
Natales: *pro Celebritate diei.* Iuuenal. Satyr.6.33,
Palmam inter dominas virtus natalibus æquat.
Natales diuerſarum gentium. Plin lib.7,cap.12,7.
¶ Natalitium: Donum, quod miſſitari ſolet ab amicis die natali. Perſius:
Et natalitia tandem cum ſardonyche albus.
¶ Natiuus Plin lib.31,cap.7, Sunt & montes natiui ſalis: vt in Indis Oromenus.
Natiuus color Plinius libro 26, capit.4.8, Radicem eius ante ſolis ortum erutam, inuoluunt lana coloris, quem natiuum vocant.

Coma natiua. Ouid 1 Amor.eleg.14,11.
Corpus natiuum Lucret.lib.2,110.
Corpus natiuum ac mortale Lucret.lib.5 48.
Decus natiuum retinere. Ouid.de Nuce,11.
Domos natiuas dabant antra.Seneca Hippol.4,37.
Lapilli natiui.Propert lib. ,eleg.2,3.
Moles natiua. Ouid.epiſt 5,13.
Verba natiua Quint lib.8,cap.3.Varr.de Origine ling.Latin. Verba natiua vocat prima & primigenia.
¶ Natiuitas. Vlpian ad Municipal. l 1 in principio Municipem aut natiuitas facit, aut manumiſſio,aut adoptio.
¶ Natura. Plinius vbique naturam parentem rerum, opificemq; appellat:ac pro ipſo Deo ſumpſiſſe videtur.
Naturæ deus Plaut. Bacchid. Naturæ deus ſum.Bromij altor maxumi. Actius in Menæchmis: Nunc ipſa naturæ deo mihi reſponde adoleſcens. Sic in Bacchid. Silenus genialis deus, naturæ deus dicitur. Horatius:

Scit genius natale comes qui temperat aſtrum,
Naturæ deus humanæ.

Creatrix rerum natura Lucret lib.2,223.
Ius naturæ nouatum.Ouid 4 Metam 56.
Fœcunda natura Lucret lib.2,108.
In rerum naturam cadere Quint.lib 2,cap.18.
Conſtare naturâ ſuâ. Quint.lib 1,cap.5,41.
Circumlinire ſimplicem vocis naturam pleniore quodam ſono. Quint lib.1,cap 11,4.
Præclara mundi natura.Lucret.lib.5,32.
Corporea.Lucret.lib 1,67.
Edax natura Aetnæ Ouid.15,Metam 71.
Immortali naturâ præditus. Lucret.lib. ,48.
Tenuis natura aeris Lucret lib.2,47.
Tenui naturâ conſtat imago. Lucret.4,22.
¶ Natura: *Mos, induſtria.* Virg.4,Georg.30.

Nunc age,naturas apibus quas Iuppiter ipſe
Addidit, expediam.

Agilis & velox humani ingenij natura. Quintilianus libro 1, capite 1 ,2.
Bona natura.Terent Eunuch.2,3.24.
Difficilis.Ouid epiſt.21.7.
Docilis Quint.lib 1.cap.3,1.
Dura rerum natura Horat 1.Serm. Satyr.19,12.
Fixa & mutari neſcia Iuuen.Satyr.13,26.
Humana.Horat.de Arte,72.
Ignaua Ouid 3.de Arte,77.
Incorrupta Quint lib 2,cap 5,8.
Animi quædam ingenita natura. Quintilianus libro quinto, cap.10,86.
Inuida Lucret lib 1,66.
Larga.Iuuenal.Satyr 10,31.
Liberalior Quint.lib.2,cap 8,7.
Mendoſa eſt natura mea. Horat.1.Serm.Satyr.6,14.
Mobiles naturę & anni. Horat.de Arte,32.
Mobilis & varia natura malorum. Iuuen. Satyr.13, 25.
Potens. Horat.2. Serm.Satyr.1,11.
Vaga Horat 2 Serm.Satyr.7,15.
Aſſumere in cauſam naturas iudicum. Quintilianus lib. 4, capite 1,12.
Naturæ cedere, ſiue concedere: *Mori.* Salluſt.de Rep.ordinãda:& in Iugurth.
Adiuta cura naturam magis eualeſcit. Quint.lib.2, cap.8,3.
Facere ſibi naturam alicuius rei. Quint.lib.2,cap.4,13.
Vt fert natura. Terent And.4.5.56.

Vt fert natura, facias,an de induſtria?

Sequi naturam ducem.Quint.lib.4. cap.5,2.
Ad naturam viuere. Seneca.
¶ Natura: *Vis.* Plin.lib 12, cap.14 6, Hæc concreta denſatur, vbi loci natura poſcit.
Tetra natura abſinthij Lucret.lib.1,81.
Simplex canendi natura Quint.lib.5.cap 10,87.
Tractare virtutum vitiorumq; naturam. Quintilianus lib.2, cap.4,16.
¶ Naturâ: *Ablatiuus; id eſt, naturaliter.* Quint.lib,1.
Sublimis & acer naturâ Horat 2 epiſt.1,34.
Præter naturam aliquid facere. Terent.Adelph.5.5.4.
¶ Naturalis.Naturales filij. Sueton.in Tib.cap 52, Filiorum neq; naturalem Druſum, neque adoptiuum Germanicum patriâ charitate dilexit.
Deſideria naturalia. Colum.lib 6, cap.24.de vaccis:Atq; in id ferè tempus naturalia congruunt deſideria.
Fauor naturalis.Quint.lib 4,cap.16.
Malum naturale.Ouid.9, Metam 148.
Munus naturale decoris Ouid.14,Metam 137.
Pauor naturalis cerui.Ouid 10,Metam.24.
Vindemia naturalis. Plin.lib 12,cap.14,6.
Naturale eſt. Plin.lib.11,cap.37.20.
¶ Naturalia: *pudenda.* Colum.lib,6,cap.28.9,Si equa marem non patitur, detritâ ſcyllâ, naturalia eius linuntur: quæ res accendit libidinem.Idem lib.8, cap.5,12.
Naturale, *numero ſingulari, eodem ſenſu protulit.* Celſus, lib 7. cap.26.2,Inter imas oras ſuper naturale poſitum, non minùs ſæpe auxilio eget. *Ibidem aliquanto pòſt:* Mulier per naturalia eius.
¶ Naturaliter. Colum libro 3,cap.16.
Naturaliter infœcunda vitis. Quint.lib.2,cap.12,2.



NASITERNA.] Vas aquarum anſatum & patẽs. Var.de Re ruſt.lib.1,cap.22.2,Vt ex ære,ahena,urceos, & naſiternam faceret.
Naſiterna amphora. Cato cap.11,2.
NASSA] piſcatorij vaſis genus, quò quum intrauit piſcis, exire non poteſt. Plautus: Nunquam hercle ex iſta naſſa hodie ego eſcam petam.
Leuis naſſa.Silius lib.5,10.
NASTVRTIVM.] Herba.Plin.lib 19,cap.8,25, Naſturtium nomen accepit à narium tormento. Idem lib. 20, cap.13. Econtrariò naſturtium Venerem inhibet, animũ exacuit. Varro in Vopiſco: Naſturtium nónne vides ideò dici,quòd naſum torqueat?
NASVS.] Peſtis naſorum. Catul.in Ruſum epigr.64,2.
Pituita mala naſi.Catul ad Furium,epigr.20,4.
Criſpans naſus.Perſ.Satyr.3,9.
Integer Iuuen,Satyr.15,6.
Madidi infantia naſi.Iuuen Satyr.10,20.
Turpiculo puella naſo Catull.de Acme,epigr.19,1.
Naſo clamare. Plaut. in Milite. Act.3.ſcen.2. Eho an dormit Sceledrus intus? LV. Non naſo quidem. Nam eo magnum clamat. id eſt, vehementer ſtertit.
Vigilanti ſtertere naſo.Iuuen Satyr.1.
¶ Naſus: *pro reprehenſione & irriſione.* Martialis libro 13, epigrammat.2.

Naſutus ſis vſq; licet;ſis deniq; naſus.
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas:
Et poſſis ipſum tu deridere Latinum.

¶ Apud Pliniũ,in totius operis præfatione, dicitur Lucilius cõdidiſſe ſtyli naſum: quia apud Latinos fuit author ſatyrę.
Naſus, *pro ſermonis acrimonia & dicacitate.* Plin.lib.11, cap 37. 8 ,Et altior homini tantùm, quem noui mores ſubdolæ irriſioni dicauère. naſus.
Naſo ſuſpendere: *ſubdolè irridere.* Horat. 1. Serm. Satyr.6.1. Perſius Satyr.1.12 de Horat.

Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo.

Naſum habere.Martial lib.1.15,

Non cuicunq; datum eſt habere naſum.

Prauo viuere naſo Horat de Arte,8.
¶ Naſus: *pro indicio.* Horat.lib 1 Serm Satyr.2,

—non quia nullus Illis naſus erat.

¶ Naſatus,Dicuntur naſati vt Lãpridius aduertit, viriliores ac bellè mutoniati.vnde parœmia,de Naſatorum peculio.
¶ Naſutus.Horat,1. Serm Satyr.2.19,

Depygis,naſuta,breui latere,ac pede longo eſt.

Naſutus: *Qui doctè nouit alios irridere.* Mart lib.13.2,

Naſutus ſis vſq; licet,ſis deniq; naſus.

¶ Naſutius Martial.

Nil naſutius hac, maligniusq, eſt.

¶ Naſutulus.Apul.Naſutula mulier atq; dicacula.
NATALES.] Vide NASCOR.
NATATILIS.] Vide No.
NATES.] Horat 1.Serm.Satyr 8.10,Diffiſſâ nate ficus, Martial. lib 14,18.
Aridæ nates.Horat Epod.8,1.
NATINATIO] inquit Feſtus, dicebatur negotiatio. Et Natinatores ex eo ſeditioſi.
NATIO,NATIVVS.] Vide NASCOR.
NATO.] Vide No.
NATRIX ] Genus ſerpentis. Lucanus lib.9 45,

Et natrix violator aquæ. Colum lib.1, cap.5,5.

¶ Natrix *herba.* Plin.lib.27,cap 12. 3. Natrix vocatur herba, cuius radix euulſa virus hirci redolet.
NATVRA,NATVS ] Vide NASCOR.
NAVALE ]Vide NAVIS.
NAVCI ]Nihili. Plaut. Moſtel 15.1, Qui homo timidus erit in dubiis rebus is nauci non erit.
¶ Naucifacio. Plaut Bacch 12. 16, Perij,hoc ſeruum meum non naucifacere eſſe auſum.
NAVCLERIACVS,NAVCLERVS,NAVFRAGIVM, NAVICVLOR,NAVIGO ]Vide NAVIS.
NAVIA] nauiæ. Lignum cauatum vt nauis, quo in vindemijs vti ſolent: inquit Feſtus.
NAVIS ] Plaut. Menæch.9.45,

Perij miſera,quam tu mihi nunc nauem narras.

Rector nauis Virg 5,Aen 23.
Moderamem Ouid.15,Metam 146.
Acta per æquoreas hoſpita nauis aquas. Ouid.1.Faſt.68.

Actuariæ

Actuariæ naues: *Quæ remis agebantur.* Liu. Decad.4.lib.8, Tradito & naues armamentaq; earum: neve plures quàm decem naues actuarias, nulla quarum plus quàm triginta remis agatur, habeto Cæſar Commentariorum quinto: Has omnes actuarias imperat fieri: quâ ad rem humilitas multum adiuuat. Hirtius de bello Alexãdrino: Nauibus actuarijs quarũ numerus erat ſatis magnus, magnitudine quanquam non ſatis iuſta ad præliandum, roſtra impoſuit.

Æratæ naues: quæ & Roſtratæ. Cæſar lib.2. de bell. Ciuil. Interim L. Naſidius ab C. Pompeio cum claſſe nauium ſedecim, in quibus paucæ erant æratæ, L. Domitio Maſſilienſibusq; ſubſidio miſſus. Virg 8, Aen.135.

In medio claſſes æratas, Actia bella.

Cernere erat. Liuius Decad.4.lib.6, Vna & octoginta roſtratis nauibus, multis præterea minoribus quæ aut apertæ roſtratæ, aut ſine roſtris ſpeculatoriæ erant, Delum traiecit.

Celſæ. Virgil.1, Aeneid.75.

Citæ. Ouid.epiſt.15,22.

Claudæ. Tacit.lib.2 Liu lib.7. bel Maced.98, Contemplatus Eudamus hoſtes, claudas mutilatasque naues apertis nauibus remulco trahentes.

Curuæ. Ouid 2, Metam.33.

Fluuiatiles. Liuius Decad.1,10.

Frumentariæ. Cæſar lib.3.bell.Ciuil.

Ingentes. Lucret.lib.1,55.

Inſtabiles Ouid.2, Metam.13.

Longæ: ab onerarijs differebant. Cæſar lib.4.belli Ciuilis: Quod vbi Cæſar animaduertit, naues longas, quarum & ſpecies Barbaris erat inuſitatior: & motus ad vſum expeditior, paulùlum remoueri ab onerarijs nauibus, & remis incitari, & ad latus apertum hoſtium conſtitui.

Luſoriæ, de quibus Vegetius lib.3. dicebantur, quas in Danubio aduerſus Barbaros Romani in excubijs habebant, quæ huc & illuc diſcurſare ſolebant Senec. Cui triremes & æratas non mitterem; luſorias, & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari laſciuientium mittam.

Marinæ l. Iulia repetundarũ. ff. de vacat. & excuſat. munerũ.

Minuta nauis. Catul ad Thallum, epigr.22,3.

Obruta aquis. Ouid.1. Amor.eleg.11,10.

Piratica Quint.lib.1,cap.14,2.

Piſcatoriæ naues. Liu. Decad 3,lib.3.

Prædatoriæ Liu.3 Decad lib.9. Piraticæ. Liu. Decad.4.lib.4.

Prætoria nauis. Liu.3.Decad lib.1, Fretum intranti rex Hiero, claſſem ornatam obuiam duxit, transgreſſusq; ex regia in prætoriam nauem Lucan.lib.3,108.

Salua naue in portum peruenire. Quint.lib.2,cap.17,15.

Speculatoriæ naues Liu. Decad.4.lib.6. Idem Decad.3.lib.2.

¶ Obiectatio: Exprobratio Cæſar 3 bel. Ciuil 130. Idq; ita eſſe, cùm ex aliorum obiectationibus tum etiam ex domeſtico iudicio, atq; animi conſcientiâ, intelligebant
¶ Obiectaculum: Pro obice & clauſtro. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 17. 9, Dummodo perduceret ſpecus e piſcinis in mare obiectaculo, quo æſtus bis quotidie ab exorta luna ad proximum nouam introire, ac redire rurſus in mare poſſet.
Obinanis.] Varr 3. de Re ruſt. cap. 9. 9, In ijs idem aiunt, quum ad lumē ſuſtuleris, quod perluceat, id eſſe obinane.
Obiratus.] Liu. 1, ab Vrbe, 135, Aut fortunæ (vt fit) obirati cultum reliquerant Deûm.
Obiter] Plin. in Prologo, 11. Vt obiter caueam iſtos Homeromaſtigas. Idem lib. 18, cap. 10. 7, Maior pars Italiæ ruido vtitur pilo; rotis etiam, quas aqua verſet obiter & molat Iuuenal Satyr. 3, 14,
Aut obiter leget, aut ſcribet, vel dormiet intus.
Obitus] Vide Obeo.
Obiurgo.] Terent. Andr 1, 1, 115.
Nam ſi illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit:
Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum? Catullus in Gellium, epigr 69, 1.
Obiurgare à peccatis. Plaut Trinum. 10, 54.
Obiurgare: *pro exprobrare.* Quint. lib. 6, cap. 4.
¶ Obiurgito. Plaut. Trinum. 4. 26,
Rogitas? téne obiurgitem?
¶ Obiurgatio. Mordebit puerum obiurgatio. Quintil. libro 1. cap 3, 5.
Obiuro] Iureiurando obſtringo: inquit Feſtus; vt eſt in Pentaſilea: Formidabant obiurare.
Oblædo.] Plautus Caſin. 8, 51,
Præcide os tu illi hodie: age, ecqd fit, ne obleſis manū.
Oblatro] Oblatrare aliquem, Silius lib. 8, 49.
¶ Oblatratrix. Plautus Milite, 10. 80,
Sed nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere
Oblatus.] Vide Offero.
Oblecto.] Terent. Phorm. 2. 3. 87,
—habebis quæ tuam Senectutem oblectet.
Aliquem falſo gaudio oblectare. Plaut. Pœn. 13, 86.
Fabula valde oblectat populum. Horat. de Arte, 65.
Vitam oblectare. Plaut. Aſin. 4, 6.
Me te oblectes. Terent Eunuch 1. 2 115.
Me ſperes, me te oblectes, mecū tota ſis.
Muſæ me oblectant dulci carmine Catull. ad Mallium, epigram. 63, 2.
Rura oblectant animos. Ouid. . de Remed amor. 34.
Oblectare ſe. Terentius Hecyra, 1. 2. 9,
Dic mihi, Philotis, vbi te oblectaſti tam diu?
Oblectare ſe in. Terent. Adelph. 1. 1. 24,
In eo me oblecto; ſolum id eſt charum mihi.
Otium temporis oblectare Plin. epiſt 79. a.
Tempus oblectare ſtudio, Ouid. 5. Triſt. eleg. 13, 1.
¶ Oblectamen. Stat. 3. Sylu. 19,
Nec deſunt variæ circùm oblectamina vitæ.
Obleniо.] Senec. de Ira, 3, Lectio illū carminū obleniat.
Oblido] Col lib. 7, cap. 3. 7, Nec anguſtiæ fœtus oblidant.
Fauces obliſæ Tacit. lib. 5.
Obligo.] Plaut Menæch. 18. 9,
Ait ſe obligaſſe crus fractum Aeſculapio.
Obligare manipulos. Colum. lib 11, cap. 2, 30.
Obligare fidem pro alio apud alium. Papin. in l. bona fide. §. vxor. ff. ad S. C Velleianum. Et ſi fidem ſuam pro ea, quā delegauit, apud virum obligauerit.
Obligatus fœdere. Liu. 8. bel. Maced 139.
Obligare omnia bona ſua pignori. Scæuola in l. Titius. ff. qui potiores in pig. & hypot. &c.
Se ſceleri. Seneca lib. 2. de Tranquil. vitæ.
Pœnæ. Seneca de Benefic. 7.
Caput obligaſti votis. Horat. 2 Carm. ode 8, 1.
Fidem ſuam obligare Plin. epiſt. 104. lib. 6.
Aedes ob amoris prandium Plaut. Trucul 5, 4.
Se furti. Gell lib 7, cap. 15.
Vadem trium millium æris. Liu. 3 ab Vrb. 60.
Obligor vt tanquam læui fera littora Ponti. Ouid. 1. Triſt. (eleg. 2, 17.
¶ Obligatior: *Comparatiuum.* Plin epiſt. 155. in fine: Quantò quis melior & probior, tantò mihi obligatior abit.
¶ Obligans & Obligatus: Participia. Senec. de Benef. lib. 1, cap 4, Tu me aliquid eorum doce, per quæ obligantium obligatorumq; animi certent
Dapem obligatam reddere Ioui. Horat. 2. Carm ode 7, 4.
Obliguriо] Vnde
¶ Obliguritor; Verbale. Firmicus lib. 5, cap. 5, In Tauro Mars ſi fuerit inuentus, homines faciet audaces, temerarios, obliguritores.
Oblimo] Virg 2, Georg 27,
— & ſulcos oblimet inertes.
Oblimare: *pro Obcæcari* Claud. 3. de raptu Proſerp. 6,
—ſed quòd diſſuaſor honeſti
Luxus & humanas oblimat copia mentes.
Oblimare rem. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 13, *pro Conſumere, & deterere.*
Oblinire] Col. lib 12, cap. 39. 2 Oblinitis vaſis includere. Idem lib. 5, cap. 9. 3, Sed oportebit talearum capita, & imas partes, miſto fimo cum cinere oblinire.
Oblinere.] Varro 3. de Re ruſt cap. 7. 6, Qui ita decipiuntur, quum ſe obleuerint viſco.
Verſibus atris oblinere aliquem. Horat. 1. epiſt. 20, 6.
¶ Oblitus. Oblitus faciem ſuo cruore, ne noſceretur. Tacitus libro 1.
Libellus óblitus à cæde. Ouid. epiſt. 11. 1.
Lupus óblitus ſpumis. Ouid. 11, Metam. 74.
Oblitus cibis ſtomachus Plin epiſt. 123. lib. 7.
Oblita ſcripta. Suet. de claris Grammat 10.
Obliquus] Curſus obliqui. Ouid 9. Metam. 4,
Curſus obliquos agere. Senec. Hippol. 5, 18.
Dente obliquo timendus aper. Ouid epiſt. 4, 21.
Obliquus flexus & inflexus. Plin lib. 11, cap. cap. 25, 2.
Latus obliquum, Ouid. 1. Amor. eleg. 6, 1.
Lumine obliquo cernere aliquem. Ouid 2, Metam. 158.
Oculo obliquo limare cōmoda alicuius. Hor. 1. epiſt. 14, 8.
Obliquus ordo. Cæſ . bel Gal. 291.
Ordo obliquus ſignorum Virg 1, Georg. 8.
Pede obliquo claudicare Ouid. 2. Amor. eleg 17, 4.
Obliquā radice arbor, & imitante auium pedes. Plin. lib. 12, cap 1.
Riuus obliquus. Horat. 3. Carm. ode 3, 3.
Obliquum litorum ſpatium. Plin. in Præf. lib. 5, 1.
Natant obliqui in caput Plin. lib. 9, cap. 29. De cancris.
In obliquum. Virg 1, Georg 20,
Rurſus in obliquum verſo perrumpit aratro.
Flexus in obliquum. Plin. lib 9, cap. 51. 2.
Sectus in obliquum eſt limes. Ouid. 2, Metam. 26.
¶ Obliquè. Obliquè præradere vitis latus Cato cap. 41, 1.
Obliquè in latera procedunt locuſtæ. Plin. lib 9, cap 30, 9.
¶ Obliquitas Plin. lib. 3, cap. 5. 7, Multoque amplior menſura fieret, Tacinium vſq;, ni talis obliquitas in latus digredi videretur.
¶ Obliquo. Plin lib. 6, cap. 13, 5. At vbi cœpit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus. de Caſpio mari.
Enſem obliquat in latus. Ouid 12, Metam 97.
Equos pauentes obliquauit. Stat. 12, Theb, 150.
Preces obliquare. Stat. 3, Theb, 77.
Viſus ſuperbos obliquat Stat 2. Achil. 65.
¶ Obliquari. Quintil. lib. 1, cap. 4. 7, Cuius ſimilis effectus ſpeciesque,

ſpeciesque, niſi quòd paulùm à noſtris obliquatur.

¶ Obliquans Oculos obliquans cōtra diem & radios. Ouid. 7, Metamorph. 83.

¶ Obliquatio. Macrob lib 7. Saturn. cap. 1.

OBLITERO.] Aboleo. Accius Agamemnonidibus: Inimicitias Pelopidarum extinctas iam atq; obliteratas memoriâ renouare. Catull. Argonaut. epigr. 59, 47.

Hæc vigeant mandata, nec vlla obliteret ætas.

Famam obliterare. Liu. 9. bel Maced. 77.

Nondum obliterata memoria ſuperioris belli. Liuius 1. bell. Punic 107.

Tempora vltima, & iam obliterata. Quint. lib. 1, cap. 6, 26.

Peccata obliterata. Liu 3. ab Vrbe, 250.

Vetuſtate obliterata res. Liu. 3. ab Vrbe, 307.

In animo obliterari. Liu 6. bel. Pun. 212.

¶ Obliterus: pro Obliteratus. Vide Gell lib. 19, cap. 8.

¶ Obliteratio. Plin lib. 34, cap 7. 13, Quantoq; maior in Zenodoro præſtantia fuit; tantò magis deprehendi æris obliteratio poteſt.

OBLITESCO] deliteſco. Varro 1. de Re ruſtica, capit. 51. 1, Me æſtu per rimoſa in rimis grana oblitescant, & recipiant aquam.

OBLITVS.] Vide OBLINO, & OBLIVISCOR.

OBLIVISCOR] Oblitus ſum dicere. Plautus Trin. 17, 13. Terent. in And. 5. 1. 11,

Et neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac volui, dicere.

*Cum genit.uo.* Cæſar. 1. bell. Gall. 54, Veteris contumeliæ obliuiſci.

Malorum. Horat. Epod. 2, 8.

*Cum accuſatiuo.* Virg. 2, Aeneid. 30,

Quiſquis es, amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios.

¶ Nunc oblita mihi tot carmina. Virg. 3 ¶ eleg. 11. *Paßiuè.*

¶ Obliuiſcens. Secla obliuiſcentia. Catull. ad Mallium, epigrammat. 63, 9.

¶ Obliuiſcendus Horat. 1. epiſt. 11. 2,

Oblitusq; meorum, obliuiſcendus & illis.

Obliuiſcendi tui mores. Plaut. Milit. 20, 40.

¶ Oblitus. Plin. lib. 9, cap. 10. 1, In tantum fallit oblitus ſui, vt. Virgil. 3, Aeneid. 126.

Decoris ſui oblitus. Virg 5, Aen. 35.

Moris patrij Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6, 10.

Pudoris oblita. Ouid epiſt. 16, 1.

Corda oblita laborum. Virg. 4, Aen. 106.

¶ Obliulo. Plin lib 13. cap. 17. 2,

Nimis hoſpitali aduenarum obliuione patriæ.

Liuidæ obliuionis Horat. 4. Carm. ode 9, 7.

Longa obliuio. Iuuen. Satyr. 10, 21.

Dare obliuioni. Liu. 1 ab Vrbe, 135.

Obliuio ſurrepit. Plin. lib 8, cap. 22. 5, Huic quamuis in fame mandenti, ſi reſpexit, obliuionem cibi ſurrepere aiunt. De lupo ceruario.

¶ Obliuium. Virgil. 6, Aeneid. 143,

Securos latices, & longa obliuia ponunt.

Rerum obliuia. Lucret. lib. 3, 170.

Meriti noſtri obliuia. Ouid 7, Metam. 9.

Iucunda obliuia ſollicitæ vitæ. Horat. 2. Serm. Satyr. 6, 13.

Pigra. Stat. 10, Thebaid. 18.

Cepêre te obliuia noſtri. Ouid. 1. Triſt eleg. 7, 3.

¶ Obliuioſus: obliuionem inducēs. Horat 2. Carm. ode 7, 5.

Obliuioſo læuia Maſſico

Ciboria exple.

OBLOCO.] Iuſtinus: Quum operam oblocare ad puteos exhauriendos ſolitus eſſet. Sueton. in Vitellio cap. 7.

OBLONGVS.] Plin. lib. 17, cap. 12. 4, Figura oblonga maximè probatur. De gemmis. Liuius 1. bel. Punic. 31, Haſtile oblongum.

Oblonga oua. Plin. lib. 10, cap. 52, 3.

Oblongo ſemine cardamomum. Plin. lib. 12, cap. 13, 3.

OBLOQVOR.] Reſpondere & obloqui. Plin. lib. 36, ca. 16, 1.

Obloqui numeris. Virg 6, Aeneid. 130.

Necnon Threicius longâ cum veſte ſacerdos

Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

Auis obloquitur Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1, 5.

Obloqui: *Maledicere.* Plaut. Curcul. 2. 41,

Lenonis hæ ſunt ædes. PA. malè iſtis eueniat.

PH. Quî? PA. quia ſceleſtam ſeruitutem ſeruiunt.

PH. Obloquere. PA. fiat maximè. PH. etiam taces?

PA. Nempe obloqui me iuſſeras.

¶ Obloquutor: Qui alteri detrahit. Plaut. Milite, 10. 48,

Obloquutor non ſum alteri.

OBLVCTOR.] Columell. libro 8, cap. 14. 1, Fruticibus aut ſolidioribus herbis obluctatur ita pertinaciter, vt collum obrumpat.

Genibus aduerſæ obluctor arenæ Virg. 3, Aen. 8.

Soli obluctandum Fabio. Sil. lib. 8, 2.

¶ Obluctans. Saxa obluctantia ſummouit. Stat 3. Sylu. 1, 41



Obluctans obliuioni. Curtius lib. 7.

¶ Obluctatus. Turba obluctata morti. Lucan. lib. 5, 132.

OBLVDO] Cum aliquo ludo. Plaut. Trucul. 4. 9,

Quū videt quēpiam ſe aduerſare, obludūt; qui cuſtodē

Oblectent per ioculum & ludum.

OBMANENS] pro Diu manens. Feſtus.

OBMOLIOR.] Liu 7. bell. Maced. 171. Sed vndiq, omnnes ad munienda & obmolienda, quæ ruinis ſtrata erant, concurrerunt. Curtius lib. 6. Arborum truncos & ſaxa obmoliuntur.

OBMVRMVRO.] Ouid. epiſt. 17 10,

Vana peto, precibusq; meis obmurmurat ipſe.

OBMVTESCO.] Ore preſſo obmutuit. Virg. 6, Aen. 31.

Aſpectu obmutuit amens. Virg 4, Aen. 56.

Obmuteſcere dicitur res aliqua: *pro, Non eſſe in vſu.* Plinius libro 33, capite 13. 1, Lydium Sardibus emebatur: quod nunc obmutuit.

OBNATO.] Virgil.

—in æquore fuluis.

Obnatat vmbra foris.

OBNATVS] Partic. ab Obnaſcor. Liu lib 3. bel. Pun. 87. Ibi hærentia inter obnata ripis ſalicta conſpiciuntur.

OBNECTO.] Eſt, authore Feſto, obligare: & maximè in nuptijs frequens eſt.

OBNIGER.] Plinius libro 20, cap. 23, 1. Radicibus multis, & obnigris.

OBNITOR.] Obniti contrà & tendere. Virg. 5, Aeneid 5. Aduerſis obniti. Tacit. lib 15.

¶ Obnixus. Obnixi ſcutis & corporibus. Liuius 4 bell. Macedon. 175.

Obnixus curam ſub corde prèmebat Virg. 4, Aen 67.

Obnixus non ceſſit. Virg 4 Georg. 17.

Obnixus impetum hoſtium excipit. Liu. 6. ab Vrbe, 55.

Obnixus opibus: *attentus ad rem* Plaut. Stich. 2, 30.

Mens obnixa malo. Valer 7. Argon. 32.

Dentes obnixi. Stat. 11, Thebaid. 68.

Obnixa firmitas. Plin. lib. 36 cap 15, 7.

Remi obnixi in acuto murice. Virg. 5, Aen. 41.

Venti obnixi lacerant caua nubila. Stat. 5. Theb. 74.

Obnixus contrà. Virg. 10, Aen. 72,

Anceps pugna diu; ſtant obnixa omnia contrà.

¶ Obnixè. Terent. And. 1, 1, 134,

Quem ego credo manibus pedibusq; obnixè omnia Facturum.

Obnixè perij. Plautus Sticho, 8, 41.

Perij hercle verò planè, atq; obnixè.

OBNOXIVS] pœnæ obligatus propter delictum, inquit Feſtus. Plaut. Epid. 14. 50,

Cedò manus igitur tu. E. morâtur nihil, atq; arctè colliga.

P. Nihil eas vero obnoxias?

Obnoxius: *pro Obedienti atq; morigero.* Salluſt. Maria monteſq; polliceri cœpit, & minari interdum ferro; niſi ſibi obnoxia foret.

Aduerſus gratiæ animus, & Obnoxius, *opponuntur.* Quintil. lib. 3, cap. 11. 6, Nec enim, niſi totis cauſæ partibus diligenter inſpectis, ſcire poſſumus, qualem nobis facere animū cognoſcentis expediat, ſeuerum an mitem; concitatum, an remiſſum; aduerſum gratiæ, an obnoxium.

Obnoxius ſum illi. Plautus Bacch. 23, 76.

Obnoxius ventis. Col. lib 4. Ibid. cap. 19, Rurſus exilis terra, & accliuis, torrensq; æſtu, vel quę vehementibus procellis obnoxia eſt humiliùs iugum ponit.

Periculis, & huiuſmodi. Plin. iunior epiſt 290 Idem epiſtol. 58. b, Vides quot periculis, quot contumelijs, quot ludibrijs ſimus obnoxij.

Crimini. Liu. 4 ab Vrbe, 191.

Mens turpi obnoxia facto. Tibull lib. 3, eleg. 4, 5.

Pars hominum obnoxia prauis. Horat. 2. Serm. Satyr. 7, 2.

Obnoxius tibi ſum: *Obligatus & deuinctus.* Plaut. Trinum. 14 54. Terent. Hecyr. 3. 22,

Tū vxori obnoxius ſum; ita olim ſuo me ingenio pertulit.

Animus obnoxius: *illiberalis & degener.* Plin. in Præfat 9. Obnoxij profectò animi & infœlicis ingenij eſt, deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere.

Arua non obnoxia curæ, non raſtris hominum. Virgilius 2. Georg. 88.

Luna obnoxia radijs fratris. Virg. 1. Georg 80.

Vitis procellis obnoxia. Colum. lib 4, cap 19.

Corpora obnoxia; *pro valetudinarijs.* Plin. lib. 31, cap. 6, 4.

Fructus feris obnoxius. Colum lib. 5.

Obnoxia nulli animali olera. Plin. lib. 19, cap. 10, 4.

Obnoxius pro crimine. Liu. lib. 8. Veſtra obnoxia capita p licentia Qu. Fabij obijcit.

Obnoxius: *Abſolutè.* Plin lib. 14, cap. 2. 6, de generibus vitiū: Fecenia, & cum ea florens biturica, acinor rarior, nunquā floris obnoxij.

¶ Obnoxiè. Liuius 3. ab Vrbe, 160, Obnoxiè dicere ſententiam id eſt, ſeruiliter.

Obnoxiè. *pro Obſcurè Sipontinus interpretatur*: & ſic legit apud Plautum Stich. 8 4:,

Peri herclè vero planè; non obnoxiè.

OBNVBILO ] Gell. lib. 1, cap. 2. Ac ne oris quoque & vultus ſerenitatem Stoici hominis vnquam vllâ poſſe ægritudine obnubilari.

OBNVBO.] Tego.

Obnubit furiale caput. Stat. 11, Thebaid. 117.

Decius obnubitur capite atra tempeſtate. Sil. lib. 11, 52.

Comas obnubit amictu. Virg. 11, Aen. 16.

OBNVNTIO.] Terent Adelph. 4. 2 9.

Primus ſentio mala noſtra; primus reſciſco omnia:
Primus porrò obnuntio.

Obnuntiare; *Reſiſtere & reluctari.* Suet. in Cæſ cap. 20, Lege autem Agraria promulgata, obnuntiantem collegam armis foro expulit

OBOLEO ] Graue oleo. Plautus Moſtellar. 1. 38,

—oboluiſti allium.
Germana illuuies. Suet. in Calig cap 23, Ille antidotū oboluiſſet, quaſi ad præcauenda venena ſua ſumptum.

Obolere *pro Præſentiſcere* Plautus Amph. 4. 167,

Olet homo quidem malo ſuo. ſ. hei nunquam obolui.

Idem Menæch. 9. 27,

—oboluit marſupium
Huic iſtuc, quod habes.

OBOLVS.] Vltima eſt nummorum ſignificatio: inquit Donatus Terent And. 2. 2. 32,

Olera & piſciculos minutos ferre obolo in cœnā ſeni.

OBORIOR.] Plautus Sticho, 4. 11,

Vtri dolores mihi oboriuntur quotidie. Terentius Heaut. 4. 3 2,

—tanta hæc lætitia oborta eſt.

Obortum eſt bellum. Liu. 1 bel. Pun. 28.

Oborta lux. Liuius 8 bel. Pun. 57.

Lux oborta micat Sil. lib. 17, 97.

Nox oborta eſt Senec. Herc furen. 9, 41.

Tenebræ obortæ ſunt oculis. Ouid. 2, Metam. 37.

Sol radijs terram dimouit obortis. Lucret lib. 6. 175.

¶ Obortus Agnatio, acceſſio. Lucret lib. 4,

Perpetuoq; fluant certis ab rebus abortu.

OBRAVCATVS.] Solinus cap. 15. de gruibus: Volatus deſidiam caſtigat, voceq; cogit agmen. Ea vbi obraucata eſt, ſuccedit alia.

OBREPO.] Plautus Trinum. 12. 129,

Nimis argutè obrepſiſti meapſe occaſiuncula.

Obrepere, *dicitur, quicquid ſenſum fallit.* Obrepit fames. Plaut. Pœnulo, 2 14.

Creditor Vlpian. in l ſi fideiuſſor. com. § ſi cum ff. mandati vel contrà, Ne forte creditor obrepat, & ignorantiam eius circumueniat.

Mors. Plaut. Pſeud. 10. 20.

Somnus. Plin epiſt 124 lib. 7. ad Pontium: Dein, quum meridie (erat enim æſtas) dormiturus me recepiſſem, nec obreperet ſomnus Horat de Arte, 73,

Verùm opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.

Obliuio. Senec. de Benefic. lib. 3, cap. 1.

Obrepere: *Incautum aggredi.* Vlp. in l. Carbonianum § pueri. ff. de Carbon. edict Sed ſi, quum eſſet pubes, quaſi impubes obrepſerit, bonorumque poſſeſſionem acceperit; dicendum erit, nihil eum egiſſe.

¶ Obrepto Plautus Perſa, 12. 4,

Operæ ne fuerint, nequis obreptauerit.

¶ Obreptio. Latens & fallax aditio. Vlp. in l. ſed ſi hac § patronum ff. de in ius vocando Patronum autem accipimus, etiamſi capite minutus ſit, vel ſi libertus capite minutus ſit, dum arrogetur per obreptionem.

OBRETIO.] Lucret libro 3. 79,

—neque aranei tenuia fila.
Obuia ſentimus, quando obretimur euntes.

OBRIZVM, vel OBRYZVM.] Aurum ſincerum delicatumq;. Plin. lib. 33, cap 3, 19. Auriq; experimento ignis eſt, vt ſimili colore rubeat quo ignis: atque ipſum obryzum vocant. Sueton. in Nerone, cap. 44.

OBRODO ] Plautus Amph 8. 90,

Vt, quod obrodat, ſit, animo ſi malè eſſe occœperit.

¶ Obroſus. Plin. lib. 37, cap 2. 6, Potauit ex eo ante hos annos Conſularis ob amorem obroſo eius margine. De poculo murrhino.

OBRVMPO ] Varro 3 de Re ruſt. cap. 10. 5, Quo temperandū ijs, qui propter cupiditatem ſæpe in paſcendo, ſi radicem prenderint, quam educere velint è terra, obrumpunt collum. De anſeribus.

OBRVO.] Obruere. Liuius 7 bel Pun. 108.

Fratrem obruit armis Stat. 11, Theb. 115.



Obrutus niuibus pruinisq;. Liu 5. ab Vrbe, 6.

Numero obruimur. Virg 2, Aen. 85,

Telis obruimur Virg 2, Aen. 83.

Procella obruit viros. Ouid. 1, Faſt 98.

Nox terram obruit rotiferis vmbris. Lucret. lib. 6, 174.

Obruere ſale Plin. lib. 9, cap. 35.

Corpus obruere tellure. Ouid. 1. Faſt 76.

Obrutum vetuſtate, vel ſitu vetuſtatis. Plin. lib. 11, cap. 17, 1. Liu 9, bel. Pun. 69.

Obrutus in terrâ Cato cap. 143. 2.

Semina obruere verſatâ terrâ. Ouid. 1. de Remed. amor. 15.

¶ Obruere: *pro Opplere, deuaſtare.* Quint. Tot voluptates obruere poſſunt vnum dolorem.

Famam alicuius obruere. Tacit. in vita Agricolæ.

Vnda obruit meos vultus. Ouid. 1. Triſt eleg 2, 7.

Obruit aliquem obliuio. Tacit. in vita Agricolæ: Nam multós veterum, velut inglorios & ignobiles, obliuio obruet.

¶ Obrutus. Ouidius epiſtol. 1. 2,

Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.

Claſſis obruta aquis Ouid. 6, Faſt. 39.

Corpora morbo obruta. Claud. 2. in Eutrop. 3.

Gratia virtutis obruta. Ouid. 13, Metam 90.

Ignis latet obrutus multo cinere Lucret. lib. 4, 178.

Obruta itinera ſtrage. Liu. 10 bel Pun. 23.

Somno obruta legio. Stat 10, Theb. 38.

Semina obruta longis ſulcis. Ouid. 1, Metam 25.

OBRVTVIT] inquit Feſtus, Obſtupuit: à bruto, quod antiqui pro graui, interdum pro ſtupido dixerunt. Afranius: Non poſſum verbum facere, obrutui. Vide OBBRVTESCO.

OBRYZVM.] Vide OBRIZVM.

OBSAEVIO.] Plautus Epid. 11. 29,

—túne is es,
Qui per voluptatem in me ærumna obſæuiſti grauiter.

OBSALVTO.] Salutandi gratia ſeſe alicui offerre, dicebant antiqui. Feſtus.

OBSATVRO ] Terentius Heaut. 4. 8. 29,

—næ tu propediem,
Vt iſtanc rem video, iſtius obſaturabere. (gic. 94.

OBSCENVS] abominabilis, mali ominis. Virg lib. 1, Georgic. 94.

Obſcenīq; canes, importunæque volucres. Virgilius Aeneidos, lib. 12,

—ne me terrete timentem.
Obſcenæ volucres.

¶ Obſceno. Plaut. Aſin 6. 17, Metuo ne ille obſcenārit meæ falſæ fallaciæ.

OBSCOENVS.] Turpis immundus. Varro Agathone: Pueri obſcœnis verbis nouæ nuptulæ aureis reſtaurant.

Cantare obſcœna. Ouid. Faſt 135.

Aues obſcœnæ. Ouid. 1, Amor eleg 6, 11.

Carmina obſcœna Propert lib. 1. eleg 15, 2.

Dicta Ouid 14, Metam. 104.

Facinus obſcœnum. Claud. 2. in Eutrop. 24.

Lectus obſcœnus. Ouid 10, Metam. 92.

Opus obſcœnum Ouid. 3. Amor. eleg. 13, 6.

Partes obſcœnæ Ouid 2 de Arte, 117.

Riſus obſcœni. Ouid. 2 Triſt 82.

Sermones. Horat. 2, epiſt 1, 26.

Spem capit obſcœnam Ouid 6, Faſt. 68.

Verba obſcœna Ouid 3, Faſt 139.

¶ Obſcœnum: *Vitabile.* Virg. 3, Aen 74,

Obſcœnamq; famem, quæ prima pericula, vitô.

Adulterium obſcœnum. Ouid. 1, Triſt. 43.

Obſcœna paſtu auis. Plin. lib 10, cap. 29, 10.

Obſcœnus piſcis Plin. lib. 9, cap. 18, 1.

OBSCAEVO] malum omen affero. Plaut. Aſinar.

Metuo quod illic obſcæuauit meæ falſæ fallaciæ.

Nonius. Alij legunt, Obſcæno.

OBSCVRVS ] Virgil. 9, Aeneid 49.

Vidimus obſcuris primùm ſub vallibus vrbem.

Acumen obſcurum. Lucret lib 4 87.

Aër obſcurus Virg 1, Aen 8.

Ambages obſcuræ. Ouid in Ibin, 76.

Antrum obſcurum. Ouid 4, Metam. 10.

Cœlum. Virg 1 3, Aen. 18.

Cubile Senec Hippol 4, 43.

Luna obſcura Virg. 4, Aen. 16.

Obſcura luce Liu 4 bel. Pun 95.

Nox obſcura. Virg. 2, Aen. 84.

Nubes. Virg 4, Georg. 2

Puluere obſcuro permiſti ſoles. Stat 2 Sylu. 2.

Sidera nullis obſcura tenebris. Propert. lib. 2. eleg. 27, 11.

Lucis obſcurum Tacit lib. 2.

Ferrugo obſcura. Virg 1, Georg 94.

Forma obſcura reddita Ouid. 3, Metam. 96.

¶ Obſcurum: *Difficile intellectu.*

Carmen

Carmen obſcurum ambage nouorum verborum Ouid.14. Metam.12.
Obſcurum ius. Quint.lib 7.cap.11.
Verba ignotiora,& obſcuriora. Quintilianus libro ſeptimo, capite 49.
Diſcrimen obſcurum. Horat. 2. Carm. ode 5,3.
Fama obſcura. Virg 5. Aeneid. 60.
Fama obſcurior æuo. Ouid. 6 Faſt. 21.
Fama eſt obſcurior annis. Virg. 7. Aeneid. 41.
Odium obſcurum. Horat. 1. epiſt. 14,8.
Tabernæ obſcuræ. Horat. de Arte, 47.
Vera inuoluere obſcuris. Virg. 6. Aeneid. 20.
¶ Obſcurus: *Ignobilis.*
Obſcuro genere ortus. Liu. 6. bel. Pun. 194.
Tenebris obſcurior Claud 2. in Eutrop. 47.
¶ Obſcurè. Neque obſcurè. Cæſar 8. bel. Gal 191, Neque obſcurè hæ duæ legiones vni Cæſari detrahuntur.
¶ Obſcuritas. Vitare obſcuritatem. Quint. lib. 4. cap. 2,26.
¶ Obſcuro. Plautus Trinum. 10.41,
Obſcurauit pectus tuum amor.
Nitor ſolis obſcuratur. Catul. de coma Berenicis, epigramma. 61, 1.
Volucres obſcurant æthera pennis. Virg. 12. Aeneid.
Obſcurare, & Celebrare, *contraria.* Salluſt. in Catil.
Acta noua obſcurant veteres triumphos: Lucan. lib. 1,25.
¶ Obſcurans. Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 11,
----prodis ex iudice Dama
Turpis, odoratum caput obſcurante lacerna.
¶ Obſcuratus. Vocabula diu obſcurata populo. Horat. 2. epiſt 2,23.
¶ Obſcuratio. Plin. lib. 36. cap. 27,2.
OBSECRO.] Terent. Eunuch. 1. 1. 4,
Excluſit, reuocat, redeam? non, ſi me obſecret.
Obſecrare veniam Plin epiſt. 206.
Ab aliquo. Plaut Bacchid. 20. 1 0,
Nunc, ſi me fas eſt obſecrare abs te, pater, &c.
Obſecro ne facias. Terent. Heaut. 5. 5. 4.
Obſecro vt. Terent Heaut 4. 4. 3,
—quòd ſi is nunc
Me deceperit, ſæpe obſecrans me vt veniam; fruſtra venier.
Obſecro per. Terent. And. 2. 1. 28,
Nunc te per amicitiam & per amorem obſecrò.
Obſecro & obteſtor. Horat. 1. epiſt 71,9
¶ Obſecro: *Aduerbialiter poſitum, pro Cedò.* Terentius Eunuch. 5. 5. 21,
—hem, Obſecro, an is eſt? Idem Eunuch. 5. 9. 58,
Obſecro te, quid agimus?
Obſecro tuam fidem Plaut. Amphit. 4. 2. 219.
Obſecro quàm. Plaut Amph. 4. 145,
Obſecro hercle quantus & quàm validus eſt.
¶ Obſecrandus. Plin. iun. lib 9. epiſt. 29, ad ruſticum: Laus potiùs ſperanda, quàm venia obſecranda eſt
¶ Obſecratio: pro precatione, quam pontifex ipſe præibat pop ſubſequenti verba præeuntis. Suetonius in Claud. Cæſ Vtq; dira aui in Capitolio viſa obſecratio haberetur, eamque ipſe vice Pontificis maximi pro roſtris pop. præiret.
OBSECVNDO.] Terent. Heaut. 4. 6. 22, Qua cauſa id fiat, obſecundato in loco.
¶ Obſecundanter. Nigidius de Dijs, libro 1, Quum autem id, quid ſit quærimus, obſecundanter naturæ viuerent.
OBSEPIO.] Liuius 5. bel. Pun. 210, Alij obſeptis itineribus ſuper vallum ſaliunt. Idem 2. ab Vrbe, 23, Poſtquam dolo viam obſeptam vidit, bellum apertè moliendum ratus.
Obſepire iter ad honores: *per tranſlationem.* Liuius 4. ab Vrbe, 108. Ibid. lib. 9. 174, Hæc plebi ad Curules magiſtratus iter obſepſit.
OBSEQVOR] Terent. Heaut. 3. 1. 10,
Nos quoque ſenes eſt æquum ſenibus obſequi.
Obſequi animo ſuo: *pro, Indulgere ſibi.* Plaut. Milite, 10. 82. Terent. Adelph 1. 1. 18,
Vxor, ſi ceſſes, aut te amare cogitat,
Aut tete amari, aut potare, aut animo obſequi.
Imperio. Iuuen. Satyr. 10, 35.
Obſequor, *cum Accuſatiuo.* Gel. lib. 2. cap 7. Sed ea tamen, quæ obſequi non oportet. Idem lib. 1. cap. 13.
¶ Obſequens. Terent Heaut. 2. 3. 18,
Propter quam in ſumma infamia ſum, & meo patri minùs ſum obſequens. Ibid. 1. 1. 100.
Obſequens voluptati homo. Terent. Hecyr. 3. 5. 9.
Obſequentior Salluſt. in Ciceronem, 1. Filia matris pellex, tibi iucundior atque obſequentior, quàm parenti par eſt.
Obſequens, quò libeat flecti. Plin. lib. 16 cap. 36,8.
¶ Obſequenter. Plin. epiſt. 144. a, Vixit in contubernio auiæ delicatæ ſeueriſſimè; & tamen obſequentiſſimè.

¶ Obſequium. Terent. And 1. 1. 41,
Obſequium amicos; veritas odium parit.
Obſequia fortunæ Curt. lib. 8.
Obſequium ventris mihi pernicioſius eſt cur? Horatius 2. Serm. Satyr. 7, 11.
Anceps obſequium. Perſ. Satyr. 5, 16.
Plenius obſequium Quint. in Proæm. lib. 1, 3.
Exſuere obſequium Tacit. lib. 3.
Grande obſequium ferre. Ouid. epiſt. 6, 4.
Flectere aliquem obſequio. Propert. lib. 1. eleg. 8, 8.
Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus. Ouid. 2. de Arte, 36,
Obſequio graſſare: mone, ſi increbuit aura. Horat. 2. Serm. Satyr. 5, 19.
Obſequium animo ſumere. Plaut. Bacchid. 21, 8.
Vincere aliquem obſequio. Ouid. 3. Amor. eleg. 4, 1.
¶ Obſequentia. Cæſar libro 7. belli Gall. Factum imprudentia Biturigum, & nimia obſequentia reliquorum.
¶ Obſequela. Plaut. Aſin. 3. 15,
Qui mihi auſcultabunt, facient obſequelam.
¶ Obſequioſus. Plaut. Capt. 7. 59,
Mihi obſequioſus ſemper fuiſti.
¶ Obſequibilis. Gel lib. 2. cap. 29, Cognatos affineſq; nullos fermè tam obſequibiles eſſe ait.
OBSERO] obſeris: Circumplanto. Columel. lib. 3. Agrum antequam vineis obſeras, explorato qualis ſaporis ſit. Varro 1. de Re ruſt cap 14, 1.
Obſerere mores: *pro Imbuere* Plautus Trinum. 8, 99.
Obſerere: *Circumdare.*
Pugnos obſerere Plaut Menæch. 22, 22.
¶ Obſitus. Pudore obſitus Seneca Agamem. 13. 8.
Annis & pannis obſitus. Terent. Eunu. 2. 2. 5. Sic Liu. 2. ab Vrbe, 95, Obſita ſqualore veſtis. Et Virg. 8. Aeneid. 62,
—obſitus æuo
Frondibus obſita Horat 1. Carm. ode 18, 3.
Niuibus obſitum iter. Curtius lib. 5.
Aer obſitus pallore. Lucan lib 5, 126.
Setis obſita Io. Virg. 7. Aeneid. 158.
Virgultis loca obſita. Liuius 8. bel. Pun 5.
Rura obſita pomis. Ouid. 13. Metam. 155.
OBSERO] obſeras: Occludo. Terent. Eunuch. 4. 5. 25,
Tu abi, atque oſtium obſera intus. Liuius 5. ab Vrbe, 186, Vbi eos, plebis ædificijs obſeratis, patentibus atrijs principum, maior propè cunctatio tenebat aperta, quàm clauſa, inuadendi.
Obſerat herboſos lurida porta rogas. Propertius libro 4. eleg. 12, 2.
Tabellam liminis obſerare Catul ad Ipſithillam, epigrammate 30, 1.
Palatum obſerare. Catul in Camerium, epigram. 51, 5.
¶ Obſeratus. Obſeratæ aures. Horat. Epod. ode 17.
OBSERVO.] Terent. And. 1. 1. 142,
—obſerues filium
Quid agat, quid cum illo conſilij captet. Virg 4. Georg 103.
—quos durus arator
Obſeruans nido implumes detraxit.
Obſerua an. Plaut. Aſin. 13. 60.
Tuus obſeruet, Venerine eas det, an viro.
Obſeruatote, quàm blande mulieri palpabitur. Plautus Amphit. 6, 9.
Fœdus ictum obſeruare. Silius lib. 17, 16.
Ianuam. Plaut. Aſin. 7, 7.
Scripturam alicuius obſeruare: *pro Reprehendere.* Terentius in prolog. Adelph. 2.
Obſeruare: *Verbum augurum.* Virg. 6. Aeneid 40,
Obſeruans quæ ſigna ferant, quo tendere pergant.
¶ Obſeruare: *Venerari & admirari aliquem.* Virgilius 4. Georgic. 42.
Præterea regem non ſic Aegyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaſpes
Obſeruant.
¶ Obſeruatum. Deprehenſum & animaduerſum. Plinius libro 16. capite 22. 1, Obſeruatumque non areſcere niſi tenuia.
Obſeruata Hippocrati. Plin. lib. 7. cap. 51.
¶ Obſeruans. Populus fit obſeruantior æqui. Claud. 7. Paneg. 60.
Omnium officiorum obſeruantiſſimus. Plin epiſt. 150.
¶ Obſeruatus. Participium.
Notæ obſeruatæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13, 2.
Sidera obſeruata. Ouid. 3 Faſt. 23.
Veſtigia obſeruata ſequor. Virg. 2 Aeneid 151.
¶ Obſeruatus: Verbale. Varro 2. de Re ruſtic. capite ſeptimo, tertio. Ex obſeruatu dicunt, eum equum habere annos ſedecim.

¶ Obſeruantia: Veneratio. Liuius lib. 1, Obſequio & obſeruantia in regem cũ omnibus, benignitate erga alios cum rege ipſo, certaſſet.
Obſeruantia: *pro conſuetudine.* Suet. in Auguſto. cap. 76, Ex hac obſeruantia nonnunquam vel ante initium, vel poſt dimiſſum conuiuium, ſolus cœnitabat Vlpian. in l. 1. ff de militari teſt. Si ad diligentiam legum & obſeruantiam reuocentur.
¶ Obſeruatio. Plin. lib. 11. cap. 10. 5, Mira obſeruatio operis.
Antiqui ſermonis obſeruatio. Suetonius de clar. Grammat. 24.
Abſumpta obſeruatio. Plin. lib. 11. cap. 37, 42.
Difficilior Quint. lib. 1. cap. 5, 15.
Lubrica. Quint. lib. 1. cap. 5, 4.
Perpetua obſeruatione dignum. Quint. lib. 2. cap. 12, 7.
Obſeruationi operam dare. Plaut. Milit. 4, 5.
Habere aliquam obſeruationem. Quint. lib. 6. cap. 3, 8.
In obſeruatione eſſe. Plin. lib. 17. cap. 21, 10.
Obſeruatio: Honor & reuerentia. Valerius Maximus lib. 1. cap. 1, quò minùs religionibus ſuis tenor ſuaque obſeruatio redderetur.
¶ Obſeruabilis. Quint. lib. 9. cap. 1, In armorum certamine, & aduerſos ictus, & rectas & ſimplices manus, tum videre, tum etiam cauere & propulſare, facile eſt: auerſæ, tectæq; minùs ſunt obſeruabiles.
¶ Obſeruanter. Macrobius in Som. Scipion. libro 1. cap. 1, Idem igitur obſeruanter ſequutus eſt in illis præcipuè voluminibus.
OBSES, OBSESSIO, OBSESSOR, OBSESSVS] Vide OBSIDEO.
OBSIDEO.] Cohors obſidet ædes. Iuuenal. Satyr. 10, 2.
Obſedêre alij telis anguſta viarum. Virg. 2. Aeneid. 67.
Campos obſedit milite. Virgil. 3. Aeneid. 80.
Fores obſedere ſtrictis mucronibus. Virg. 2. Aeneid. 90.
Miles obſidet hoſtem. Lucan. lib. 6, 24.
Obſidere itinera. Curt. lib. 6.
Latus læuum obſidet Charybdis. Virg. 3. Aeneid. 84.
¶ Obſidere: *pro Circumſtare.* Seneca: Varia & incerta pericula humanam vitam obſident.
Obſidere: *pro Obtinere* Celſus. Si totum id tamen obſederit.
Obſidere: *Sedere.* Terent. Adelph. 4. 6. 6,
----nunc verò domi
Certum obſidere eſt vſque, donec redierit.
Obſidere, & oppugnare vrbem, *differunt.* Liuius 2. ab Vrbe, Conſilijs ab oppugnanda vrbe ad obſidendam verſis.
¶ Obſido. Salluſtius: Præmittit illis homines militares, ſine tumultu collocatis præſidijs, ſicut præceptum erat, occulte Pontem obſidunt.
Obſidere: *pro Occupare.* Lucret. lib. 4,
Obſiditq; vias oculorum, ne ſimulacra
Poſſint vllarum rerum coniecta moueri.
¶ Obſidior: inſidias facio. Colum lib. 9. cap. 14. 8, ne apes intercipiantur violẽtia crabronum qui ante aluearia plerunque obſidiantur prodeuntibus.
¶ Obſidens. Catul. Argon. epigeam. 59. 69,
Troicaq; obſidens longinquo mœnia bello.
¶ Obſeſſus Cæſar 1. bel. Ciuil. 318, Tandem omnibus rebus obſeſſi, quartum iam diem ſine pabulo retentis iumentis, aquæ, ligni & frumenti inopia, colloquium petunt.
Obſeſſi vijs, commeatu interclusо. Cæſar 3. bel. Gal. 446.
Bellis obſeſſus & vndis. Stat. 9. Theb. 98.
Obſeſſi & impares. Quint. lib. 4. cap. 8. 16.
Artus obſeſſos occupat mihi ſudor. Ouid. 5. Metam. 127.
Corpus obſeſſum glaciali frigore. Ouid. 9. Metam. 117.
Fauces obſeſſæ: *id eſt, clauſæ.* Virg. 3 Georg 103.
Legio vallis obſeſſa tenetur Virg. 10. Aeneid. 24.
Limen obſeſſum, acta teſtudine. Virg. 2. Aeneid. 89.
Pectora obſeſſa multis malis. Senec. Herc. fur. 12, 12.
¶ Obſidium. Colum. lib. 9. cap. 7. 6, Intereunt, quum licet vitare peſtis obſidia, per aliud vadentibus effugium.
Capeſſere obſidia. Tacit. lib. 11.
Facere obſidium. Gell. lib. 15. cap. 10.
Soluere. Tacit. lib. 4, Primo ſui inceſſu ſoluit obſidium.
Obſidium tuo tergo eſt. Plaut. in Milite, 5, 64.
¶ Obſidio. Lõgæ obſidionis dira egeſtas. Iuuen. Sat. 15, 10.
Cingere vrbem obſidione. Virg. 3. Aeneid. 11.
Claudere muros obſidione. Lucan. lib. 3, 69.
Eximere obſidione. Liuius: Ibi quoque circumſeſſus, aduentu fratris obſidione eximitur.
Leuari obſidione. Virg. 10. Aeneid 6.
Ingenti obſidione premebat vrbem. Virg. 8. Aen. 130.
Solutus obſidione. Claud. 2 Paneg. 45.
Caſtra tenentur obſidione. Virg. 10. Aeneid. 22.
Trahere in longius obſidionem. Quint, lib. 1 cap. 10, 35.
¶ Obſeſſor. Liuius 9. ab Vrbe, 74, Papyrio quoque, qui obſeſſor Lucretiæ reſtiterat.
Obſeſſor fori Plaut. Pſeud. 13, 18.
Obſeſſor aquarum. Ouid. 2. Faſt. 52.
¶ Obſidiæ. Colum. lib. 8. cap. 2. 5, Dum tamen anus ſedula, vel puer, adhibeatur cuſtos vagantium: ne obſidijs hominum aut inſidioſorum animal um diripiantur
¶ Obſidionalis. Corona obſidionalis. Plin. de Viris illuſt. 17, Quare à Minutio & eius exercitu, obſidionali corona donatus eſt. Liu. 7. ab Vrbe, 176, Secundùm Conſulis donationem legiones gramineam coronam obſidionalem, clamore dõnum approbantes, Decio ponunt. Vide Plinium, lib. 22 cap. 4. 5.
¶ Obſes: Cæſar 1. bel Gal. 105, Eò poſtquam Cæſar peruenit, obſides ſeruos, qui ad eos profugiſſent, popoſcit.
Coniugij ſponſor & obſes. Ouid. 2. epiſt. 7.
Fidei obſides accipere. Seneca Thyeſte. 6, 6.
¶ Obſidianus. Obſidianum vitrum. Plin. lib. 36. cap. 26. 7, In genere vitri & obſidiana numerantur, ad ſimilitudinẽ lapidis, quem in Aethiopia inuenit Obſidius.
OBSIGILLO.] Abſcondo Senec. epiſt 1 lib. 21, Nunc multa obſigiliant, & aciem veſtram vel ſplendore nimio repercutiunt, vel obſcurè retinent.
OBSIGNO.] Plaut. Bacch. 13. 99,
Cedo tu ceram ac linum actutùm: age obliga, obſigna citò.
Teſtamenta obſignare. Cæſar 1. bel. Gall. 158.
¶ Obſignatus Habere aliquid obſignatũ. Lucret. lib. 2. 118.
OBSIPO.] Obijcio ait Feſtus: vt quum ruſtici dicunt, Obſipa pullis eſcam.
OBSISTO] Hîc obſiſtam, ne imprudenti huc ea ſe ſubrepſit mihi. Plaut. Milit. 5, 62.
Obſiſtere alicui obuiam Plaut. Amphit. 12, 2.
Fugienti. Ouid. 12. Metam. 85.
Minis. Lucret. lib. 1, 22.
Freta obſiſtunt remis. Ouid. epiſt. 13, 1.
Vento obſiſtere. Ouid. 2. de Arte, 140.
Vix obſiſtitur ventis. Ouid 1. Metam. 12.
Iura obſiſtunt viribus. Lucan. lib. 3, 23.
OBSITVS.] Vide OBSERO, obſeris.
OBSOLESCO] Obſoleſcere interiecto ſpatio. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 1.
Laus alicuius obſoleſcit. Tacit. lib. 4.
Gloria obſoleſcit. Curtius lib 9.
¶ Obſoleſio. Seneca epiſt 29, Diluitur autoritas, nec habet apud eos ſatis ponderis, quos poſſet minùs obſolefacta corrigere. In alio ſignificatu apud Valerium, lib. 3. cap. 5, Idem Præturæ petitor candidam togam adeò turpitudinis maculis obſolefactam in campum detulit, id eſt, inquinatam.
¶ Obſoletus: Inueteratus.
Vetuſtas obſoleta. Quint lib. 4 cap. 1, 41.
Villa & obſoleta ſpolia. Curtius in principio libri 9.
Obſoletum amiculum. Curtius lib. 6.
Tecti obſoleti ſordes. Horat 2. Carm. ode 10, 2.
Veſtis obſoleta: *Detrita & ſordida.* Liu. 7. bell. Pun. 117, Sed erat veſte obſoleta, capilloq; & barba promiſſa.
Color obſoletus. Colum. lib. 2. cap. 11, 0.
Dextra obſoleta ſanguine: *id eſt, maculata.* Senec. Agam 13, 5.
Mulier obſoleta ſordibus paternis. Horat Epod. 17, 19.
OBSONATOR, OBSONIVM, OBSONO.] Vide OPSONIVM.
OBSORBEO.] Totum ſorbeo. Plaut. Curcul 73. 4,
Vin' aquam? c. ſi fruſtulenta eſt, da obſecro; hercle obſorbeam.
OBSORDEO.] Obſoleſco. Cæcilius: Obſorduit iam hæc in me ærumna miſeria.
OBSTACVLVM.] Vide OBSTO.
OBSTETRIX.] Terent. And. 1. 5. 64, Obſtetricem acceſſo.
OBSTINO] Obfirmo. Plaut. Aulul. 719,
Ea affinitatem hanc obſtinauit gratia.
Obſtinauerãt animis, vincere, aut mori. Liu. 3 bel. Pun. 133.
¶ Obſtinatus. Liu. 3. ab Vrbe, 195, Aduersùs quæ omnia obſtinato animo Appius in tribunal aſcendit.
Animi obſtinati ad decertandum. Liuius lib. 6. Decad. 1. Curtius lib. 8, Quem vt armigeri corporiſq; cuſtodes ad moriendum obſtinatum eſſe cognouerunt, vniuerſi In tabernaculum irrumpunt.
Aures obſtinatæ. Horat. 3. Carm ode 11, 2.
Conſilium obſtinatum tenet necis. Seneca Hippol. 7, 4.
Fides obſtinata. Tacit. lib. 21.
Mente obſtinata perferre aliquid. Catul. ad Seipſum, epigram 2, 3.
Pudicitia obſtinata. Liu. 1. ab Vrbe 254.
Obſtinatus, *cum infinitiuo.* Liu. lib. 2 Decad 5, Quum ex inſperato iam obſtinatis mori ſpes affulget.
¶ Obſtinatio. Obſtinatio viris fœminiſq; par. Tacit. lib. 21. De Iudæis.

Obſtina-

Obſtinatio fidei. Tacit.lib.19.
¶ Obſtinatè. Plaut. Aſin.3,10. Terent. And. 1.5.8.
Itáne obſtinatè operam dat, vt me à Glycerio miſerum abſtrahat?
Negare obſtinatè. Cæſar 5.bel.Gal.23.
Credita obſtinatè. Liuius 8.bel.Pun.7,3.
OBSTIPO] condenſo. Plautus Ciſtel.7,39,
Obſtipat aquulam.1.. quò aucta eſt, eò ſequimur.
Verticem obſtipare. Plaut. Merc.17,16.
¶ Obſtipus: Inclinatus, vel flexus verſus humerum. Horat. 2.Serm. Satyr.5. 19,
Stes capite obſtipo multum ſimilis metuenti.
OBSTO.] Contrà ſto. Curtius: Obſtant oppido gemini colles.
Turba mihi obſtitit in media via. Ouid.4.Faſt.182.
Legitimè obſtare. Quint.lib.2.cap.4,26.
Contra pugnare & obſtare. Lucret.lib.2,159.
Obſtare: *Reſiſtere, aduerſari.* Terent. Heaut.3.1.92,
Paululum negoti mihi obſtat. Idem Hecyr.4.2.11.
Ne mea præſentia obſtet.
Obſtare, cur. Terent. And.1.1.76,
Quid obſtat, cur non verè fiant?
Portenta deûm obſtant. Virg 7.Aeneid.12.
Dolor obſtat artibus. Ouid. epiſt.21,39.
Pietas obſtitit crudelibus auſis. Ouid.epiſt.14,10.
Conatibus alicuius obſtare. Ouid.2.de Remed.amor.58.
Ictibus. Stat.6. Thebaid.159.
Aequor obſtitit iuuenilibus inceptis. Ouid.epiſt.17,7.
Mora obſtat tardis noctibus. Virg.2.Georg.97.
Precibus nunquam implacabilis obſtas. Claud.2.Paneg.4.
Aether totus obſtitit venientibus. Lucan.lib.7,31.
Obſtare in. Seneca de Beneſic.7, Quia in laudem vetuſtorum inuidia non obſtat.
¶ Obſtans. Clauſtra obſtantia. Horat.1.epiſt.14,2.
Remos obſtantes obuertere. Ouid.3. Metam.136.
Moras obſtantes pellere. Ouid.1.Amor.eleg.11,2.
¶ Obſtaturus. Quint.lib.2. cap.12, Video quoſdam in ipſo ſtatim limine obſtaturos mihi.
¶ Obſtaculum: Impedimentum. Plaut. Pſeud.7.10,
Quom commeatum volui argentarium proficiſci,
Ibi nunc oppido ppoſita obſtacula.
OBSTRAGVLVM] Operimentum. Plin.lib.9 cap.35.10, de vnionibus: Quin & pedibus, nec crepidarum tantùm obſtragulis, ſed totis ſocculis addunt.
OBSTREPO.] Salluſt. Ad hæc maledicta, alia quum adderet, obſtrepere omnes, hoſtem atque parricidam vocare.
Portis obſtrepere. Liu.2.ab Vrbe,209.
Vociferari & obſtrepere. Liu.1.ab Vrbe,178.
Turba obſtrepit. Tibul.lib.2.eleg.1,8.
Exercitus obſtrepit pulſis armis. Stat. 11. Thebaid.50.
Laudi alicuius obſtrepere. Seneca Herc. fur.11,28.
Fontes obſtrepunt lymphis manantibus. Horat. Epod.2,6.
¶ Obſtrepitur. Liu.3.ab Vrbe,203, Eos concio audit; Decemuiro obſtrepitur.
¶ Obſtrepens. Mare obſtrepens Baijs. Horat. 2. Carm.ode 18, 4.
Obſtrepente pluuia nihil ſenſère Pœni. Liuius 1. bell. Pun.123.
OBSTRIGILLO] repugno, vel detraho alicui. Varro lib.4. de vita pop.Roman. Quod Curio, quum id feciſſet, dicebat amicis, vt illi renuntiaretur, ſe obſtrigillaturum, ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret Conſul. Ennius Satyr. libro 2. Reſtitant, occurrunt, obſtant, obſtrigillant, Vagitant. Varro de Re ruſtic. libro 1. capite 2.20, Tu, inquit, inuides tanto ſcriptori, & obſtrigillandi cauſa figlinas reprehendis.
¶ Obſtrigillator. Varro: Aemulum illius artis atque obſtrigillatorem.
OBSTRINGO.] Plautus Curcul.15.29,
Nihil agit; collum obſtringe homini. Liu.10.bel.Pun.33, Alij ſuper alios cadentes obſtricti moriebantur.
Obſtringere ſibi aliquem munere. Plin.epiſt.104.
Fidem ſuam obſtringere alteri. Plin. epiſt.78.c, Sub ea tamen conditione, ne cui fidem meam obſtringam.
Iureiurando obſtringere aliquem. Cæſar 1 bel Gal.121.
Obſtringere ſe: *pro, Committere.* Obſtringere ſe periurio. Liu. 6.bel Pun.248, Et obſtringere periurio, non ſe ſolùm, ſuumq; caput; ſed ſigna militaria, & aquilas, ſacramentique religionem.
Obſtringere ſe hæreditati; *eam occupare, & ſibi vendicare.* Paulus in l.ſi is ad. ff. de acquirenda vel omit. hæred. Nam vt quis pro herede gerendo obſtringat ſe hereditati; ſcire debet, qua ex cauſa hæreditas ad eum pertineat.
Obſtringere aliquem debito: *Debitorem conſtituere.* Seneca lib 6.de Beneſic.
¶ Obſtrictus: Participium.
Limine tecti obſtrictus. Ouid.in Ibin,124.
Obſtrictus actione mandati, vel negotiorum geſtorum. Africanus in l.cum mancipium.ff.de Aedilit edicto.
¶ Obſtrictus: Verbale. Anguſtia Seneca lib.5 Nat quæſtio. Per hæc loca, quum ſe exitum quærens tempus torſit, accendat flammam ipſo obſtrictu, neceſſe eſt.
OBSTRVDO] Occulto, occludo. Plaut.Stich.10.13,
Quin tu ſtas? obſtruſero aliquid ſtrenuè. Plinius Paneg.72, Bonos autem otio aut ſitu obſtruſos, & quaſi ſepultos.
Receſſus obſtruſi. Claud.7.Paneg.55.
Terra obſtruſa. Ouid epiſt.7,29
OBSTRVO.] Plinius libro 11. cap 7.1, Omnes frigoris aut iniuriæ aditus obſtruuntur. Cæſar 1.bel. Ciuil.109, Obſtruere portas.
----obſtruximus orbem
Terrarum nobis, vt Crete ſola pateret.
Vndas obſtruit molibus. Lucan.lib.2,131.
Obſtruere aures. Seneca de Benef lib.3.cap.16.
Deus obſtruit aures viri. Virg 4.Aeneid.88.
Fata obſtant, placidaſq; viri Deus obſtruit aures.
Fauces obſtruere alicui. Lucan.lib.5,4.
Senſus. Plin. lib.35. cap. 10,35.
Spiritus oris obſtruitur reluctanti. Virg 4. Georg.60.
Amnes obſtructi ſtragibus. Silius lib. 13,150.
Portæ obſtructæ cadauere. Silius lib.11,40.
OBSTVPEO] Terentius Adelph 4.4.3,
Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit.
Animi obſtupuère Virg.2.Aeneid 24.
Aſpectu primo obſtupuit. Virg.1.Aeneid.124.
Obſtupuit viſu Aeneas. Virg.5.Aeneid.18.
¶ Obſtupidus. Plautus Milit.18.39,
Quid aſtitiſti obſtupida? cur non pultas? Gellius lib.5. capite 1,
Conſiluiſſe vniuerſos, quaſi attonitos, & obſtupidos.
¶ Obſtupefacio. Terentius Phorm.2.1.54,
Ita eum tùm timidum obſtupefecit pudor.
OBSVM] Noceo. Plaut. Amphit.10.12,
Factum id Amphitruoni obfuit.
Gloria multis obfuit. Ouid 11. Metam.65.
Lingua obfuit authori. Ouid.4 de Ponto, eleg.14,8.
OBSVO] Ouid.2.de Faſt.in Feralium mentione:
Obſutum menta torret in igne caput.
OBTEGO] Cato cap.40.3, Inſuper lingua bubula obtegito, ſi pluat.
Vetuſtas obtegitur denſa caligine. Silius lib.8,9.
Errata adoleſcentiæ obtegere. Plaut.Trinum.10,24.
¶ Obtegens ſui. Tacitus lib.4.
¶ Domus obtecta arboribus. Virg.2.Aeneid.60.
OBTEMPERO] Imperio alicuius obtemperare. Cæſar 4 bel. Gal. 540.
Iuſſis magiſtri. Ouid.4.Triſt.eleg.5,9.
OBTENDO] Obtendere velum ante lectum. Sueton.in Nerone. Plinius libro 11. cap. 37.28, Omnibus membrana vitri modo translucida obtenditur.
Antilibanus obtenditur. Plin.lib.5. cap.20,1. Virgilius 10. Aeneid.17,
Proq; viro nebulam & ventos obtendere inanes.
Rationem turpitudini obtendere. Plinius epiſt.159.g.
¶ Obtentus: Particip. Virg.1. Georg.50,
----& obtenta denſantur nocte tenebræ.
¶ Obtentus: Verbale. Virg.11.Aeneid. 14,
Extructoſque toros obtentu frondis inumbrant.
Plin lib.31 cap.1,2.
Obtentus: *Prætextus.* Gel.lib.10.cap.22, Qui obtentu philoſophiæ nominis, inutile otium, & linguæ vitæq tenebras ſequuntur. Liu.1.ab Vrbe,246.
Obtentui eſſe. Salluſt. in oratione Lepidi ad Pop.Roman. Quia ſecundæ res mirè ſunt vitijs obtentui.
OBTERO] Contero ſuffoco. Varro 2. de Re ruſt. cap.1.19,
Vt purè & molliter ſtent, videndum, & ne obterantur.
Eques obtriuit pabula. Lucan.lib.6,17.
Hoſtem obterere. Lucan.lib.7,56.
Iure obterere. Liuius 3.ab Vrbe,237.
Maieſtatem populi Roman. ſeneſcentem obterere. Liu.3. bel.Pun.201.
Militem verbis. Liu.4.bel.Pun 66.
Vis quædam obterit res humanas. Lucret.lib.5,248.
Veſtigia obterere. Plin.lib.22 cap.6.7, Ne neglectu veſtigia obterant.
¶ Obterere: *Detrahendo minuere.* Curtius lib.8. Silentiū tum habuère ſeniores, donec Philippi res orſus obterere, nobilem apud Cheroneā victoriā ſui operis fuiſſe, iactauit.
Relligio pedibus obteritur. Lucret.lib.1,16.
Obterere: *Tundere in mortario.* Col lib.6.cap.4, Nonnulli pellem ſerpentis obtritam cum vino miſcent.

¶ Obtri-

¶ Obtritus: Participium.
Pondere terræ obtritus. Lucret.lib.3,183.
Oſſa obtrita. Lucan lib.3,131.
Obtritus vehiculo. Vlpian. in l. ſi pecuniam. §. vlt ff. de condict. cauſ. data.
¶ Obtritus: Verbale. Plin.lib.18.cap.28.1, Ne herbæ vellantur, obtrituq; hebetentur.
OBTESTOR] precari, cum mentione earũ rerum per quas petimus. Virg.10. Aeneid.10.
—per euerſæ genitor fumantia Troiæ
Excidia obteſtor. Terent And.1.5.56,
Per tuam fidem, perq; huius ſolitudinem
Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges.
OBTEXO] Plin.lib.11.cap.19.1, Filis etiam araneoſa, quacunque inceſſit, alarum maxime lanugine obtexit. Idem lib.2.cap.39, Cælum aliud obtexens. De nubibus.
Domum obtexere. Plaut. Moſt.3.41.
Omne fretum longa velorum obtexitur vmbra. Stat.2. Achil. 24.
Cælum obtexitur vmbra. Virg.11. Aeneid.123.
OBTHVRO] Occludo. Horat.1.epiſt.2.21,
Obthurem patulas impune legentibus aures.
¶ Obthuramentum. Plin lib.16 cap 8.4, de cortice ſuberis: Vſus eius cadorum obthuramentis.
Obthuramentum ſtagni. Plin.lib.33. cap.4,10.
OBTICEO] Terent. Eunuch.5.1.4,
Virgo conſciſſa veſte lachrymans obticet. Martial. lib.10 17,
Et queritur nugas obticuiſſe meas.
Chorus turpiter obticuit. Horat. de Arte, 58.
¶ Obticentia. Quint. lib 9. cap.2.
OBTINEO] Impetro.
Obtinuit vt. Liu.5. bel. Maced.33, Is obtinuit, vt præferretur candidato, quem Africanus frater ducebat.
Admirationem obtinere. Plin. lib.34.cap.2,1.
Aetatem. Plaut. Ciſtel 2.41.
Artem. Plaut Milit.5,10.
Fama obtinet. Liuius 1. bel. Pun 184.
Firmitudinem animi obtinere. Plautus Aſin.7,54.
Tertium locum Mileſiæ oues obtinent. Plin.lib.8.cap.48,1.
Obtinent magnum locum in medicaminibus hæc herba. Plin.lib.14.cap.1,9.
Obtinere ſecundum locum. Plin.lib.12. cap.23,2.
Principem locum. Cæſar 1.bell.Gall.26.
Nobilitatem Plin.lib.13.cap.4,13.
Noctem obtinuit caligo. Liu.9 bel.Pun.137.
Nomen patriæ obtinere. Plin. lib.15. cap18,2.
Noxiam veneni. Plin.lib.20.cap.13,6.
Ordinem ſuum. Columel.lib.3. cap.16,2.
Primatum apud regem. Plin.lib.24.cap.17,8.
Principatum. Plin.lib.9.cap.18,1.
Principatum in. Cæſar 1 bel.Gal.13, Qui eo tempore principatum in ciuitate ſua obtinebat.
Principatum obtinere: *de inanimatis*. Plin.lib.14.cap.2,3.
Rationem obtinere. Plinius libro 17. cap.2,10. Terentius Adelph 5.3.26,
—eandem illam rationem antiquam obtinet.
Regnum in Sequanis. Cæſar 1.bel.Gall.13.
Venuſtatem antiquam. Terent. Hecyr. 5.4.17.
Vicem. Plin.lib.11.cap.3,3.
Vim medicamenti obtinet. Plin.lib.11.cap.42,2.
Vrbem aliquam armis obtinere. Liu.10.bel.Pun.90.
¶ Obtinere: *pro Occupare*. Plin. lib. 12. cap.1.6, Arbor agros longis obtinens vmbris.
OBTINGIT] Euenit. Plaut.Rud.20.35,
Tibi obtigit, quod plurimi exoptant ſibi.
Obtigit dies mihi aduerſus. Plaut. Menæch.20,2.
Diſcordia mihi tecum. Horat. Eod.4,1.
Occaſio. Plaut. Rud.22,18.
Tibi ex ſententia. Terent Heaut.4.3.5.
Præter ſpem Terent. Phorm.2.1.9.
Obtigit de. Plaut. Rud.26,7,
Eloquere vt hæc res obtigit de filia.
OBTORPEO.] Squamæ obtorpuere. Plin.lib.8.cap.27,3.
Manus obtorpuit. Liuius 2.bel.Pun.18.
OBTORQVEO] Plin. de Viris illuſtribus. Conſuli legibus agrarijs reſiſtenti, ita collum in comitio obtorſit, vt multus ſanguis efflueret è naribus.
Proram obtorquet in vndas. Stat.5.Thebaid 83.
¶ Obtortus. Obtorti auri flexilis circulus. Virgilius 5. Aeneid. 112.
OBTRECTO.] Obtrectare laudibus alterius. Liuius 8. ab Vrbe, 184.
Obtrectare aliquid: *pro Culpare & damnare*. Plin.lib.9.ca.35.16, de Cleopatra: Superbo ſimul ac procaci faſtu, vt regina meretrix, lautitiam eius omne apparatumq; obtrectans.
Obtrectare laudes. Liu.lib.5.Decad.5.
¶ Obtrectans. Inuidia obtrectans. Silius libro 16,3.
¶ Obtrectatio. Obtrectatio laudis. Cæſar 1.bel.Ciuil.27.
Obtrectatio & liuor pronis auribus accipiuntur. Tacitus libro decimoſeptimo.
¶ Obtrectatus. Verbale. Gellius lib.20.cap.vltimo: Aequũ eſſe puto, vt ſine vano obtrectatu conſiderent.
OBTRITVS] Vide OBTERO.
OBTRVDO] Plaut Menæch.12.25,
Iamne abijt intrò? abijt; obtrudit fores.
Obtrudere: *renuenti offerre*. Plautus Curcul 7,87.
Aliquid priùs obtrudamus; pernam, ſumen, glandium.
Obtrudere vxorem. Terentius Andr.1,5.16. Idem Hecyr.3.1.16,
Tamen nunquam auſus ſum recuſare eam, quam mihi obtrudit pater.
OBTRVNCO] ocidere. Liuius 1.ab Vrbe,43, Regem in prælio obtruncat, & ſpoliat.
Incautum excipit, patriasq; obtruncat ad aras. Virgilius 3. Aeneid 67.
¶ Obtruncatio. Colum. lib.4. cap. 29.3, Quod tùm & obtruncatione vitis, & cum eiuſdem reſectionis fiſſura, præcipit fieri.
OBTVNDO.] Aciem oculorum obtundere. Plinius lib. 22. cap.25, 21.
Vox obtunditur, atque aures confuſa penetrat. Lucretius libro 4,124.
¶ Obtundere: *Sæpius repetendo eadem inculcare*. Terent. Heaut. 5.1.6,
Deſine deos vxor gratulando obtundere. Idem Adelph.1.2.33,
Auſculta ne me obtundas de hac re ſæpius.
¶ Obtuſus. Plin.lib.18.cap 35.7, Cornua lunæ obtuſa.
Obtuſus animi vigor Liuius 5.ab Vrbe.83.
Obtuſis pugnis. Plaut. Amphit.7,48. Colum.lib.4.cap.24.
Obtuſa hebesq; & mollis falx, putatorem moratur, eoque minus operis efficit, & plus laboris adfert vinitori. Virg. Georg.53.
—durum procudit arator
Vomeris obtuſi. Virg.1. Aeneid.215,
Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni.
Acies obtuſa ſtellis. Virg.1.Georg.79.
Angulus obtuſus. Lucret.lib.4,71.
Aures obtuſæ. Stat.5. Sylu 1,35.
Cornua obtuſa. Virg.1.Georg 87.
Vires obtuſæ. Lucret.lib.3,92.
Vſus obtuſior. Virg.3. Georg 27.
Obtunſus, *etiam legitur*. Plin.epiſt.123.lib 7. ad Præſentem: vt obtunſus illis & oblitus ſtomachus, his excitaretur. Plaut Caſina.21.7,
—obtunſo ore nunc peruelim progrediri ſenem.
OBTVEOR] Diligenter conſpicio. Plaut. Moſtel.10.65,
At tu iſtac. aduorſum obtuere. Idem Amph. 10.19,
Inimicos auſa ſum ſemper obtuerier.
¶ Obtutus: Aſpectus.
Acris obtutus. Silius lib.17,70.
Continuus oculorum obtutus. Quint.lib.1.cap.2,9.
Toruus. Silius lib.10,13.
Obtutu conſurgit ab alto. Valer.7.Argon.18.
Viſum fatigari continuo obtutu oculorum. Quint.lib.1. cap.2, 9.
Obtutu hæret defixus in vno. Virg.1. Aeneid.100.
Tacito obtutu ſtetit. Virg.12.Aeneid.134.
Ora defixa tenet obtutu. Virg.7. Aeneid.50.
OBTVRBO] Terent.Andr.5.4.23, Itàne verò? obturbat. Plin.epiſt. 190.g, Nemo patitur; obturbatur, obſtrepitur. Tacit lib.19, Denſo agmine obturbabat.
OBTVRO] Vide OBTHVRO. Varro 3.de Re ruſt cap.16.6, Etiam paucæ extra oſtium aluei obturant omnia.
OBTVSVS] Vide OBTVNDO.
OBTVTVS] Vide OBTVEOR.
OBVAGIO] Plaut.Penul.2.31,
Neue eſurientes hic quaſi hœdi obuagiant. de infantibus.
OBVARICATORES] Dicebantur illi, qui cuipam occurrebant, quò minus rectum iter conficeret: inquit Feſtus.
OBVARO] Peruerto, deprauo. Ennius Achille: Nam conſilijs obuarant, quibus tam concedit hic ordo.
OBVENIO] Plaut.Aſin.7,15. Plin epiſt.188, Obueniat materia, vel hæc ipſa quam monſtras, vel potiùs alia.
Obuenit occaſio. Curtius lib.8.
Obuenit hæreditas: vel, Hæreditate obuenire aliquid. Varro de Re ruſt.libro 1.cap.12, Quid potero facere. ſi iſtiuſmodi mihi fundus hæreditate obuenerit? Plinius epiſt.6. libro 3, Ex hæreditate, quæ mihi obuenit, emi proxime Corinthium ſignum.
¶ Obuen-

¶ Obuentio. Vlpianus in l. magis puto. 1. ſi pupillus ff. de rebus eorum qui ſub tutela & cura ſunt, in redituum ſpe atq; obuentionum.
Reditus & obuentiones Vlpianus in l. 1. § exercitorem ff. de exercitoria actione. Exercitorem autẽ eum dicimus, ad quem obuentiones & reditus omnes perueniunt.
OBVERTO] Plaut Pſeud. 16 5,
Ne in re ſecunda nunc mihi obuertat cornua.
Obuertere ordines, vel ſigna. Liu. 7. bel. Pun. 110. Idem 9. ab Vrbe, 13.
Arcum obuertit in illum. Ouid. 12. Metam. 121
Proras obuertunt pelago. Virg. 6. Aen. 1,
Terga obuertere alicui Virg. 2. Georg 55.
Obuerſi Orienti gallina Colum. lib. 1. cap. 3, 1.
Obuerſus ſto. Plin. lib. 9. cap. 57. 1, Contraq; venantes refugere in ſuas cauernas, & in ijs obuerſos ſtare.
¶ Obuerſor: frequenter adſum Plin. epiſt. 116 a, lib. 5, Sedebant iudices; Centumuiri venerant; obuerſabantur aduocati.
Obuerſatur ſpecies in ſomnis. Liu. 2. ab Vrbe, 155.
Obuerſatur oculis Claudianæ cladis memoria. Liu. 5. bel. Maced 36.
Ante oculos obuerſari. Lucret. lib. 4, 198.
OBVIO] Salluſt. in Iugurtha, non procul ab initio: Tum primùm ſuperbiæ nobilitatis obuiatum.
¶ Obuius. Obuia arma ferre Virg. 9. Aeneid. 12 Salluſt Deinde omnes puberes, Numidas atque negotiatores promiſcuè, vti quiſque armatus fuerat, obuius interfecit.
Signa obuia ſignis. Lucan lib. 1, 2.
Tute tibi obuius obſtas. Lucret. lib 4, 232.
Obuius & expoſitus homo. Plin epiſt 10. a, Eſt enim obuius & expoſitus, plenuſq; humanitate, quam præcepit.
Obuium ſe dare alicui Liu. lib. 1. ab Vrbe, 67.
Obuia vrbs inimicis. Virgil. 3. Aeneid 100.
Obuij è diuerſo. Plin. lib 8. cap. 50, 2. Virg 1. Aeneid. 64,
Cui mater media ſeſe tulit obuia ſylua.
Turba obuia mi venerat Propert. lib. 2. eleg. 30, 1.
¶ Obuiam. Terent. Phorm. 1. 2. 2,
At ego obuia conabar tibi, Daue.
Effuſi obuiam. Liu 5. ab Vrbe, 106, Aduentus quoque Dictatoris, omnibus ordinibus obuiam effuſis celebratior, quàm vllius vnquam antea fuit
Obuiam ire periculis. Salluſt in Iugurtha.
Obuiam eſſe: pro, In promptu. Plaut. Capt. 10. 6.
Nec ſycophantijs, nec fucis, vllum mantellũ obuiam eſt.
Idem Aulul. 10 19,
Quod te ſcio facilè abſtinere poſſe, ſi nihil obuiam eſt.
OBVMBRO] Virg. 13. Aeneid. 116,
----obumbrant æthera telis. Curtius: Quippe obumbratus amnis preſſo in ſolum dilabitur alueo.
Coma obumbrat humeros. Ouid. 13. Metam. 180.
Lucus obumbrat templum. Virg. 14. Aeneid, 168.
Oleaſter obumbrat veſtibulum. Virg. 4. Georg. 4.
¶ Obumbrare: *Tueri, defendere* Virg. 11. Aeneid 45,
----& magnum reginæ nomen obumbrat.
Obumbrare: *Obſcurare*. Quint in Procem. lib 8, Nec gratiam conſequuntur, & fidem amittunt: propter id, quod ſenſus obumbrant & velut læto gramine ſata ſtrangulant.
Crimen obumbrare ſub imagine erroris. Ouid. 3. de Ponto, 3, 15.
Error obumbrat crimen facti. Ouid. epiſt. 16, 10.
Obumbratur ſapientia vino. Plin lib. 23. cap. 1, 28.
Obumbrare, *cum datiuo*. Plin. lib. 7. cap. 21. 1, Meliorq; ea viuo, quando ſibi ipſa non obumbrat, aſſiduoq; ſole coquitur, & afflatum magis ſentit.
OBVNCVS] incuruus Virg 6. Aeneid. 120,
—roſtroq; immanis vultur obunco.
Morſus obuncus aquilæ. Claud de bello Gildon. 94.
OBVNDO] Stat 1. Achil 21,
—lateq; deæ ſperchios obundat
Obuius, & dulci veſtigia circuit vnda.
OBVOLVO] Obuoluere vitium decoris verbis. Hor. 2. Serm. Satyr 7, 9.
OBVSTVS] Sudes obuſta. Ouid. 12. Metam. 60.
Robur obuſtum. Silius lib. 4, 57.

O C

OCCA] Inſtrumentum ruſticum. Virg. 1 Georg. 19. Colum. lib. 2. cap 18, tum glebas farculis reſoluemus, & inducta occa coæquabimus.
¶ Occo Varro de Re ruſt. lib 1. cap. 31. 1, Vineas nouellas fodere, aut arare & poſtea occare, id eſt, comminuere, ne ſit gleba: quod ita occidunt, occare dicunt. Colum. lib. 2. cap. 10, 4
Villicus occat ſegetes. Horat. 2. epiſt. 2, 33.
Sibi occare. Plaut. Merc. 1, 71.
¶ Occatio. Plin. lib. 18. cap. 20. 1, Aratione per tranſuerſum iterata, occatio ſequitur.
¶ Occator. Plaut. Capt. 12. 4,
Non occatorem dicere debebas prius?
Nam ſemper occant prius, quàm ſarriunt ruſtici. Colu. lib. 2. 13, 1.
¶ Occatorius. Occatoria opera. Colum. lib. 2. cap. 13, 2.
OCCAECO] Plaut. Menæch. 4. 65.
— ô ſolem fides,
Statim vt occæcatus eſt, præ huius corporis candoribus.
Occæcare animum: *per tranſlationem*. Liuius 8. bel. Pun. 128, Mors Scipionis falſo credita occæcabat animos.
Occæcati animi pauore Liu. 8. bel Maced. 92.
OCCALLESCO] Plaut Aſin. 9. 13,
Qui latera conteram tua, quæ occalluere plagis. Ouid. Metam. 57,
Oráq; meum ſenſi pando occalleſcere roſtro.
Occalleſcere in odium. Seneca de Ira.
Longa patientia occallui. Plin. epiſt. 39. Apud Plautum: Occalluit animus.
¶ Occallatus. Seneca 4. Nat. Quæſt. Sed quid ſentire poſſunt emortuæ fauces & occallatæ curis ardentibus?
OCCANERE] pro Occinere. Tacit. lib. 2, Tum Setius occanere cornua, tubaſque, & peti aggerem, erigi ſcalas iuſſit.
OCCASIO] Eſt opportunitas temporis, caſu proueniens inquit Feſtus.
Factorum occaſio. Quint. lib. 8. cap. 6, 21.
Rara occaſio. Quint lib. 3. cap. 7, 12.
Amplecti occaſionem. Plin. epiſt. 13. lib. 2.
Capere Plaut. Pſeud 16, 6.
Dare occaſionem alieni rei Quint. lib. 1. cap. 3, 10.
Imminere occaſioni. Curtius lib. 5.
Offerri occaſionem. Tacit. l.b. 12.
Occaſio parta. Plaut. Bacchid. 15, 24.
Præbere occaſionem flagitijs Quint. lib. 1. cap. 2, 4.
Quærere occaſiones. Senec de Benefic. lib. 3. cap. 14.
Rapiamus occaſionem de die. Horat. Epod 13, 1.
Occaſio eſt Plaut. Pſeud. 5. 12. Terent. Phorm. 5. 7. 2,
Summa eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes.
Occaſio venit. Plaut. Trin. 13, 155.
Occaſio: *pro Copia*. Col. lib 8. cap. 17, Id autem ſtagnum vel exciditur in petra. cuius rariſſima eſt occaſio; vel in litore conſtruitur opere ſignino. Plin. lib. 16. cap. 40. 8, Quoniam ad excutiendum ignem, non ſemper lapidis occaſio eſt.
¶ Occaſiuncula. Plaut. Trin. 13. 129,
Nam nihil aurifero, nimis argute obrepſiſti meapſe occaſiuncula.
OCCASVS] Vide OCCIDO.
OCCATIO, OCCATOR, OCCATORIVS] Vide OCCO.
OCCEDO] Accedo. Plaut. Aſin. 8. 24,
Quiſquis obuiam huic occeſſerit irato, vapulabit.
OCCENTASSIT] pro, conuitium fecerit, Veteres dicebant: inquit Feſtus. Hinc illa XII. tab. Lex: Si quis occentaſſit, ſiue carmen condidiſſet, quod infamiam faceret, flagitiũ ue alteri precar. tur.
OCCEPSO] Incepero, Veteres dicebant: autore Nonio. Plaut. Amphit. 8. 39,
Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.
OCCIDO] Interficio. Terent. And. 5. 2. 22,
Si quicquam mentitum inuenies, occidito.
Non hominem occidi. Horat. 1. epiſt. 17, 10.
Inermem occidere. Ouid. 2 Faſt. 139.
Occidere pugnis. Terent. Adelph. 4 2. 21.
Occidere: *Enecare, excruciare*. Terent. Phorm. 4. 3. 68,
Hei mihi, Geta, occidiſti me tuis fallacijs. Idẽ Adel. 5. 7. 1.
Legendo occidere aliquem. Horat. de Arte, 96.
Occidis ſæpe rogando. Horat Epod. 14, 1.
¶ Occiſus Occiſa eſt hæc res. Plaut. Menæch. 11. 45,
Satin' ſanus es? occiſa eſt hæc res.
¶ Occiſiſſimus Plaut. in Caſin. 15. 53,
Occiſiſſimus ſum omnium qui viuunt: loricam induam.
¶ Occidio. Colum. lib 4 cap 17. 2, Nec ad occidionem vniuerſum genus perduci patimur, complurium annorum negligentia. Tacit. lib. 12, Copiæ tum occidione occubuiſſent *Item in eodem libro*: Ac poſt multum vulnerum, occidioni exempti ſunt.
Occidione occidere. Liu. 8. bell. Pun. 236.
OCCIDO] Cado. Plaut Rud. 2. 6,
Et alia ſigna de cælo ad terram occidunt.
Occidere: *Mori*.
Potentes rerum occiderunt. Lucret. lib. 3, 209.
Morte æterna occidere Valer. 7. Argon. 57.
Ferro occidit Priamus. Virg. 2. Aeneid. 117.
Ante ſuos annos occidit. Ouid. 2. Amor. eleg. 2, 10.
Vulnere occidit. Ouid. 6. Metam. 53.
Occidi: *dolentis particula*. Terent. Eunuch. 2. 3. 1, occidi:
Neque

Neque virgo eſt vſquam; neque ego, qui illam è conſpe-
ctu amiſi meo.
Occidit dolus Plaut. Trucul. 9 6.
Domus vna occidit. Ouid. 1. Metam. 49.
Occiderunt fundi. Plaut. Trucul. 4, 68.
Occidere, *etiam herba dicuntur*. Virg. 4 eclog. 6,
----& fallax herba veneni Occidet.
Lumen oculorum occidit. Lucret. lib 3, 85.
Celerius occidit feſtinata maturitas. Quintil. in procem. libro 6. 9.
Occidit hoc ſpatium Plaut. Sticho, 6. 32,
Sed ſpatium hoc occidit breue eſt curriculo.
Occidit ſpes noſtra; nuſquam ſtabulum eſt confidentiæ. Plaut. Moſtel. 6, 3.
Occidit, occidit ſpes omnis. Horat. 4. Carm. ode 4, 14.
¶ Occidens: pro ea parte mundi, in qua ſol occidit.
Inſula vltima occidentis. Catul. in Iulium Cæſarem, epigram. 27, 3.
Sinus vltimus occidentis. Horat. Eod. 1, 3.
¶ Occidentalis. Plinius libro 18. cap. 34. 7, Ab occaſu ſolſtitiali, & Occidentali latere Septentrionis.
¶ Occaſo Plaut. Caſin. 15. 8,
Satin' propter te pereo ego, atque occaſo?
¶ Occaſus. Occaſus imperij: Reip. Plin. in Peneg. 43. Virg. 2. Aeneid. 87,
Teſtor in occaſu veſtro nec tela, nec vllas
Vitauiſſe vices Danaûm.
Vrbis occaſus & ruinæ. Virg. 1. Aeneid. 49.
Occaſus ſolis. Plaut. Epid. 1, 41.
Occaſus, *Sub ſolu*. Plinius libro 17. cap. 2. 10, Quapropter qui ibi in occaſum aut Septentriones conſeret.
Ad occaſum ſolis paſcere pecus. Virg 3. Georg. 61.
Vertor in occaſum. Catul. de coma Berenicis, epigr. 61, 14.
Præcipitante in occaſum die. Tacit lib. 20.
Signorum ortus & occaſus. Quint lib 1, cap. 4, 3.
Occaſus Vergiliarum. Plin. lib. 18 cap. 31. 1.
¶ Occiduus. Claud. lib. 2. de raptu Proſerp. in præfat 8,
Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu
Appetis occiduo ducis ab orbe greges. Plin. lib. 7. cap. 49. 2, Scanſili annorum lege occidua.
Sol occiduus. Ouid. 1. Metam. 13.
Aquæ occiduæ. Ouid. 1. Faſt 63.
Domus primæ & occiduæ. Stat. 1. Theb. 40.
Senectæ occiduæ iter decliue. Ouid. 15. Metam. 46.
OCCILARE] Contundere. Plaut. in Amphit.
Qui mihi aduenienti occilet os.
OCCINO] Liuius: Si pulli non paſcentur; ſi tardiùs ex cauea exierint; ſi occinuerit auis.
Occanul, apud Salluſtium lib. 1. Hiſt. Iuſſu Metelli cornices occanuerunt.
Alites occinentes. Catul ad Thallum epigr. 22, 1.
¶ Occentus. Occentus ſoricis. Velerius Maximus lib. 1.
¶ Occentare (inquit Feſtus) Conuicium facere ſignificat. Plaut. Curcul. 3. 53,
---quid, ſi adeam fores,
Atque occentem? Idem Perſa, 16, 20.
Hac enim illi noctu occentabunt oſtium; exurent fores.
OCCIPIO] Incipio. Terent. Eunuch 1. 2 45,
Interea miles, qui me amare occeperat. Idem Andr. 3. 2. 24,
Siquid narrare occepi, continuo dari
Tibi verba cenſes.
Magiſtratum occeperant. Tacit. lib. 3.
Iuuentas occipit. Lucan. lib. 5, 178.
OCCIPVT] Poſterior capitis pars, quæ fronti opponitur. Auſon. in epigrammate occaſionis: Occipite es caluo.
¶ Occipitium. Plautus Aulul. 4. 25,
Quæ in occipitio quoque habet oculos peſſuma. Perſius Satyra, 1. 6,
O Iane à tergo quem nulla ciconia pinſit.
Frons occipitio prior: *adagium, quo ſignificatur rectius geri negotium, vbi præſens adeſt is, cuius agitur negotium*. Cato de Re ruſt cap. 4. Plin. lib. 18. cap. 5. 5, Frontemque domini plus prodeſſe, quàm occipitium, non mentiuntur.
OCCISIO, OCCISVS] Vide OCCIDO.
OCCLAMITO] Plaut. Curcul. 4. 28,
—dormi, Ne occlamites.
OCCLVDO] Plaut. Amph. 13. 10, Occluſerunt ædes.
Occludere linguam alicui. Plaut. Milite, 10. 11,
Quippe ſi reſciuere inimici conſilium tuum, tibi
Tuopte conſilio occludunt linguam, & conſtringunt manus.
¶ Occluſus. Occluſa cõtumelijs libido. Terent. And. 3. 3. 26.
Occluſior ſtultiloquentia. Plaut. Trinum. 4, 136.
OCCO] Vide OCCA.

OCCVBO] Occumbo. Virg. 1. Aeneid. 111,
—nec adhuc crudelibus occubat vmbris.
Morte occubare. Liu. 8. ab Vrbe, 49.
OCCVLCO] Conculco. Cato cap. 49, Ita vti fuerit, ponito in ſcrobe aut in ſulco; operitoque, & bene occulcato.
OCCVLO] Abſcondo Virg. 2. Georg 70,
Quod ſupereſt, quæcunque premes virgulta per agros,
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra.
Aether occulit. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8, 13.
Iuppiter occuluit aërem nubibus. Ouid. 14. Metam. 164.
Sylua occulit feras Ouid. 2. Faſt 44.
Arcana pectore fido occulam. Senec. Hippol. 8, 3.
Caput in terris occuluit Nilus. Tibul lib 1. eleg 7, 5.
Culpam parentum occuluit. Stat. 3. Sylu. 3, 10.
Mœſta ſecretum occuluit. Seneca Hippol. 7, 6.
Vmbris ſeſe occulat. Virgilius 12. Aeneid. 11.
¶ Occultus. Aeuo occulto creſcit fama. Horat. 1. Carm. ode 12, 9.
Amores occulti. Ouid. 2. Faſt. 1.
Calles occulti. Virg 9. Aeneid. 77.
Dolores occultos proferre Propert. lib. 1. eleg 17, 1,
Doli occulti. Tibul. lib. 1 eleg. 9 5.
Iter occultum. Propert lib. 3. eleg. 11, 11.
Monitus occulti Ouid 3. Faſt 54.
Notæ occultæ: Ouid. 3. de Arte, 125.
Proditor occultus. Claud. 1. Paneg. 23.
Sapor ſalis occultus in lacte. Virg. 3. Georg 10.
Scelus occultum. Lucan. lib. 4, 52.
Spes occultæ. Tacit lib. 18.
Viæ. Virg 3. Aeneid. 140.
Vires occultas concipiunt terræ. Virg. 1. Georg. 18.
Voces occultæ. Stat. 5. Theb. 98.
Saltuum occulta. Tacit. lib. 1.
Occultum ac ſubdolum fingendis virtutibus. Tacit. lib. 5.
Occultum habere aliquid. Salluſt. in Catil.
Recludere occulta Parcarum. Stat. 1 Achil. 101.
Subuertere aliquid per occultum. Tacit lib. 1.
¶ Ex occulto: *Aduerbialiter* Plin lib. 9. cap. 42, Nam paſtinaca latrocinatur ex occulto, tranſeuntes radio (quod telum eſt ei) figens.
¶ Occulte Occulte ferre. Terent. Adelph 3. 2. 10,
Neq; id occultè fert: à lenone ipſus eripuit palàm.
Labitur occulte, falliti; volatilis ætas. Ouidius 10. Metamorph. 103.
Lude, ſed occultè. Ouid. epiſt. 16, 11.
Occultè ad exploranda loca proficiſcitur. Cæſar 1. bell. Ciuil. 245.
¶ Occulto. Virg. 2. eclog. 2,
Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.
Boues abactas occultat ſyluis. Ouid. 2. Metam. 138.
Occultare ſe ab aliquo. Plautus Trinum 6, 3.
Occultare apud ſe. Cæſar 6. bel Gal. 68.
Occultare rem aliquam alicui Plaut. Perſa, 15, 24.
Diſſimulare & occultare. Cæſar 1. bel. Ciuil. 128.
Occultare conſilium fugæ. Cæſar 3. bel. Ciuil. 401.
Culpam occultare ſub antris. Stat. 9 Thebaid. 124.
Occultare fugam. Cæſar 1 bel Gal. 107.
¶ Occultatio. Cæſar 6. bel. Gall. 79, Cuius rei nulla eſt occultatio.
OCCVMBO] Ante annos ſuos occubuit. Ouid. 3. de Arte, 4.
Occumbere morti. Virg. 2. Aeneid. 13.
Neci. Ouid. 15. Metam. 100.
Occumbere necem, vel mortem. Suet. in Auguſto. Liu. 1. bel. Maced 69 & lib. 1 ab vrbe, 27.
Ferro. Ouid. 12. Metam. 42.
Certamine ſæuo occumbit. Silius lib. 1, 29.
Factis claris occumbere. Valer. 6 Argon. 58.
OCCVPO] Occupare ſaltus. Cæſar 3. bel Ciuil. 145.
Occupare: *Præuenire*. Titinnius Veliterna: Ergo occupa foras exire. Plaut Rud 6. 22, Occupas præloqui. Varro Ephœbo: quod ſi Actæon occupaſſet, & ipſe prius ſuos canes comediſſet.
Occupes prior adire. Plaut. Pſeud. 14, 18. Liuius 1. ab Vrbe, 133, Occupat Tullus in agrum Sabinum tranſire.
Occupare ante Plaut. Aſin. 14, 9.
¶ Occupare: *Detinere*. Virg lib. 4. eclog 88,
—mariciſq; iacentem Occupat.
Occupare ſe ad aliquod negotium. Plaut. Pſeud. 7, 136.
Occupare animum in funambulo. Terentius in Prolog. Hecyræ, 5.
Affectibus occupari. Quint. lib 6 cap. 2, 6.
¶ Occupare: *Inuenire, vel poſſidere*. Virgilius 6 Aeneid. 85,
Occupat Aeneas aditum cuſtode ſepulto.
Occupari quidpiam ab aliquo. Quint. lib. 1. cap 10, 11.
Aeſtum maris occupare. Curtius lib. 9.

Amplexu

Amplexu occupare aliquem. Ouid. 3 Faſt. 102.
Occupat animos terror. Cæſar 1. bel Gal. 155.
Occupat animos fuga. Liu. 5. ab Vrbe, 171.
Occupare liberum mortis arbitrium Curtius lib. 4.
Sopor occupat feſſos artus. Virg. 4. Georg. 38.
Arua occupat furens. Valer. 3. Argon. 18.
Fama occupat aurem. Horat. 2. Serm. Satyr. 2, 19.
Solus occupat communia. Ouid. 13. Metam 55.
Occupare conſilium. Plaut. Menæch. 17, 86.
Diem fati. Curtius lib. 8.
Exercitum. Curtius lib. 7.
Scabies extremum occupet. Horat. de Arte, 84.
Gratiam alicuius occupare. Curtius lib. 7.
Honores. Horat. 1. Carm. ode 12, 4.
Cæmentis locum aliquem. Horat. 3. Carm. ode 24, 1.
Locum primum Lucret. lib. 1, 79.
Sopor occupat lumina feſſi Tibul. lib. 1. eleg 2, 1.
Miniſterium carnificis occupare. Curtius lib. 8.
Mors occupat eam. Terent. And. 1. 5. 62.
Morſu occupare. Ouid 3. Metam. 10.
Munus aliquod. Curtius lib. 8.
Muros. Curtius lib. 9.
Occupatum. Plaut. Rud. 4, 21.
Orbem viribus. Virg 7. Aeneid. 52.
Pallor occupat ora. Virg. 4. Aeneid. 100.
Ortum ſolis occupare. Curtius lib. 6.
Pacem. Curtius lib. 4.
Nauis occupat portum. Horat. 1. Carm. ode 14, 1.
Regiam occupare. Horat. 2. Carm. ode 18, 2.
Solum occupabitur feris. Horat. Epod. 16, 2.
Suffugium occupare Curtius lib. 8.
Occupare hominem: *id eſt, non opinantem opprimere* Curtius lib. 3, Quum deinde Darium regem, vbicunque eſſet, occupare ſtatuiſſet, vt à tergo tuta relinqueret, &c. Idē lib. 7.
¶ Occupare, *Collocare.* Pomponius Pictoribus: Quę tuleram mecum, nulla deindè victoria, tam Græca mercede illicò curaui vt occuparem.
¶ Occupans Quintil. Declamat. 13, Multa nihilominùs, quę libera fuerunt, tranſeunt in ius occupantium: ſicut venatio & aucupatio.
¶ Occupatus. Vrbs occupata ſeditionibus. Horat. 3. Carm. ode 6, 3.
Occupatus auditione. Plin. lib. 26 cap. 2, 2.
Occupatus in alio amore. Terent. And. 5. 1. 10.
Occupatus in ſtudio. Cato in Præfatione.
Occupati animi beneficijs alicuius. Liu. 7 bel. Pun. 118.
¶ Occupatio. Occupationibus prohiberi aliquid facere. Cæſar 4. bell. Gall. 519.
OCCVRRO] Obuius fio. Iuuenal. Satyr. 1, 8, Occurrit matrona potens, quæ molle calœnum, &c.
Occurrere obuiam Liuius 4. ab Vrbe, 170.
¶ Occurrere: *pro currere.* Plaut. Curcul. 6. 28;
Video paraſitum tuum occurrētem. Idem Trucul. 6, 27.
Occurrit ex aduerſo inſtructa acies. Liu. 2. bel. Maced. 108.
Obuius aduerſoq; occurrit. Virg. 10. Aeneid. 147.
Oculis tuis occurram. Ouid. epiſt. 2, 28.
Occurrere ad iudicium. Vlpian. in l. 2. §. 2. ff ſi quis caut. in iudic. ſiſtendi, Simili modo & ſi ad teſtimonium deſideratus, ad iudicium occurrere non potuerit.
Telis occurrere. Virg. 11. Aeneid. 162.
Occurrere ſuppetias fugientibus ſuis. Hirtius lib 5. bell. Afric 259.
Dictis occurrere alicui. Virg. 12. Aeneid 125.
Occurrere morbo. Perſius Satyr. 3. 7,
----venienti occurrite morbo.
Res vera occurrit falſæ rationi. Lucret. lib. 3, 106.
Fortuna occurrit ſæpe imprudenti. Propert. lib. 1. eleg. 19, 1.
Occurrit pernionibus herba hæc. Plin. lib. 20. cap. 8. 2, Sic lib. 26. cap 7. 4, Cuicunque ſanguinis vitio intus occurrit ſuccus quinquefolij. Ibidem, cap. 8, 27.
Occurrit animis. Liu. 3. bel. Pun. 221.
Occurunt animo percundi mille figuræ. Ouid. epiſt. 10, 17.
¶ Occurrere: *Offerri.*
Occurrebant oculis tot paludes, tot etiam campi. Col. lib. 2. cap. 2, 12.
Tellus nulla occurrit. Virg. 5. Aeneid. 2.
¶ Occecurri: *Præteritū pro occurri.* Helius Tubero apud Probum: Si generalis ſpecies occecurrit. Vide Gellium lib. 7. capite 9.
Imago ſæpius occurrens. Virg. 6. Aeneid. 140.
¶ Occurſus. Plin. lib. 11. cap. 37. 13, Dentes ſerrati pectinatim coeuntes, ne contrario occurſu atterantur. Sic lib. 7. cap. 49. 1, Occurſus maleficorum ſiderum.
Vrſi, leæq; occurſu fecēre metum. Ouid. 14. Metam. 52;
Rota fracta occurſu ſtipitis. Ouid. 15. Metam. 105,
¶ Occurſo. Virg. eclog. 9. 4,

Occurſare capro (cornu ferit ille) caueto. Plin lib. 17. cap. 22, 16.
Occurſare: Venire in memoriam. Plin. epiſt. 27. Occurſant verba, ſed qualia? quæſita & exculta. Plautus Milit. 14. 55,
Nam ita mi occurſant multæ: haud meminiſſe omnes poſſum.
Occurſat animo meo mortalitas Plin. epiſt. 100 b, lib. 5.
Occurſare numinibus: *Adorare, & placare*, Plinius in Paneg. 134,
¶ Occurſans. Lucret. lib 5.
----& vna Labitur omnimodis occurſans.
OCEANVS] Mare quod vniuerſam circuit terram. Virg. 2. Aeneid. 50.
—& ruit Oceano nox.
Æquor Oceani Virg 1. Georg. 50.
Amnēs. Virg 4. Georg. 47.
Aperta. Tacit. lib. 2, Diſiecitq; naues in aperta Oceani.
Bellnoſus Oceanus. Horat. 4. Carm. ode 14, 10.
Refuſus. Virg. 7. Aeneid. 46.
Ruber Horat. 1. Carm. ode 35, 7.
Soles ſe tingunt Oceano. Virg. 1. Georg 97.
Oceanus, & Salacia cæli ſatu terræq; conceptu generati & editi. Cic de Vniuerſ. 56.
¶ Oceanus: *Solium vaſtum in balneis.* Lampridius: Oceani ſolum primus inter principes Alexander appellauit.
OCELLATVM.] Genus auellanæ, nucularumque, quæ ocellorum quandam præ ſe ſpeciem & rotunditatem ferunt. Sueton. ſcribit, Auguſtum ſolitum eſſe cum pueris minutis ludere ocellatis nucibusque. Varro Marcipore:
Altera exorat patrem libram ocellatorum;
Altera virum ſemodium margaritarum.
OCELLVS.] Vide OCVLVS.
OCHRA] Cretæ, ſiue lapidis ſpecies, quæ fit exuſta rubrica in ollis nouis luto circumlitis. Plin. lib. 35. cap 6, 1.
OCIVM.] Vide OTIVM.
OCQVINISCO.] Inclino. Pomponius Proſtibulo: Vt nullum ciuem prædicari per dolum, niſi ipſius oram vltrò qui ocquiniſceret. Idem Piſtore: Niſi nunc aliquis ſubitò obuiam occurrit mihi, qui ocquiniſcat; quo compingam terminum in tutum locum.
OCREA.] Calceamenti genus. Apul. Hic galea caput; ille crura ocreis inuoluit. Liu. 9. ab Vrbe, 208, Et ſiniſtrum crus ocrea tectum.
Leues ocreæ electro, auroq; recocto. Virg. 8. Aeneid 122.
¶ Ocreatus. Plin. lib 19 cap. 2. 2, Ad reliquos vſus laborioſè euellitur ocreatis cruribus.
In niue Lucana dormis ocreatus Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 47.
OCTO.] Pedes temo protentus in octo. Virg. 1 Georg. 35.
¶ Octies. Mart lib 8. 58,
Vno naſceris octies in anno.
¶ Octauus. Octaua pars. Plin. lib. 6, cap. 33, 5.
Circiter horam octauam. Horat. 1. epiſt. 7, 10.
Sapientum octauus. Horatius 2. Serm. Satyr. 3. 5. 9.
¶ Octauùm: *pro Octies* Liu. 6. ab Vrbe, 146, Nam præter Sextium Licinumque, latores legum iam octauùm Tribunos plebis refectos.
Octingenti. Colum. lib. 5. cap. 2, 12.
Octingenarius grex. Varro 2. de Re ruſt cap. 10, 9.
¶ Octogenus. Plin. lib. 9. cap. 51. 7, Torpedo octogenos fœtus habens inuenitur.
Octogenæ ſtirpes. Colum lib. 3. cap. 3, 3.
Octogeni bini æris militibus dati. Liu. 10. ab Vrbe, 151.
¶ Octogeſimus Columel. lib. 5. cap. 1. 9, Pars ducenteſima octogeſimaoctaua.
Solſtitia octogeſima. Iuuenal. Satyr. 4, 10.
¶ Octogies Octogies quinquies centena Plin. lib. 2. ca. 108. 3.
¶ Octonus. Octonis annis pariunt capræ. Plin. lib. 8 cap. 50. 2. & cap. 32. 1, Octonis menſibus ferunt partus. De ceruis.
Annis octonis integer. Ouid. 5. Metam. 10.
Idus octonæ. Horat 1. Serm. Satyr. 6, 15.
¶ Octonarius. Plin. lib. 31. cap. 6. 2, Fiſtulas denûm pedum longitudinis eſſe legitimum eſt. Et ſi quinariæ erunt, ſexagena pondo pendere: ſi octonariæ, centena: ſi denariæ, centena vicena De aqua per fiſtulas ducenda.
Octonaria regula. Varr. lib. 8. de Ling Lat.
¶ Octoiuges. Liu. 5. ab Vrbe, 7, Antea trina loca cōtentione ſumma patritios explere ſolitos: nunc tantùm octoiuges ad imperia obtinenda ire.
¶ Octipes. Ouid. 1. Faſt. 63,
Octipedis fruſtra quæruntur brachia cancri.
¶ Octuplicatus. Liu. 4. ab Vrbe, 103, Octuplicatoq; cenſu ærarium fecerunt.
¶ Octuſſis: *Nummi ſpecies, ad valorem octo aſſium.* Horat. 2. Serm Satyr 3. 32,
Quanti emptæ? paruo. Quanti ergo? octuſſibus.

OCTOPHORVM.] Lectica quæ ab octo ſeruis portabatur Mart. lib 6.83,

Octophoro ſanus portatur, Auite, Philippus.

OCVLVS] Mundi oculus Sol. Ouid.4. Metam.46.
Acies oculorum Ouid 7. Metam.119.
Acies contenta oculorum. Lucret.lib.1,66.
Lumina. Lucret.lib.6,238.
Margo Stat.3 Sylu 2,11.
Potentia oculi Celſus lib.6.cap.6.
Oculorum vigor integer Plin.epiſt.45 d,
Tunicæ oculi. Celſus lib.7.cap.7.
Viſum oculorum amittere Plin. lib 7.cap.50,1.
Nigris oculis decorus Horat.1. Carm ode 32,3.
Abacti oculi Stat.1.Theb.21.
Ardentes. Virg.3. Georg 101.
Attoniti Claud.3 Paneg. 4.
Dexter & læuus oculus Lucan.lib.4,61.
Exempti oculi. Lucret.lib.3,74.
Fideles. Horat de Arte,37.
Humentes. Claud.4. Paneg 54.
Ignei ſerpentium. Senec Herc.fur.4,3.
Immites. Ouid. 6. Metam.
Immoti. Ouid.2. Metam.
Inertes oculi. Virg.3 Georg.
Irretortus oculus Horat 2. Carm.ode 2,

Quiſquis ingentes oculo irretorto Spectat aceruos.

Labentes oculi. Quint in Proœm.lib.6,11.
Liuentes. Claud.1 in Ruffinum,28.
Loquaces. Tibul.lib.2.eleg.7,9.
Madentes Stat 6. Thebaid.125.
Maligni. Virg.5. Aeneid.131.
Melliti. Catul ad iuuentium,epigr.45,1.
Minaces Lucan.lib.2,6.
Modeſti. Ouid.2. Amor.eleg.4,3.
Nitentes Virg.1. Aeneid.47.
Patentes. Lucret lib.3 131.
Putres. Horat.1. Carm.ode 36,4.
Scabri. Celſus lib.6 cap.6.
Sequaces. Stat.3. Thebaid.100.
Sicci. Quint lib.6.cap.2.23, Siccis agenti oculis lachrymas dabit.
Superbi Ouid.6. Metam.
Torui. Ouid 5. Metam.
Truces. Seneca Oedipo,12,2.
Velox oculus. Horat 2.Serm.Satyr.5.
Vigilantes, vel Vigiles oculi. Virg 5. Aeneid.28 & lib.4,37.
Vitioſi oculi, & cæci. Senec. de Benefic lib.5.cap.1.
Aduertere oculos templis. Claud.5 Paneg.40.
Agere aliud oculis Quint, lib 1.cap.1,14.
Com bus eſt oculis alliciendus amor. Ouid.3 de Arte,101.
Amare aliquem plùs ſuis oculis. Catull. ad Caluum. epigram.1.4.
Aequis oculis aſpicere. Virg.4. Aeneid.75.
Iuſtis oculis aſpiciunt ſuperi mortalia. Ouid.13. Metam.14.
Aſtare ante oculos. Virgil.3. Aeneid.30.
Graues oculos attollere. Virg.4. Aeneid. 138.
Attollere oculos humo. Ouid 2 Metam 90.
Auertere oculos ab aliquo. Ouid. 2. Metam.155.
Cadentes oculi morte. Stat.3.Syl.5,2.
Caligant oculi. Lucan.lib.3,32.
Capti oculis talpæ. Virg.1. Georg 37.
Oculis rationem capere. Plaut.Pſeud.9,2.
Cernere aliquid oculis. Quint lib.6.cap 2,24.
Profanis oculis ſacra cernere Ouid.3. Metam.142.
Circumferre oculos. Silius lib 11,53.
Superbos oculos circumferre. Ouid.6. Metam.84.
Circumſpexit oculis agmina. Virg.2. Aeneid.14.
Comprimere oculos alicuius. Ouid epiſt.1,21.
Coniecit oculos in hoſtem. Virg.12. Aeneid 97.
Conſcelerare oculos videndo. Ouid.7. Metam.7.
Contrectari oculis. Tacit lib.3.
Conuiſere omnia loca oculis. Lucret.lib.2,72.
Deiecti in terram oculi Quint.lib.1.cap.11,5.
Demiſcere oculos omnes. Ouid.13. Metam.123.
Deponere oculos in aliquam. Horat.1. Carm.ode 36,4.
Diriguere oculi. Ouid. 14. Metam.151.
Diſtorquens oculos. Horat. 1. Serm. Satyr 9,13.
Oculi dolent. Terent Phorm.5.9.64,

Vin' primùm hodie facere, quod ego gaudeam, Nauſiſtrata.

Et quo tuo viro oculi doleant?

Hebetare oculos Plin.lib.20.cap.6,11.
Erigere, & recondere. Ouid 4. Metam.29.
Eripere alicui. Horat 2. Serm.Satyr.5,7.
Eruitur oculos Gryneus Ouid.12. Metam.54.
Euerberare oculos. Quint.lib.2.cap.4,14.



Oculum exſculpere. Terentius Phorm.5.8.96.
Exſiliunt oculi Ouid.12. Metam.51.
Somnum expellere oculis. Stat.4. Sylu.6,3.
Expilare genis oculos. Ouid.13 Metam.114.
Extulit oculos ad ſidera. Virg.2. Aeneid.138.
Oculus teneros mihi faſcinat agnos. Virg.3.eclog.21.
Ferre oculos paſſim per cuncta. Virg.2. Aeneid.114.
Fixi ſolo oculi. Virg 1. Aeneid.98.
Flectere oculos. Ouid.8. Metam,140.
Fodere. Seneca Oedipo,12,9.
Fœdare lachrymis. Tibul.lib.2.eleg 7,8.
Lucidùm fulgentes oculi. Horat.2. Carm.ode 12,3.
Feſſos oculos furari labori. Virg.5. Aeneid.169.
In oculis geſtare: In oculis eſſe, aut ferre. Terentius Eunu. 3.1.11.
Gignere dolorem oculis. Lucret.lib.4.63.
Grauati oculi in morte. Ouid.4. Metam 29.
Habere alicuius oculos in ſuis oculis. Plaut. Pſeud.13,68.
In oculis habere aliquid. Quint. lib. 16. cap.5.
Hærere oculis. Virg.1. Aeneid.145.
Haurire oculis. Videre. Virg.4. Aeneid.132.
Iacère ante oculos. Lucretius lib 1,13.
Iactare oculos nimiùm. Lucret.lib.4,229.
Imponere oculos. Virg.2. Georg.15,

Nec modos, inſerere, atque oculos imponere, ſimplex.

Imponere oculos prædijs alicuius Imp Diocles. l. 2. tit.de præſcriptione triginta vel quadraginta annorum.
Incitare oculos alicuius. Ouidius 1. Metam,87.
Intendere oculos Plinius epiſt. vltima lib.2.
Intueri aliquid acrioribus oculis Quint lib.2. cap.10,4.
Labentes languore oculi Claud. de Berecynth. epigr.38,8.
Laceratus oculus. Lucret.lib 3,83.
Coacti oculi lachrimare diſcunt. Ouid.1. Amor.eleg 8,17.
Lædere oculos. Horat.1.epiſt.2,8.
Inuitis oculis hæc mea verba leges. Ouid.epiſt 17,1.
Obliquo oculo limare commodum alicuius. Horatius 1. epiſt 14,8.
Linquentes imbrem oculi. Stat 5. Thebaid,54.
Lucent oculi Ouid.1. Metam 49.
Luſtrare campos oculis. Lucan.lib.7,161.
Igni micant oculi. Ouid.3. Metam.7 Ibid.15,133.
Acribus oculis micat ignis. Virg 12. Aeneid.21.
Natantes oculi in luce Stat 2. Thebaid 128.
Renuente oculo negaui. Ouid.epiſt.16,18.
Tenebræ obduxere oculos Lucan. lib.3,146.
Turba oberrat meos oculos. Seneca Herc.fur.13,2.
Obliquare oculos. Ouid.7 Metam.83.
Oculis vtilitatem obtinere. Plaut Epid.13,28.
Paſcere oculos. Ouid.3. Amor.eleg 2,2.
Colores paſcunt oculos. Lucret.lib 2,84.
Veloci oculo percurrere aliquid. Horat 2. Serm.Satyr.5,12.
Perlegere aliquid oculis. Virg.6. Aeneid.7.
Aura perterget oculos noſtros. Lucret.lib.4,51.
Prædiſcere oculis colores. Virg.2. Georg 51.
Premere oculos alicuius. Virg.9. Aeneid.98.
Premi oculum ſupercilio. Quint.lib 1.cap.11,6.
Proſequi oculis abeuntem Ouid epiſt.5,11.
Nox oculos mentemq; rapit Stat.9. Thebaid.8.
Referre oculos ſenſuſq; aliquò. Valer 6 Argon.117.
Referre ora & oculos in aliquem Virg 12. Aeneid.132.
Reflectere oculos. Ouid.7. Metam.69.
Reſtituere oculum in ſedem ſuam. Celſus lib.6 cap.6.
Oculos retorquere. Ouid.10. Metam.138.
Reuocare oculos alicuius. Ouid.epiſt.15,47.
Rigare fletu. Seneca Medea,6,2.
Satiare amore. Propert lib.2.eleg.16,5.
Scintiliant oculi. Perſius Satyr.3,12.
Sequi ſcripta oculis. Quint.lib 2.cap.5,3.
Spargere oculos. Perſ Sat.5.4.
Subijcere oculis. Quint lib 6.cap.3,26.
Limis ſubriſit ocellis. Ouid.3. Amor.eleg.1,7.
Subſidunt oculi. Celſus lib.2.cap.6.
Succumbunt Ouid.1. Metam.144.
Suffuſus oculos lachrymis. Virgil.1. Aeneid.47.
Oculus tibi ſum Plaut Pſeud.4,47.
Mollibus oculis eſſe. Ouid. 1. de Remed.amoris,68.
Humentes oculos ſuſtulit. Ouid.11. Metam.93.
Non oculi tacuère tui. Ouid.2. Amor.eleg 5,4.
Temperare oculis Curtius lib.9.
Tendere oculos. Virg 5. Aeneid.102.
Immotos tenere. Ouid.2. Metam.98.
Silentes tenuère inter ſe oculos Valer.4. Argon.39.
Oculos tenere artificicum, dicitur res aliqua. Plin. epiſt.6. libro 3.
Tollere oculos contra aliquem. Lucan.lib 1,14.
Torſit oculos ad mœnia. Virg.4. Aeneid.44.

Traijcere oculos aliquò. Lucret. lib.4, 86.
Immitibus oculis tueri. Ouid.6 Metam 124.
Toruis oculis tueri aliquem. Ouid.5 Metam.19.
Somnus venit in oculos. Ouid.7.Metam.31.
Veſtigare oculis: *cui opponitur*, Reperire. Virg.6.Aeneid.29.
Videre oculis. Terent. Hecyra, 5.4.22,
Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod noſſem, videram.
Inunctis oculis videre. Horat.1.Serm.Satyr.3,5.
Siccis oculis videre aliquid. Horat.1. Carm.ode 3,4.
Voluere oculos huc illuc. Virg.4.Aeneid.73.
Voluere oculos per ſingula Virg.8. Aeneid 124.
Intentos voluens oculos. Virg.7.Aeneid.51.
Quies dura vrget oculos. Virg.10.Aeneid.149.
Inertes oculos ſtupor vrget. Virg.3.Georg.105.
Ocule mi: *Blandientis vox.* Plautus Curcul 4.48, Bene vale, ocule mi.
¶ Oculi, *dicuntur etiam in arborum ſurculis, vnde germinant* Cato cap.6 3, Ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio ſerunto. Colum.lib.3.cap.18.3, Et reliqui duo vel tres ſructuarij oculi, penitus in terram deprimuntur. Idem lib. 4 cap.29.
Oculi, *de ſtellis.* Plin.lib.2. cap.5, Indè tot ſtellarum collucentium illos oculos.
Oculi *caudæ pauonum.* Plin.lib.13 cap.15,5.
Oculi: *Notæ rotundæ.* Plin.lib.8. cap.17, Pantheris breues in candido macularum oculi.
¶ Ocellus. Perſius Satyr.1.2,
----patranti fractus ocello. Mart.lib.1.88, Siccis ocellis.
Ebrij ocelli. Catul. de Acme, epig 42,3.
Mors noſtros claudet ocellos. Propert.lib.2. eleg.14,4.
Iratos in te defixit ocellos. Ouid.2.Amor.eleg.8,3.
Argutis ocellis promiſit quiddã. Ouid.3.Amor.eleg.2,17.
Deiectis ocellis ſpectare gremium. Ouid.1.Amor.eleg.8,8.
Somnus laſſos ſummiſit ocellos. Ouid.in Fragmento,1.
Somnus tegit ocellos. Catull.ad Licinium,epig.17,2.
Turbare nitidos ocellos. Iuuen.Satyr 6,1.
Ocellus meus: *Blandientis vox.* Plautus Aſin.12.74, Da, meus ocellus, mea roſa.
Peninſularum inſularumq; ocellus Sirmio. Catul. ad Sirmionem peninſulam,29,1.
Ocelli radicis. Plin.lib.21 cap.4,7.
¶ Ocellatus. Ocellatæ nuces: *id eſt, multis foraminibus diſtinctæ* Suetonius in Auguſto, cap.83.
¶ Oculiſſimus. Plautus in Curc.3,27,
Salue oculiſſime homo.
Oculiſſimus: *Chariſſimus.* Plaut.Curcul.2.15,
Salue; valuiſtin' oſtium oculiſſimum?
¶ Oculeus. Plaut.Aulul.16,19.
Quos ſi Argus ſeruet, qui oculeus totus fuit.
Oculeus, *pro Perſpicaci.* Apul.Perſpicaciorem ipſo Lynceo, vel Argo, & oculeum totum.
¶ Ocularius. Solinus capit.37, Cuius ſuccus proficit ad ocularian claritatem. De Euphorbia.
Ocularia ægritudo. Solinus cap.10.ad finem.
Medicus ocularius. Celſus lib 6.cap.6.
¶ Oculatus: *pro Præſens.* Plaut.Pſeud.5 68,
Eme die cæca hercle oliuum, id vendito oculata die.
Oculatus teſtis. Plaut Trucul. 10,8.
Oculatiſſimus locus. Plin.lib 134.cap.6,2.
¶ Oculatio: in viribus, pro Gammarum ſuperfluarum deſectione. Plin lib.17. cap.21.12, Pampinationi quoque & oculationi, omniq; operi facilior.
¶ Oculitùs. Plautus.
Qui amant ancillam meam Hedylium oculitùs.
OCYMVM] Herba ad boum pabulum ſata. Varro de Re ruſt.lib. 1.cap 31.3, Omne pabulum primum ocymum, farraginem, viciam, nouiſſimè fœnum ſecari. Catul. ad Fundum, epig.41.3,
Et me recuraui ocymoq; & vrtica. Perſius Satyr.4,3.
¶ Ocymus. fœm.gen. Aemylius Macer.
Inter præteritas numerabitur ocymus herbas.
OCYOR, OCYSSIMVS.] Plin.lib.16. cap.31.4, Quidam breuitate radicum celeriùs ſeneſcere arbores putãt: quod arguunt fici, quarum radices longiſſimæ, & ſenectus ocyſſima.
Fulminis ocyor alis. Virg 5.Aeneid 64.
Ceruis ocyor. Horat. 2. Carm.ode 16,5.
Euro. Horat.2 Serm.Satyr.16,5.
Verbere fundæ. Lucan lib.1,46.
Aura ocyor. Horat.1. Carm.ode 2,10.
¶ Ocyus. Terent.Eunuch.3.5.60,
Perlongè eſt; ſed tantò ocyùs properemus.
Ire ocyùs. Virg.8.Aeneid.111.
Peragere iuſſa alicuius ocyùs. Seneca Troade,6,55.
Ocyus omnes ſurgimus. Ouid.12.Metam.46.
¶ Ocyſſimè. Terent.Heaut.4.8.28,
Tantò ocyùs te vt poſcat; & tu id, quod cupis,
Quàm ocyſſimè vt des.
ODI.] Odit lædi ferro vitalia opobalſamum. Plin. lib. 12. cap. 25,4.
Furialiter odit. Ouid.3.Faſt.128.
Odiſſem te odio Vatiniano. Catul ad Caluum, epigr.14.
Odimus immodicos faſtus. Ouid. 3. de Arte,102.
Oderunt hilarem triſtes. Horat. 1. epiſt.19,19.
Amor odit inertes. Ouid.2.de Arte,46.
Odi profanum vulgus & arceo. Horat.3.Carm.ode 1,1.
¶ Oſus. Plaut.Amphit.10.19,
Inimicos oſa ſum ſemper obtuerier. Gel.lib.4.cap.8.
¶ Oſor. Plautus Merc.lib.18.15,
Oſores inſenſi, iracundi. Et Pœnulo,1.2;
Oſor mulierum.
¶ Odium. Terent.Phorm.5.9.27,
Neq; negligentia tua, neq; id odio fecit tuo.
Atrox odij Agrippina. Tacit lib.12.
Procax odij & poteſtatis temperantior. Tacit.lib.13.
Securus iam odij Tacit in vita Agricolæ.
Semina odij Ouid 3. de Arte.102.
Acerba odia. Virg.10. Aeneid.181. Vide ACERBVS.
Aegra Valer.5 Argõn 29.
Blandum & affabile odium. Seneca de Benef.lib.2.cap.14.
Crudele. Virgilius 1. Aeneid.73.
Hoſtile. Tacit. lib.15.
Ieiunum Iuuenal. Satyr.15,6.
Immortale. Iuuenal.Satyr.15,4.
Inexorabilie Ouid.5.Metam.49.
Iuſta odia. Quint.lib 5.cap.13,31.
Nouercalia. Tacit lib.1.
Nuda. Stat 9 Thebaid.4.
Pertinacia Tacit.lib.10.
Priuata. Tacit lib.1.
Precioſa & conſtantia magno. Ouid.epiſt.7.9.
Viuida Tacit lib.15.
Recentia veteraq; odia aduertit. Tacit.lib.4.
Aeterna odia agere. Seneca Herc.fur.6,6.
Alendis odijs materiam præſtare. Claud.2.Paneg.4.
Certare odijs Virg 10.Aeneid.3.
Concitare odium. Quint.lib 6.cap.1,10.
Conflatus odio. Quint lib 5 cap.7,15.
Deponere odia. Seneca Herc.fur 6,15.
Exedere vrbem odijs. Virg.2.Aeneid. 157.
Exercere odia. Ouid.epiſt 7,9.
Exercere aliquem odijs. Virg.4.Aeneid.125.
Explere odium ſtrictis mucronibus. Claud.de bel Get.128.
Amorem finire odio. Ouid.2. de Remed. amor.53.
Flagrare odio alicuius. Seneca Octauia,4,7.
Frangere odium. Quint.lib.6.cap 3,7.
Gerere odia. Seneca Thyeſte.4. 31.
Odium gerere aduerſùs. Plin.lib.9 cap.18,3.
Importare odium alicui Horat.1.epiſt.13,1.
Inferre odia. Tacit lib.15.
Inflammare vrbes odijs. Stat.3. Thebaid.68.
Intendere odium. Tacit lib.13.
Mereri. Ouid.2.Amor.eleg 2,2.
Mordet odium. Quint.lib 6.cap.4,9.
Aſpera odia mouere verbis. Virg.2 Aeneid.20.
Aſperitas mouet odium Ouid 2.de Arte,30.
Ponere odia. Claud.de bel.Get 19.
Premi odijs. Claud.2.in Ruffinum,3.
Remittere odia. Tacit.lib.1.
Reponere odium. Tacit. in vita Agrigolæ.
Seruatum odium perenni ſtudio. Silius lib.1,4.
Eſt mihi odium illius. Virgilius 1. Aeneid.73.
Odio eſſe alicui. Virg 8 eclog 7,
Dumq; tibi eſt odio mea fiſtula.
Tendere odijs Tacit.lib.20.
Odium collectum transferre. Ouid.3. Metam.52.
Obſcuro odio morſuq; venenare commoda alicuius. Horat.1.epiſt.14,8.
Venire odio omnibus. Plin.lib.28.cap.8,18.
Facere odium ſtudiorum. Quint.lib.1.cap 3,6.
Ferre odium ex aliqua re. Quint.lib.5.cap 14,24.
¶ Odium: *Aſſiduitas, faſtidium.* Terentius Phorm.5.6 9,
Pergit herele: tu nunquam tuo odio vinces me. Idem Hecyr.1.2.48,
Tundendo, atque odio denique effecit ſenex;
Deſpondit ei gnatam huius vicini proximi.
¶ Odioſus. Terent Eunuch.4 6.16,
Vbi ſita eſt? T. in Riſco odioſa ceſſas? Idẽ Hecyr.4,3.13,
Odioſa hæc eſt ætas adoleſcentulis.
Aures odioſæ. Ouid.1.de Arte,98.
Senex odioſus. Ouid.2. de Remed amor.16.

Odioſo vento concita æquora. Ouid.epiſt.18,5.
Odioſum eſſe alicui. Plaut. Curc.27,
Tandem es odioſus mihi. Terent. Phorm.5.8.44.
Enimuerò ſi porrò eſſe odioſi pergitis.
¶ Odioſius. Quintilianus lib.1.cap.6.26, Quia nihil odioſius affectatione.
¶ Odioſe. Terent. Adelph.4.2.50,
Aeſchinus odioſe ceſſat: prandium corrumpitur.
ODINOLYONTES] Piſciculi ſunt exigui, magnitudinem magnæ limacis non excedentes. Plin.lib.32. cap.1.
ODOR, vel Odos] Plaut. Capt.11.45,
Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum.
Vaſtitas odoris Plin lib.1 . cap 6,4.
Aggrauans capita odor. Plin lib.12 cap.17,8.
Anguſti odoris roſa. Plin.lib.21 cap 4,1.
Argutus odor. Plin.lib.15.cap.3. ad finem.
Auſterus odore. Plin lib.12 cap.25,7.
Dilutus odor. Plin.lib.15.cap.28,2.
Ferus. Plin.lib.12.cap.17,5.
Non inelegans. Plin.lib.21.25,2.
Iucunde grauis. Plin. lib 21 cap.10,5.
Mali odoris vrina craſſa. Celſus lib.2. cap.6.
Potentiſſimus odor. Plin.lib.13.cap.2,2.
Roſcidus odor. Plin.lib.14.cap.2,11.
Vinoſus. Plin.lib.17. cap.4,14.
Acerrimus Plin lib.21 cap.7,2.
Acutus Plin lib.21.cap 7,3.
Crocei odores Virg 1.Georg.12.
Fœdus odor Celſus lib 7.cap.29.
Grauis odor cœni. Virg.4 Georg.10.
Grauis odor oris. Ouid.2. de Arte,56.
Inimicus Horat 2 Serm. Satyr.4,11.
Lentus. Seneca Thyeſte,6,2.
Panchæi odores. Lucret.lib 2,84.
Teter odor Virg.3.Aeneid.46.
Abolere odorem. Plin lib.21.cap.9.
Defluit celerrime odor. Plin lib 15.cap.1,6.
Euaneſcit celerrimè. Plin.lib.13 cap.1,6.
Frui ex vtraque parte corporis odore prodigo. Plin.lib.13. cap.3,5.
Odorem oris tollit, gingiuas aſtringat, dentes firmat. Plin. lib 23.cap 2,1, De aceto ſcyllino.
Malus odor creſcit membris Horat Epod 12,2.
Liquidum ambroſiæ diffudit odorem. Virg 4. Georg.83.
Euellere odorem è glebis thuris Lucret lib.3,66.
Acrem odorem excire. Lucret.lib.6,245.
Exſpirare odorem, dicitur res aliqua. Catul. Argon.59,18.
Fluunt odores certis ab rebus Lucret.lib.4,44.
Acerbus fragrat odor. Valer.4 Argon.98.
Multo odore fumat ara. Horat.3. Carm.ode 18,2.
Iacere odorem de corpore Lucret lib.2,170.
Galbaneos incendere odores. Virg 4. Georg 53.
Suaues odores miſcent herbæ. Virg.2. eclog.11.
Diuinum odorem ſpirauere comæ Virg.1. Aeneid 82.
Auræ vitiantur odoribus Ouid 7. Metam 111.
¶ Odores, *in plurali, & aromata, pro eodem* Colum lib.12.cap. 20.5, Ad prædictum autem modum muſti adijci debent ij odores; nardi folium, iris Illyrica, &c.
Ingrati odores. Ouid.2. Metam. 126.
Differtum corpus odoribus. Tacit.lib.16.
¶ Odor *Infectus aer.* Plin.lib.9.cap 7.3, Odorem quidem nō aliud, quàm infectum aera intelligi poſſe.
Odor: *per tranſlationem.*
Lucri bonus eſt odor ex re qualibet. Iuuen.Satyr.14,21.
¶ Odorus Stat.6 Theb.21,
— & odoro vulnere pinus Sciinditur.
Arbor odora. Ouid.1.de Arte,58.
Flos odorus. Ouid.9. Metam 18.
Sulfur odorum. Claud.5.Paneg.51.
Odorus *ſagax.* Virg.4.Aeneid.27,
— & odora canum vis.
¶ Odoratus: Adiectiuum. Plinius epiſtol.17. libro 2, Ante cryptoporticum xyſtus violis odoratus.
Minùs odoratum. Plin lib.21 cap 7.2.
Minimè odoratus Plin lib.21.cap.7,2.
Capilli odorati. Horat.3. Carm.ode 20,3.
Caput odoratum. Horat.2. Serm. Satyr.7, 11. Virgilius 3. Georg 83,
Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum. Plinius lib.12.cap.12.5, Odoratæ radicis herba.
Bacchus odoratus. Virg 4.Georg 56.
Ceræ odoratæ. Ouid.8.Metam.46.
Ignes odorati Ouid.1 Faſt.16.
Lignum odoratum Virg 2.Georg.24.
Nemus odoratum lauri Virg.6.Aeneid.132.
Roſæ odoratæ. Tibul lib.1.eleg.3,13.
Serta odorata Ouid.5 Triſt.eleg 4,1.
¶ Odoratior Odoratiſſimus. Plinius libro 21.cap.7,1, Itaq; & vina muſtis odoratiora, & ſyluestria magis omnia ſatiuis. Ibidem,4. Hortenſium odoratiſſima, quæ ſicca: vt ruta, menta, apium.
¶ Odoratus: *Participium, ſine origine verbi.* Horat.2. Carm. ode 11, & roſa, Canos odorati capillos.
¶ Odoratus, Verbale. Plin.lib.11. cap.4.3, Inſecta autem habent oculos; præterq; ſenſus tactum & guſtatum, aliqua & odoratum.
Odoratus: *Odor.* Plin. lib. 25. cap.13.8, Folia coriandri tenuiora, graui odoratu.
¶ Odoro. Columel.lib.9. cap.4.4, Qui coloret, odoretque mella.
Odoro. *Odore repleo.* Ouid.15. Metam 147.
Thura ſuper ripas, aris ex ordine factis,
Parte ab vtraque ſonant, & odorant aera fumis.
¶ Odoror: Olfacio. Colum.lib.4.cap.2.1, Deinde nares perfricato, vt hominem diſcant odorari.
Cibum proiectum odoraris. Horat Epod.6,2.
¶ Odorans. Plautus Milit 5 112,
----ſi ita non reperio, ibo odorans quaſi Venaticus vſque.
¶ Odoramen, ſiue Odoramentum Macrob libro 1. Saturn. in præfat. Confuſura videlicet omnium ſuccos odoraminum in ſpiramentum vnum. Plin.lib.21 cap.7 1 Omnium autem odoramentorum, atque adeò herbarum, differentia eſt in colore, & odore, & ſucco.
¶ Odorarius. Adiectiuum. Odoraria myrrha. Plin. lib 12. cap. 16, .
¶ Odoriſer Plin. lib.12.cap. 17.10. Fundere & adſerpentes fugandas vrunt, in odoriſeris ſyluis frequentiſſimas.
Odorifera Arabia. Plin lib.5.cap 1,1.
Gens odorifera Ouid.4. Metam.42.
Odoriferæ inſulæ Plin.lib.6 cap.28,13.
Lances. Propert lib.2.eleg 14.5.
OECONOMIA] apud Oratores, Diſpoſitio cauſæ dicitur. Quint. lib.3 cap.3,7.
Diligentior œconomia. Quint lib.1.cap.8,7.
¶ Oeconomica: Quæ ad rem domeſticam ac familiarem pertinent. Colum. in Præfat. libri 12.
OECOS.] Domus ſiue familia Vtitur. Plin.lib.36.cap.25.
OENANTHE] Flos labruſcæ Plin.lib.12.cap.28.
¶ Oenanthe *Herba.* Plin lib.21. cap.24.
¶ Oenanthinum. Oenanthinum oleum. Plin.lib.23.cap 4,4.
OENOPHORVM] Vas ad ferenda vina aptum. Martial. libro 6,89.
Reddidit œnophori pondera parua ſui.
¶ Oenophorus: Miniſter vinum ferens. Plin lib.34.cap.8.
OENOPOLA] Venditor vini Vnde
¶ Oenopolium: Taberna vinaria. Plaut Pſeud.11.52,
Quin in corde inſtruere quondam cœpit œnopolium:
Idem Aſin.5,18.
OESTRVM] furor Statius lib 1 Theb 7,
Tempus erit, quum laurigero tua fortior œſtro
Facta canam.
OESYPVM] pinguedo collecta in lana ſuccida. Ouid.3.de Arte, 43,
Oeſypa quid redolent, quamuis mittantur Athenis,
Demptus ab immundæ vellere ſuccus ouis?
Plin.lib.29. cap.2.5, Quin ipſe ſordes pecudum, ſudo: que feminum & alarum, adhærentes lanis, (œſypum vocant) innumeros propè vſus habent.
OETVM] Herba, Aegypto peculiaris: de qua. Plin.lib.21. cap.1 .
OFFA] Feſtus: Penitam offam Næuius appellat, abſegmen carnis cum coda. Antiqui enim offam vocant, abſciſſum globi forma Iuuenal. Satyr.2.4,
----& patruo ſimiles effunderet offas.
-----nigra in facie tumidis liuoribus offa. Iuuenl. Satyr. 16,2.
¶ Offa, & pultem ſignificat, & quicquid eſt in pultis modum redactum. Virg.6 Aeneid 84,
Melle ſoporatam & medicatis frugibus offam. Obijcit.
Varro lib.3. de Re ruſtic.cap. . , Cibatui offas poſitas: hę maximè glomerantur ex ficis, & farre miſto.
¶ Offa: *Maſſa* Plin.lib 9.cap 48, de lepore marino: in noſtro mari offa informis, colore tantùm lepori ſimilis.
Offa, & Maſſa, *promiſcuè vtuntur* Colum lib 12.cap.18.
Offæ, *quibus anſes ſaginantur* Col lib.8,cap 7.
Offæ panis. Colum. lib 8.cap 9,2.
Ficorum. Colum.lib 12 cap 15,3.
Carminis. Perſius Satyr 5,
¶ Ofella: Fruſtulum carnis. Martial lib.14,227,
Parua tibi curua craticula ſudet ofella. Iuuen Satyr 11.15.
— at rudis omni Tēpore, & exiguę fruſtis imbutus ofellę.
¶ Offula.

¶ Offula. Suet. in Claud. Cæſare: Rogo vos, quis poteſt ſine offula viuere?
OFFECTOR] authore Feſto, qui proprio colori nouum adijcit.
OFFENDO] Incurro. Terentius Eunuch 5.9 14,
Si in Platea hac te offendero poſt vnquam.
Puppis offendit in ſcopulis. Ouid.4.de Ponto, eleg.14,5.
Offendere ad. Quint.lib.6.cap.3.46, Caput eum ad fornicem Fabij offendiſſe.
Ad ſtipitem Col.lib.2.cap.3,28.
Ad Africam. Liuius 8. bel. Pun.358.
Offendere: *Læſionem accipere.* Colum.lib.5.cap 9.10, Deinde, arando ne coxam bos, aliámue partem corporis offendat.
¶ Offendere: *Inuenire præter opinionem.* Terent. Heaut 2.3.44, Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus. Idem Hecyr 3.1.45, Quónam modo, Philumena mea, nunc te offendam affectam?
Offendere: *Lædere.* Suet. in Claud. Cæſare, cap.26, Priorem quòd parentes eius Auguſtum offenderant, virginem adhuc repudiauit.
Amicum offendere in nugis. Horat. de Arte, 91.
Lumen extinctum offendit nares nidore. Lucret.lib.6,159.
Pectora offenduntur facto aliquo. Ouid. 2. de Remed. Amor. 7.
Offendebatur: *pro, Grauiter ferebat.* Sueton. in Octau. Auguſto, cap.89, Componi tamen aliquid de ſe, niſi & ſeriò & à præſtantiſſimis, offendebatur.
¶ Offendens: *pro, Offenſus.* Gellius lib.9. cap.15, Offendens iam in eo, quòd ille apud Iuliani aures in præcipiti ſtare, & ſubitaria dictione periculum ſui facere audebat.
¶ Offenſus: Læſus. Liu. ab Vrbe cond. Miles offenſo ſcuto præbuit ſonitum. Plin. lib.7.cap.53.
Pede offenſo procumbere. Ouid.2.Faſt.144.
Damnis offenſus Horat.1.epiſt.7,18.
Vitijs. Ouid. 10. Metam.49.
Deos offenſos mereri. Ouid. epiſt. 20,10.
Alienatus & offenſus animus. Cic. Attico, lib.1.12,10.
Offenſa voluntas populi. Cic.5. Tuſc.194.
¶ Offenſus: *Adiectiuum;* qui offendit. Offenſa forma. Horat. Epod. ode 15,
Nec ſemel offenſæ cedet conſtantia formæ, Si certus intrârit dolor.
Offenſus alicui: *pro Inuiſo.* Suet. in Iulio Cæſare, capite 19, Pompeium affectatus eſt, offenſum Patribus, quòd Mithridate victo, &c.
In offenſo eſſe. Lucret lib.3,192.
¶ Offenſa offenſæ. Quint lib.6. cap.6, Idem quum offenſam vereretur, ſi obiurgaret populi ſegnitiem.
Offenſæ. Tacit. lib 19, Satis patuit ijs, qui principum offenſas acriter ſpeculantur.
Leues offenſæ. Sueton in Claudio Cæſare, cap.26.
Offenſa, *Gratiæ opponitur.* Quint.lib.4.cap.1, Verùm hoc omittamus: ne minus gratiæ excipiendo recta, quàm offenſæ reprehendendo praua, mereamur.
Periculoſa potentium offenſa. Quint lib.2. cap.20,7.
Habere offenſam. Quint. lib.9.cap.2.
Mereri offenſam Ouid.4 de Ponto, eleg.1.4,
Ah, pudet offenſam non meruiſſe prius.
Reſpuere offenſas. Claud.2.Paneg.9.
Sentire offenſam in cœna. Celſus lib.1.cap.6.
Offenſam ſuſcipere & ſubire. Plin.lib.2.epiſt.18.
Vereri offenſam. Quint.lib.6.cap 5,6.
Vindicare ſuas offenſas nece. Ouid.3.Triſt.eleg.8,8.
Sinè guſtus offenſa. Colum.lib.12.cap.21.
¶ Offenſo Liu.5.bel. Pun.203, Flere omnes repentè, & offenſare capita.
¶ Offenſando. Lucret.lib.2.281,
—& ipſa. Sponte ſua fortè offenſando ſemina rerum.
¶ Offenſans. Quint, lib.10.cap.7. de extemporali dictione: Si non interſiſtentes offenſanteſque breuia illa atq; conciſa, ſingultantium modo eiecturi ſumus.
¶ Offenſio. Offenſio & Gratia, *contraria* Plin.lib.19.cap.1,3.
Coniectare vultu offenſionem. Tacit.lib.1.
Habet offenſionẽ hæc res apud aliquos. Plin.lib.19.c.1,3.
Offenſio fit. Varro 1.de Re ruſt.cap. 17,4.
¶ Offenſus: Idem quod Offenſa. Lucret.lib.6.67,
Non igitur multis offenſibus in temerando. Seneca epiſtol 108; Per huiuſmodi offenſus emetiendum eſt confragoſum hoc iter.
Offenſus: *Occurſatio* atomi. Lucret.lib.2.
¶ Offenſator. Quint lib 10.c.3, de dictandi modo: At idem ille, qui excipit, ſi tardior in ſcribendo, aut inertior in legendo, velut offenſator fuerit, inhibetur curſus.
¶ Offendiculum Plin epiſt.188, Sunt enim in hac offendicula nonnulla: circunſer oculos, & occurrent:

¶ Offendimentum, & Offendix: Ligaturæ nodus, quo apex retinetur Feſtus.
¶ Offendo: pro, Offenſio. Afran Vopiſco: Quoq; num offendo ſæpe procul noſtra ſit mala.
OFFERCIO.] Impleo. Vnde.
¶ Offertus: Plenus. Plaut. Aſin.7.18,
Maximas optumitates gaudioq; offertiſſimas pariet.
Offertiſſimus: *pro pinguiſſimo.* Plautus Capt. 13.8,
Sinè ſacris hæreditatem ſum adeptus offertiſſimam.
OFFERO.] Exhibeo. Terent. Heaut,
Opportunè te mihi offers.
Offerre aliquid in luſum. Quint. lib 1.cap.1,20.
Tellus obtulit acceſſus faciles puppibus Lucan.lib.3,9.
Aduentum offerre. Terent. Hecyr.3.3.10.
Auxilium. Iuſtinus: Cum ei auxilium obtuliſſet.
Beneficium. Cæſar 6.bell. Gall.154.
Obuius ipſe caput obtulit letho. Lucret.lib.3,212.
Caput offerendum fuit letho. Seneca Medea,7,2.
Caput vilitati & periculis offerre. Plaut. Capt.5,37.
Iniuriam Terent. Hecyra.5.1.13.
Iuſiurandum. Suet. de claris Rhet. 5. Quint. lib. 5. cap.6, Iuſiurandum litigatores offerunt ſuum.
Luctum alicui. Catul. Argon. epig 59,50.
Maieſtatem ſuam contumeliæ. Liuius 3. ab Vrbe,48.
Mendicitatem. Plaut. Rud.13,30.
Mœrorem Plaut. Caſin.15.50. Terent. Hecyr.3.1.1,
Nemini ego plura acerba eſſe, credo, ex amore homini vnquam oblata.
Moram. Plaut Caſin.15,50. Et Pſeud.5.18.
Quis eſt, qui moram occupato moleſtam obtulit?
Officium alicui. Lucan.lib.9,13.
Opem obtulit inuito Ouid ad Liuiam,84.
Operam vltrò. Liu 10.bel. Maced.96.
Optatum Terent Adelph.5.9.21.
Oſcula alicui Tibul.lib.1 eleg.4,11.
Ignotum ſe venientibus, Virg.2.Aeneid.12.
Melioribus ſe offerre. Horat. 1.epiſt.2,14.
Se vltrò morti. Cæſar 7.bel.Gal.309.
Se obuiàm alicui. Terent Adelph 3.2.24.
Se prælio Cæſar 1.bel.Ciuil.262.
Spem. Cæſ bell. Gall.120.
Vitium virgini. Terent. Adelph 3.1.9.
Vultus blandos alicui. Tibul.lib.1.eleg.6.1.
¶ Oblatus. Cæſ. 1. bel. Ciuil. Sic oblatus terror à ducibus, crudelitas in ſupplicio, vana religio iuriſiurãdi, ſpem præſentis deditionis ſuſtulit.
Facultas oblata. Virg.4.Georg 88.
Oblata facultate, ſe in caſtra receperũt. Cæſ.1.bel.Ciuil.267.
Fœdus oblatum Virg.12.Aeneid 22.
Oblata fortuna delendi exercitus. Liu.5.bel Maced.21.
Honorem oblatum reſpuis. Claud.2.Paneg.58.
Munus oblatum. Ouid.3 Amor.eleg.6,10.
Præſentia illius oblata eſt Ouid.3.Triſt eleg 9,5.
Oblata vani furti inuidia. Liuius lib. 6. Decad.1.ite, Pœna oblata oculis deorum Terentius: Vitium oblatum.
¶ Oblatum: *Subſtantiuè poſitum.* Liuius 5. Decadis lib.4.98, Tum Gallorum effuſorum per Illyricum ingens oblatum auaritia dimiſſum eſt.
¶ Offerumentum: oblationem veteres dicebant, quæ dijs offerebatur: authore Feſto.
OPPERIOR.] Exſpecto. Terent Adelph. 3. 3. 92,
Opperiar hominem hic, vt ſalutem & colloquar.
Idem Phorm. 3. 2 19,
Si nõ tum dedero, vnã preterea horã ne oppertus ſies.
Iuuenes opperiuntur, dum reſidant aquæ. Ouidius 9. Metamorph 20.
Hoſtem magnanimum opperiens. Virg. 10, Aen. 155.
Tempus opperiri. Silius lib. 5, 17.
Stetit opperiens virginem. Valer. 5. Argon. 79.
¶ Opperitus ſum Plautus in Moſtell. 10. 5,
Seni non otium erat, id ſum opperitus.
OPPESSVLATVS] peſſulis obfirmatus. Plautus Amphitr 15, 22.
OPPETO.] Morior. Virg. 1, Aeneid. 20,
—ô terq; quaterq, beati,
Quis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere.
OPPICO.] Idem quod Picò. Cato cap. 120, Muſtum ſi voles totum annum habere, in amphoram muſtum indito, & corticem oppicato.
OPPIDO.] Vide OPPIDVM.
OPPIDVM.] Propriè eſt omnis vrbs præter Romam. Plautus Perſa:
Eleuſipolim Perſæ cepere in Arabia, plenam bonarum rerum, antiquum oppidum.
Diua oppida. Ouid. epiſt. 15, 7.
Inclinata. Ouid. 15, Metam. 59.
Cingere muris oppida. Virg. 4, eclog. 7.
Foſſæ præcipites cingebant oppida. Ouid. 1, Metam. 26.
Condere oppida. Horat. 2. epiſt. 1, 2.
Congeſta oppida manu. Virg. 2, Georg. 32.
Debellata. Claud. 2. in Eutrop 40.
Decorare oppida publico ſumptu. Horatius ſecũdo, Carm. ode 15, 4.
Moliri oppida. Horat. de Arte, 81.
Eruta conuulſis proſternes oppida muris. Silius lib. 3, 43.

Annoſa vaſtant oppida. Stat. 3, Theb. 116.
¶ Oppidanus. Cæſ. 2, bell. Gall. 345. Sub veſperum Cæſar portas claudi militesque ex oppido exire iuſſit: ne quam noctu oppidani à militibus iniuriam acciperent.
¶ Oppidò: Valde multum. Terent. Heaut. 4,4,12.
Dic me hîc oppidò eſſe inuitam atque ſeruari,
Oppidò quàm fiunt in literarum oſtentatione inepti & friuoli. Gellius libro 15, cap. 30. Idem lib. 16, cap. 7, Laberius in Mimis, quos ſcriptitauit oppidò, quàm verba finxit prælicenter.
Oppidò: *Statim*. Plau. Moſtel. 3,38.
— perdidi operam fabrorum
Illicò, oppidoq; venit ignauia. Idem:
Reddidi omne argentum oppidò.
OPPIGNERO] Terent. Heaut. 4,5,46,
— num illa opignerare filiam
Meam me inuito potuit?
Oppignerare ſe. Senec. de Benefic. lib. 3, cap. 5.
OPPILO] Occludo. Lucretius libro 6,146.
Fluctibus aduerſis oppilare oſtia contrà.
OPPLEO] Terent. Heaut. 2,3,65,
Lachrymis opplet os totum ſibi.
Liuius 10, ab Vrbe, 227,
Niues iam omnia oppleuerant, nec durari extra tecta poterat.
Opplet nares odor. Varro 3, de Re ruſt. cap. 4,3.
Liquidis loca vocibus opplent. Lucretius libro 2,50.
Regia oppletur lætanti cœtu. Catul. Argon. epigr. 59,7.
Oppleuit luctus vrbem. Liu. 2, bel. Pun. 210.
OPPONO] Plaut. Pſeud. 7,10.
Ibi nunc oppido oppoſita obſtacula.
Aciem oppoſuere Aeneadæ. Virg. 9, Aen. 94.
Auriculam opponere. Horat. 1, Serm. Sat. 9,16.
Corpus pro patria opponere. Liu. 1, bel. Pun. 30.
Genu oppoſuit coſtis. Ouidius 2, Metam. 70.
Manum oppoſuit ante oculos. Ouidius 4, Faſt. 36.
Manum puella ſuauio opponat tuo. Horat. Epod 3,5.
Manum fronti opponere. Ouidius 2, Metam. 56.
Milites ad portas. Liu. 2, ab Vrbe, 205.
Natura oppoſuit montes mari. Lucanus, libro 2,124.
Ordinem aduerſùs hoſtes quadruplicem opponere. Liu. 10, bel. Pun. 39.
¶ Opponere. Contra alium pignus ponere. Plau. Cur. 7,77.
— pono pallium;
Ille ſuum annulum oppoſuit,
Opponere pignori. Terent. Phorm. 4.3,56,
Ager oppoſitus eſt pignori ob decem minas.
¶ Oppoſitus. In hac dictione ludit Catullus, in epigrammate ad furium, 23,
Furi villula noſtra non ad Auſtri
Flatus oppoſita eſt, nec ad Fauoni,
Nec ſæui Boreæ, aut Apeliotæ:
Verùm ad millia quindecim, & ducenta.
O ventum horribilem, atque peſtilentem!
Fores oppoſitæ. Horat. 3, Carm. ode 26,2.
Humeris oppoſitis extrahere aliquem è turba. Horatius 2, Serm. Sat. 5,20.
Nubes oppoſitæ. Ouidius 10. Metam. 36.
OPPORTVNVS] Plaut. Epid. 9,41.
Nihil homini amico eſt opportuno amicius.
Opportunus alicui vitio vel morbo. Plinius libro 16, cap. 40,17. Quædam enim in mari, quædam in terra vitijs opportuniora. Et lib. 18, cap. 7,18, Non alia de cauſa opportuniora morbis corpora exſiſtunt.
Opportunus hoſti. Salluſt. in Iugurtha.
Opportunus ad. Terent. Eunuch. 5,9,47.
Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex vſu tuo nemo eſt.
Latebra opportuna. Ouidius 3, Metam. 89.
Seges opportuna pecori. Virg. 4, Georg. 26.
Vtilitas opportuna. Lucretius libro 6,179.
¶ Opportunus *Abſolutè*. Salluſt. in Iugurtha.
Locorum opportuna. Tacitus libro 4.
¶ Opportuniſſimus. Plinius libro 8, Ad hos proferendos, & tempus, & locum opportuniſſimum elegi.
Vrbs opportuniſſima portu. Liuius 6, bell. Pun. Potiemur prætereа cùm pulcherrima opulentiſſimaque vrbe, tum opportuniſſima portu egregio.
¶ Opportunè. Terent. Adelph. 2,4,2.
— opportunè: teipſum quærito. Idem An. 2,4,11,
Opportunè hic fit mihi obuiam.
Opportunè nuntijs allatis. Cæſar 3, bel. Ciuil. 396.
¶ Opportunitas. Opportunitas ætatis. Salluſt. in Iugurtha.
Loci. Cæſ. 3, bel. Ciuil. 92.
Viæ. Plinius epiſt. 24.
Opportunitate aduenire. Plaut. Epid. 5,20, & Merc. 14,3.

OPPRIMO] opprimere os: continere, claudere. Terent. Phorm. 5,8,93.
Opprimere: *Conuincere ſeu comprehendere*. Terentius Andr. 1,3,22.
Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat. Idem Adelph. 2,2,21,
Vt in ipſo articulo oppreſſit.
Fluctus opprimet hanc animam. Ouidius 1, Triſt. eleg. 2,7.
Opprimere dictum ſuum: *Mutare ſententiam*. Plautus Mercat 12,6.
Vnde flammas opprimit. Senec. Medea, 12,2.
Hoſtes parentis ſui oppreſſit. Senec. Octauia, 8,9.
Opprimere ignem. Liuius 9, bel. Pun. 154.
Opprimere incautos. Liuius 6, bel. Pun. 56.
Iaculo oppreſſit leonem. Valer. 3, Argon. 5.
Mentionem aliquam opprimere. Liu. 1, bel. Maced. 221.
Occaſionem opprimere. Plautus Aſin. 7,15.
Pede opprimere. Cato cap. 46.
Penuria victus opprimit eum. Horatius 1, Serm. Satyr. 1,20.
Somnus opprimit. Terent. Eunuch. 3,5,53.
Interea ſomnus virginem opprimit.
¶ Opprimere: *pro Extundere, peruincere*. Plaut.
Nam ſi vllo modo poſſet impetrari, ne te abduceret, dedi operam: verùm oppreſſit.
¶ Oppreſſus. Oppreſſa metu ciuitas Liu. 4, bel. Pun. 98.
Vinctus & oppreſſus catenis. Senec. Herc. fur. 1.11.
Caſu acerbo oppreſſus. Catul. ad Mallium, epigr. 63,1.
Arces oppreſſæ. Lucanus libro 2,130.
Carmina oppreſſa ſilent. Lucretius libro 2,102.
Herba oppreſſa. Ouidius 3, de Arte, 144.
Iuuencus oppreſſus à lupo. Stat. 8, Theb. 135.
Memoria oppreſſa. Plin. epiſt. 19.
Pectus oppreſſum. Senec. Herc. Fur. 11,32.
Vita oppreſſa iacet. Lucretius libro 1,13.
¶ Oppreſſio. Terent. Adelph. 2,2,30,
Per oppreſſionem vt hanc mihi eripere poſtulet.
¶ Oppreſſiuncula. Plautus.
OPPROBRIVM] Plinius libro 18, cap. 26,17. Dedecus enim habetur opprobriumq; meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi.
Aeternum opprobrium. Horat. 4, Carm. ode 12,2.
Aliena opprobria. Horat. 1, Serm. Satyr. 4,26.
Magnum opprobrium. Horat. 3, Carm. Ode 24,9.
Turpe. Horat. 1. Serm. Sat. 6,17.
Turpia opprobria linguæ. Claud. de bel. Get. 105.
Dignus opprobrijs. Horat. 2, Serm. Sat. 1,17.
Fugere opprobria culpæ. Horat. 1, epiſt. 9,2.
Ruſtica opprobria fundere. Horat. 2, epiſt. 1,30.
Falſis opprobrijs morderi. Horat. 1, epiſt. 17,8.
Recantata opprobria. Horat. 1, Carm. Ode 16,6.
Eſſe opprobrio. Ouidius 2, Triſt. 89.
Nec fuit opprobrio, celebraſſe Lycorida Gallo.
¶ Opprobro. Plautus Moſtel. 4,144.
Egóne id exprobrem, qui mihimet cupio opprobrarier? Gell. lib. 17, cap. 1. Vt vel hac ipſa re quod ita dicebar, opprobraret aduerſarijs.
¶ Opprobratio. Gell. lib. 12, cap. 11, Tum Cicero inopinata opprobratione permotus.
¶ Opprobramentum. Plaut. Merc. 7,80,
Multo ædepol, ſi quid faciendum eſt damni, facere mauolo.
Quàm opprobramentum aut flagitium muliebre efferri domi.
OPPVGNO] Vrbē oppugnat celſis molibus. Vir. 5, Aen. 88
Carinam feſſam oppugnare. Ouidius 11, Metam. 107.
Sagittis oppugnare rates. Propert. lib. 3, eleg. 11,3.
Oppugnare aliquem. Plaut. Epid. 3,60,
Tibi audendum eſt, ſenem oppugnare certum eſt cōſilium.
Oppugnare bona alicuius. Plaut. Perſa, 3,19.
Conſilia alicuius. Plaut. Moſtel. 8,166.
Mens oppugnatur artibus innumeris. Ouidius 2, de Reme. Amoris, 59.
Oppugnare os alicui. Plaut. Caſin. 98,59.
¶ Oppugnatus. Roma oppugnata proprijs triumphis. Propert. lib. 2, eleg. 16,9.
¶ Oppugnatio. Liu. 4, ab Vrbe, 124.
Nec ſegnior oppugnatio eſt, quàm pugna fuerat.
Machinamenta & aſtus oppugnationum. Tacitus libro 4.
Nocturnam oppugnationem audere. Tacitus libro 2.
OPPVTO] de arboribus intelligitur. Plinius libro 17, cap. 21,4. Opputatur autem quicquid proximo tulit fructum.
OPPVVIRE] Percutere. Vnde Oppuuia, verbera dicuntur. Afranius: Oppuuijs pueri coërcentur.
OPS] *Opem ferens*. Actius: Quorum genitor fertur eſſe ops gentibus. Feſt. Ops antiqui dicebant, quē nunc opulentū.

¶ Opis, Opem, Ope. Terent. Heaut. 3,3,31,
— quid illum porrò credis facturum, Chreme,
Niſi eum, quantum di dant tibi opis, ſeruas, caſtigas, mones? Virg. 2, Aen. 159,
— nec ſpes opis vlla dabatur.
Diues opis natura ſuæ. Horat. 1, Serm. Sat. 2,15,
Expertes opis. Lucretius libro 5,200.
Indignus opis. Virg. 2, Georg. 86.
Admouere tardam opem, Ouidius 1, de Remed. Amor. 24.
Afferre opem alicui. Ouidius 8, Metam. 121.
Salutiferam opem dare. Ouidius epiſt. 20,35.
Egere ope. Ouidius epiſt 20,8.
Summa ope niti, vel eniti. Saluſt. in Catil. Idem in Iugurtha.
Non opis eſt noſtræ. Virg. 1, Aen. 122.
Expoſcere opem. Stat. 10, Theb. 11.
Diuinâ ope fefellit ſua furta. Ouidius 3, Faſt. 5.
Ferre opem. Ouidius 2. Faſt. 81.
Triſtem ferre opem. Ouidius epiſt. 19,36.
Fultus ope. Quint. lib 6. cap 3,6.
Implorare opem alicuius. Ouid. 8, Metam. 54.
Medicâ ope iuuare aliquem. Ouidius 2, Amor, eleg. 9,2.
Mulcere aliquem ope. Ouidius epiſt. 6,20.
Negare opem alicui Ouidius epiſt. 3,20.
Orare opem. Ouidius epiſt. 12,13.
Petere opem laſſis & dubijs rebus Seneca, Thyeſte, 8,8,
Poſcere opem. Horat. 2, epiſt. 1,28.
Promittere. Ouidius 5, Faſt 50.
Reddere opem, & exſoluere grates. Stat. 5, Sylu. 5,9.
Nil opis ſupereſt. Ouidius 6, Faſt. 74.
Tentare opem. Ouidius 3, Faſt, 160.
Serâ ope fata vincere. Ouidius 2, Metam. 124.
Vti ope alicuis. Ouidius 3. Faſt. 64.
¶ Opes: *Diuitiæ.*
Superbi opibus. Virg. 5, Aen. 54.
Magnas inter opes inops, Horat. 3, Carm. Ode 16,6.
Peroſus opes. Ouidius 11, Metam. 30.
Cupido furioſa opum. Ouidius 1, Faſt. 43.
Variarum opum diues. Virg. 2, Georg. 94.
Fames magnarum opum. Ouidius 1, Faſt. 61.
Largitor opum. Stat. 3, Sylu 1,19.
Vbertas opum. Silius libro 15. 81.
Adoptiuæ opes arboris. Ouidius 2, de Arte, 131.
Auaræ. Claud 1, de raptu Proſerp. 5.
Beatæ. Stat. 1, Sylu. 5,9.
Feſtæ. Silius libro 7,36.
Fluxæ. Senec. Hippol. 4,27.
Immenſæ. Ouidius 6, Metam. 37.
Indelibatæ. Ouidius 1, Triſt. eleg. 4,6.
Opes integræ, & acciſæ; *contraria.* Horatius 2, Serm. Satyr. 2,23.
Modicæ. Ouidius 3, Triſt. eleg. 7,9.
Priuatæ. Tacitus libro 2.
Sollicitæ. Horat. 2, Serm. Sat. 6,16.
Nimiæ. Tacitus in vita Agricolæ.
Sparſæ. Lucanus libro 3,25.
Specioſæ. Tacitus in vita Agricolæ.
Superbæ. Silius libro 17,126.
Abſumptæ. Ouidius 1, Amor. eleg. 12,6.
Acquirere opes. Ouidius 2, de Arte, 69.
Affectæ opes. Tacitus libro 18.
Amittere opes male. Ouidius epiſt. 21. 14.
Attenuârat opes voragine ventris. Ouidius 8, Metam. 171.
Beatas componit opes nullo fine. Senec. Herc. fur. 3,2.
Condere opes. Virg 2, Georg. 102.
Congeſtæ opes. Ouidius 4, Faſt. 124.
Conſumere opes alicuius. Ouidius 3, Faſt. 126.
Creuerunt opes Ouidius 1, Faſt. 43.
Congeſtæ cumulantur opes. Claud 1, in Ruffinum, 39.
Detrahere opes alicui. Tibul. libro 2, eleg. 1,15.
Dilacerantur opes tuæ. Ouidius epiſt. 1,18,
Direptæ opes. Claud. 4, Paneg. 26.
Largæ dabantur opes. Ouidius 3, de Arte, 82.
Effodiuntur opes, irritamenta malorum. Ouidius 1, Metamorph. 29.
Emergere ad ſummas opes. Lucretius libro 3,13.
Eruere opes & regnum alicuius. Virg. 2, Aen. 1.
Euertere opes. Virg 2, Aen. 121.
Paruas opes expoſcere. Ouidius 11, Metam. 41.
Bene fundatæ opes. Ouidius 14, Metam 117.
Inuentæ opes ſanguine. Ouidius 3, Amor. eleg. 7,11.
Lacerare opes alicuius. Ouidius epiſt. 3,18.
Oſtentare opes. Virg. 4, Aen 15.
Perdere opes ſuas. Ouidius 1, Amor. eleg. 2,10.
Pollens opibus. Lucretius libro 1,12,
Poſſidere opes. Ouidius 3, Amor. eleg. 7,11.
Potens opibus. Ouidius 4, Faſt, 51.
Contemptas proculcat opes. Claud. de bel. Getico, 122.
Quærere opes malè. Ouidius epiſt. 21. 14.
Priuatas quærere opes. Horatius 1, epiſt. 3, 4.
Miſeras opes quærere corpore. Ouidius 1, Amor. ele. 10,5.
Rapiuntur opes à victis. Lucanus libro 7,152.
Recondere opes. Ouidius 1, de Arte, 126.
Regere. Ouidius 14, Metam. 155.
Miſeras ſollicitare. Martial. libro 1, epigram. 4, ad Domitianum.
Tueri. Ouidius epiſt. 15,7.
¶ Opes: *pro Auxilio.* Virg 12, Aen. 86,
Non hæc humanis opibus, non arte magiſtra
Eueniunt.
Vi ſummâ opum euertere aliquid. Virg. 9, Aen. 106.
Fractæ opes Virg. 3, Aen. 11.
Iuuare aliquem opibus. Virg. 1, Aen. 116.
¶ Opifer. Deus opifer: Aeſculapius. Ouidius 15, Metamorph. 131.
¶ Opulentus. Opulentus auro Plaut. Epid. 5,1 12.
Pecuniæ opulentus. Tacitus libro 18.
Theſaurus Arabum opulentior. Horat. 3, Carm. Ode 24,1.
Copia opulenta. Horat. 1, Carm ode 7,4.
Mens opulentior auro. Ouidius ad Piſonem, 22.
Opulentum opſonium. Plaut, Bacch. 1,63.
Regia opulenta, Catull. Argon epigr. 59,9.
Templum opulentum donis. Virg 1, Aen 91.
Vrbs opulentiſſima. Catullus in Iulium Cæſarem, epigram. 21,5.
¶ Opulentia Plinius libro 17, cap. 1. 6, Tam recens eſt opulentia. Salluſt. in Ciceronem, 5, Cui poteſt eſſe dubium, quin opulentiam iſtam ex ſanguine & miſerijs ciuium paraueris?
Diuitijs Crœſi opulentia Ouid. de Ponto, eleg 3,8.
Longâ opulentiâ clarus. Tacitus libro 14.
Spectata opulentia. Tacitus libro 18.
Deeſt opulentia nobis. Virg. 7, Aen. 53.
¶ Opulentitas. Plautus Milit. 16,34,
Quaſiq; eius opulentitatem reuerearis.
¶ Opulenter. Liuius 1, ab Vrbe, 160. Ludos opulentiùs inſtructiùsq; quàm priores reges fecit.
¶ Opulento. Colum. libro 8, cap. 1. 2. Cùm & auium ſtercore macerrinis vineis, & omni ſurculo atque aruo medeantur, & eiſdem familiarem focum menſamq; precioſis dapibus opulentent. Horat. 1, epiſt 17,1.
Opulentare herum baccis oliuæ. Horat. lib. 1, epiſt. 17.
¶ Opuleſco Furius Antias apud Gel. lib. 18, cap. 11,
Quò magis in patrijs poſſint opuleſcere campis.
OPSONIVM] quicquid vltra panem & vinum in cibo adijcitur. Plaut. Aulul. 2,5,
Dat coquos cum opſonio. Plinius libro 18, cap. 11,3,
Panis ipſius varia genera proſequi ſuperuacuum videtur: aliàs ab obſonijs appellati, vt oſtrearij,
Rancidula fiunt opſonia. Iuuen. Satyr. 11,14.
Captare opſonia, Horat. 2. Serm. Sat. 7,22.
Omnia conductis coemens opſonia nummis. Horat. 1, Serm. Sat. 2,2.
Auſtri coquunt opſonia. Horat. 2, Serm. Sat. 2,9.
¶ Opſonium: *de piſcibus* Terent.
Conuertam me domum cum opſonio,
¶ Opſono, & Obſonor. Terent. Adelph. 5,9,7.
Et quidem porrò hæc opſonare cum fide ſcortum adducere Idem And. 2,6,20.
Vix, inquit, drachmis opſonatus eſt decem.
Opſonare: *Facere ſumptum pro obſonio.* Plaut. Bacch. 1,64.
— tu facito opulentum opſonium:
Ego opſonabo.
Opſonare opſonium. Plaut. Stich, 7,36.
Prandium Plaut. Pœn. 19,16.
Cœnæ opſonaui Plautus.
¶ Opſonito. Næuius: Multi mecum eo die opſonitauêre.
¶ Opſonatus. Plaut. Truc.
Dedi equidem hodie quinq; argenti deferri minas,
prætereà vnam in opſonatum.
¶ Opſonator. Plaut. Milit. 10,72.
Vel primarium paraſitum, atque opſonatorem optimum,
De opſonatore confecit epigramma. Mart. lib. 14,219.
OPTIMAS, OPTIMÈ, OPTIMVS] Vide BONVS.
OPTIO] Vide OPTO.
OPTO] Terent. Heaut. 4,5,8,
Optabit rurſum vt abeat ab ſe filius.
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Horatius 1. epiſt. 14,9.
Mortem miſerrimus opto. Virg. 2, Aen. 131.
¶ Optare: *Eligere vnum è duobus.* Terent. And. 4,6,2.
Quæ ſe inhoneſtè optauit parare hic diuitias

Potiùs

Potiùs quàm in patria honeſte pauper viuere.
Virg.1,Aen.86,
Optauitq; locum tectis.
Optare : *Precibus poſtulare*. Terent.Eunuch. 5,9.27,
Quod vis donum & præmium à me optato : id optâtum feres. Virg.7,Aen..55,
Et reor,& ſi quid veri mens augurat opto.
Sapientiùs optare. Ouidius 2,Metam.21.
Stultè optare aliquid.Ouid.1.Triſt.eleg.1,16.
¶ Optatus : Participium. Plaut.Aul.11,1.
Optati ciues, populares, incolæ, accolæ, aduenæ õmnes,
Date viam.
¶ Optatus : Nomen ex participio.
Arena optata potiuntur Troes.Virg.1,Aen.36.
Auræ optatæ crebreſcunt.Virg 3,Aen.106.
Dies optata parentibus inſtat.Ouid.epiſt.20,9.
Epulæ optatæ.Horat.4.Carm ode 8,6.
Honor optatus.Virg.5,Aen.41.
Luce optata frui.Virg.4,Aen.124.
Metam optatam curſu contingere.Horat. de Arte,83.
Tempus optatum Catul.Argon.epigr.59,5,
¶ Optatum : Subſtant.
Eueniunt obtata.Ouidius 6,Metam.74.
Optata loqui.Terent.Heaut.3,3,50,
— pro Menedemo nunc tibi reſpondeo,
Non emo. quid ais? s. optata loquere.
¶ Optatò.Terent.And.3,3,2,
— optatò aduenis.
¶ Optabilis.Solamen optabile.Silius libro 13,47.
Tempus.Ouidius 9,Metam.152.
¶ Optio.Plaut.Caſin.7,13,
Optio hæc tua eſt: vtram harum vis conditionem, accipe.
Permittere optionem.Quintili.lib.5.
Dare optionem. Cic.4, Acad. 39, Si optio naturæ noſtræ detur.Idem de clar.Orat.98,Quando autem dubium fuiſſet apud patres noſtros eligẽdi cui patroni daretur optio, quin aut Antonium optaret,aut Craſſum?
Optio eſt.Cic.1, de Fin.52, Nam libero tempore quum ſoluta nobis eſt eligendi optio, quumq; nihil impedit quominus id quod,&c.
Si optio eſſet.Cic.5,de Fin. 52.
Optio,*maſculino gen.* Feſtus : In re militari Optio appellatur is,quem Decurio aut Centurio optat ſibi rerum priuatarum miniſtrum,quò faciliùs obeat publica officia. Plaut. Aſin.3,89,
Tibi optionem ſumito Leonidam.
Optio,à Varrone,Nonio,Vegetio & Plauto,in eum ſenſum accipitur : vt ſit miles,qui ægros antecedat, tanquam eorum vicem,ſi vſus venerit,gerere ſit paratus.
¶ Optiuus.Nomen optiuum.Hor.2,epiſt.2,21.
OPVLENTVS,OPVLESCO] Vide Ops.
OPVLVS] Arbor.Colum.libro 5. cap.6,3.
OPVNTIA] Herba.Plinius libro 21, cap.17. Circa Opuntem opuntia eſt herba,etiam homini dulcis.
OPVS] *pro opera*. Virg.8,Aen.83.
Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit.
Terent.Heaut.1,1,21,
Quod in opere faciundo,operæ conſumis tuæ:
Si ſumas in illis exercendis,plus agas.
Opus,*pro Labore*.Virg.8.Aen.104.
— ſub te tolerare magiſtro
Militiam, & graue Martis opus.
Opus : *Officium*.Virg.10,Aen.94.
— ſed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus.
Admonitor operum Lucifer.Ouidius 4,Metam.133.
Comites operis.Ouidius 3,Metam.26.
Contextus operis.Tacitus libro 18.
Dies fœlices operum.Virg.1,Georg.56.
Dux operis Ouidius 4,Faſt.50.
Immunes operum.Ouidius 4,Metam.1.
Labor operum.Virg.2,Georg.31.
Mirator.Stat.3,Sylu.2,19,
Artis præcipuæ opus.Ouidius 1,de Arte.53.
Participes operum.Ouidius 3,Metam.30.
Patiens operum iuuentus.Virg.2,Georg.95.
Populator operis noſtri. Ouid.12,Metam.119.
Prudentia maior operum.Ouid. 2,de Arte,136.
Quies operum.Virg.4,Georg.37.
Socius operum.Stat 3,Sylu.2,19.
Spiritus operis huius,atq; animus eſt in affectibus. Quint. lib.6,cap.2.7.
Structura operum.Lucanus libro 6,13.
Vacuus operum,Horat.2,Serm.Sat.2,24.

Acutum opus.Claud.1,in Eutrop.16.
Admirabile.Ouid.6,Metam.3.
Breue.Ouidius epiſt.21,1,
Clarum.Ouidius 3,de Arte,68
Cælatum. Virg.3,eclog.8,
Deſtinatum.Quint libro 2.cap.10,10.
Dulce.Ouidius 2,de Arte,96.
Durum.Lucretius libro 5,273.
Furtiuum.Ouidius 2.de Arte,146.
Gratum agricolis.Virg.1,Aen.1.
Immenſum.Lucanus libro 1,14.
Infauſtum.Quint.in Prœm.libro 6,3.
Infinitum. Quint. Tryphoni,2.
Inimitabilia opera. Quint libro 2,cap.16,19.
Inſtitutum opus.Quint.Tryphoni,2.
Interrupta opera.Virg.4,Aen.18.
Intextum opus tribus tauris.Virg.10,Aen.157. de Clypeo.
Iuuenile opus palæſtræ.Ouid.6,Metam.49.
Laudabile.Lucretius libro 5,32.
Longum.Horat.de Arte,73.
Minutiſſima Geometriæ opera,Quint.lib.1,cap.12,10.
Mirabile opus,Ouid.8,Metam.40.
Numeroſius.Quintil.lib.5, cap.10,8.
Obſcœnum Ouidius 3,Amor.eleg.18,6.
Plenum periculoſæ aleæ.Horat.2.Carm.ode 1,2.
Rigens à ſummis ad ima.Quint.libro 2.cap.13,6.
Sculptile.Ouidius 4,de Ponto,eleg.9,6.
Solenne,& vtile famæ.Horatius 1,epiſt.19,10.
Spectabile.Valer.1,Argon.87.
Triſte.Valer.2,Argon,80.
Tumultuarium.Quint.libro 7,cap.4,25.
Vetuſtum.Ouidius 3,Faſt.79.
Adeſt opus.Plaut.Amph.4,17.
Omni opere muniti.Plinius libro 7,cap.53,7.
Augere opus per ſcelus.Ouidius 2,Faſt.12,6.
Carpere opus aliquod,Ouid.6,Metam.26.
Conſtruere opus.Claud 1.de raptu Proſerp.49.
Neglectum deponere.Claud.in Præf. libr.2, de raptu Proſerp.1.
Differre.Ouidius 1,de Arte,82.
Efficere.Colum.lib.2,cap.17,21.
Euertere.Colum. lib.2,cap.17,21.
Exigere.Ouid.14,Metam.54.& libro 15,175.
Explere opus alicuius.Ouid.3,Metam,130.
Facere.Terent.Eunuch.2,1,14.
Feruet opus.Virg.4.Georg.34.
Latè fuſum opus eſt, & multiplex & propè quotidie nouum,& de quo nunquam erunt dicta omnia. Quint.libro 2 cap 13,11.
Impedire opus alicui.Ouid.8,Metam.48.
Inchoare.Stat.6,Theb.124.
Inſtare operi.Virg.1,Aen.102.
Manſurum opus ſuperſtes poſt mea fata. Ouidius 3,Amor. eleg.14,4
Mouere opus.Virg.7,Aen.9.
Mercedem operis negare.Ouid.11,Metam.43.
Pendent opera interrupta.Virg.4,Aen.18.
Peragere opus,Ouidius 2,de Arte,96.
Procedit opus. Quint.in Prœem.lib.4,5.
Inceptum dextra reliquit opus. Ouidius 2,de Arte,16.
Repetere & omittere opus.Horat.1,epiſt.6,10.
Propoſitum repetemus opus.Ouid.3,Metam.31
Siſtere opus,Ouid.3,Metam.31
Soluti operum famuli,Horat.3,Carm.ode 17,4
Moles operum ſubuertere.Ouidius 6,Faſt.129.
Tendere opus vltra legem.Horat.2,Serm.Sat.1,1
Tractare commodè opus,Quint.libro 1,cap.9,2
Noctes vigiles tranſmittere operi,Stat.3,Theb.56
Diſpoſitum opus turbare,Claud.4,Paneg.45.
Vrbis opus,Virg.5,Aen.24.
Mineruæ operum haud ignara.Virg.5,Aen.57.
¶ Opus : *Indeclinabile, pro Neceſſe.*
Opus eſt.Terent.Phorm.4.5,3.
Vt cautus eſt,vbi nihil opus eſt?
Opus eſt dicere.Quint.libro 8,cap.3.
Opus eſt lectionis.Quint.libro 12,cap.5.
Opus eſt cibum pueto.Plaut.Truc.19,9.
Opus eſt cibo,& alijs.Plaut.Truc.19,11.
Nunc opus eſt carbonibus,faſcijs : opus eſt puluinis.
Auxilio ſcis opus eſſe tuo.Ouid.4,de Ponto eleg.3,2.
Opus eſt conuento.Plaut.Curc.7,25.
Exquiſito.Plaut. Amph.7,70.
Facto.Terent.And.3,2,10,
Non imperabat coràm, quid opus facto eſſet puerperæ. Idem Heaut.1,1,28,
Mihi ſic eſt vſus: tibi vt opus eſt facto,face.

Maturato. Liuius: Sed maturato opus eſt, quicquid placuerit.
Parato. Terent. And. 3,2,24.
Properato. Sen. Hippol. 7,6.
Viſo & cauto. Plaut. Capt. 5,12.
Aliquid opus eſſe nobis ab aliquo. Cæſar 1, bel. Gal.
Opus eſt vſui in. Cato cap. 13,1, In torcularium vſui quod opus ſiet.
Opus eſt vt. Plaut. Truc. 10,20,
Nunc tibi opus, ægram vt te aſſimules,
Opus ſunt milites. Plaut. Capt. 4,61. Terent. Heaut. 4,8,15,
— vt, cum deſponderim.
Des qui aurum ac veſtem atque alia, quæ opus ſunt.
Opus habeo. Colum. libro 9, cap. 1,4.
¶ Opere magno orare. Plaut. Caſin. 2,20.
Opere maximo. Plaut. Milit. 3,76. Terent. Eunuch. 3,3,27.
— Thais maximo
Te orabat opere, vt cras redires.
Opere tanto. Plaut. Epid. 14,56.
Quid iſti oratis opere tanto.

O R

Ora] Extremitas. Virg. 9, Aen. 109.
Et mecum ingentis oras euoluite belli.
¶ Oræ: Veſtimentorum extremæ partes; inquit Feſtus.
Oræ *poculorum*. Lucretius libro 4,3.
Orę *alueorum*. Virg. 4, Georg. 8,
Spiramenta linunt, fucoq; & floribus oras
Explent. De apibus.
Oræ, *Regionum terrarumq; fines, & maritimæ ipſæ regiones*. Virgil. 1, Aen.
Arma virumque cano, Troiæ qui primus ab oris, &c.
Terrarum oras diſtinet mare. Lucretius libro 5,41.
Plinius quum Oram dicit, fere ſemper regionem litoralem appellat.
Illætabilis ora. Virg. 3, Aen. 141.
Inuia. Ouid. 14, Metam. 158.
Latens. Horat. 1, Carm. Ode 17,5.
Laxatæ oræ. Silius libro 13,6.
Vmbroſæ oræ Heliconis. Horat. 1, Carm. Ode 12,1.
Accedere oras aliquas vento. Virg. 1, Aen. 63.
Antiquis Curetum allabitur oris, Virg. 3, Aen. 27.
Veſtris adnauimus oris. Virg. 1, Aen. 109.
Immanibus oris applicare aliquem. Virg. 3, Aen. 125.
Deus appulit te noſtris oris Virg. 3, Aen 68.
Capeſſere oras Italas. Virg. 5, Aen. 139.
Oram ſoluere: ab ora diſcedere. Quint. in epiſtola ad Tryphonem, 3. Permittamus vela ventis, & oram ſoluentibus bene precemur.
¶ Ora: *Regio*. Orientis oræ Horat. 1, Carm. 12,11,
Breuis ora. Lucretius libro 4,36.
Gelida. Horat. 1, Carm. Ode 26,1.
Habitabiles oræ. Horat. 4 Carm. ode 14,2.
Externis ab oris adeſſe. Virg. 7. Aen. 54.
Allabi oris Euboicis. Virg. 6, Aen. 1.
Longis diſiungimur oris. Valer. 2, Argon. 113.
Italis longe diſiungimur oris. Virg. 1, Aen. 53.
Dominari cunctis oris. Virg 3. Aen. 20.
In vltimas oras extendere nomen. Horat. 3, Carm. ode 3,10.
Venire ab oris aliquibus Virg. 2, Aen. 57.
¶ Ora: *pro Climate, vel ſegmento cæli.*
Aetheriæ orę. Lucretius libro 5,18.
Luminis oræ. Lucretius libro 1,34,
Inde enaſcitur, atque oras in luminis exit.
Idem libro 2,117.
Superis conceſſit ab oris: *Mortuus eſt*. Virg. 2, Aen. 19.
¶ Oram *quidam dicunt ſignificare nauticum funem, quo nauis ad terram ligatur.* Liu. lib. 2, bel. Pun. 84, Vixdum omnes conſcenderant, quum alij reſoluunt oras, aut anchoram vellunt: alij, ne quid teneat, anchoralia incidunt. Et libro 8,188. In ipſis quoq; trepidatum nauibus eſt: dum, ne hoſtes cum ſuis ſimul irrumperent, trahunt ſcalas, oraſque & anchoras, ne in moliendo mora eſſet, præcidunt Quin. li. 4, ca. 2. Sublatæ ſunt anchoræ: ſoluimus oram; prouecti ſumus.
¶ Ora, *pro initio rei vſus eſt* Cæcilius (inquit Feſtus) quum ait: Oram reperire nullam, quam expediam, queo.
Apud Celſum oræ vulneris vocantur. Oras, inquit, vulneris ſuturæ comprehendant. Idem: Fiſtulam excidere licet: ſuturaq; oras coniungere. Et libro 5.
¶ Orarius. Plinius in epiſt. ad Traianum, 232, Nunc deſtino partim nauibus orarijs; partim vehiculis prouinciam petere.
Oracvlvm] Virg. 2, Aen. 23,
— ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus,
Vatum oracula. Ouidius 2, de Ponto, eleg. 1,11.
Triſtia oracula canere. Lucanus libro 1,116.
Nectere oracula. Stat. 11, Theb. 58.
Poſcere oracula precibus. Virg 3, Aen. 92.
Auguſtæ reſerabo oracula mentis. Ouid. 15, Metam. 29.
Vti oraculo. Tacitus libro 2,
¶ Oraculum: *pro Templo in quo reſponſa dantur.* Plinius libro 12, cap. 23,1, Ergo Aethiopiæ ſubiecta Africa, ammoniaci lachrymam ſtillat in arenis ſuis: inde & nomine etiam ab ammonis oraculo; iuxta quod gignitur arbor, quam metopium vocant.
Oraculum: *Dictum alicuius celebre, & veluti diuinum.* Plinius libro 18, cap. 6,7, Quonam igitur modo vtiliſſime colentur agri? ex oraculo ſcilicet, Malis bonis.
¶ Oracla. Ouid. 1, Metam. 65,
— & numina montis adorat
Fatidicamq; Themin, quæ tunc oracla tenebat.
Orata] authore Feſto, genus piſcis appellatur: à colore auri, quod ruſtici orum dicebant.
Oratio, Orator] Vide Oro.
Orbis] Plinius libro 11, cap 37, 24, Alijs glauci coloris orbibus circundatis. Idem lib. 2, cap 9,1. Orbis lunæ.
Orbis pilæ. Plinius libro 10, cap. 24,3.
Orbis ablaqueationis: *Foſſura, quæ in orbem circa vites aut arbores fieri ſolet.* Colum. libro 4, cap. 4 2,
Angues immenſis orbibus. Virg. 2, Aen 41.
Curuare iter in orbem Ouid. 2, Metam. 144.
Ducere orbem Ouid. 8, Metam. 50.
Immenſum ſpiris facientibus orbem Ouid 3, Metam. 16.
Exiguo flexos miror in orbe pedes. Ouidius epiſt. 4,16.
Lanam glomerabat in orbes. Ouid. 6, Metam. 4.
Confuſos glomerantur in orbes grues. Lucanus lib. 5,143.
Impedire alternos orbes orbibus. Virg. 5, Aen. 177,
Vago orbe labens ſerpens. Stat. 5, Theb. 103.
Rapit immenſos orbes per humum. Virg 2, Georg. 31.
Flexos ſinuaui corpus in orbes. Ouidius 9, Metam 13.
Multiplices in orbes inſinuatur crinis. Clau. 2, de rap. proſ. 3.
In orbem ire. Liu. 3, ab Vrbe. 148.
Orbem voluere, Liu. 3, ab Vrbe.
¶ Orbis: *pro hominum multitudine.* Ouidius 1, de Arte, 35,
Nempe ab vtroq; mari iuuenes, ab vtroq; puellæ
Venêre; atq; ingens orbis in vrbe fuit.
Spiſſo orbe circundare aliquem. Silius libro 13.138.
Orbes facere Salluſt. in Iugurt. Cæſar 4, bel. Gal. 594, Quum illi orbe facto ſeſe defenderent, celeriter ad clamorem hominum circiter millia ſex conuenêre.
Orbe ſocietatis ambire. Plinius iunior epiſt. 207.
¶ Orbis: *pro Contextu & ſerie continua.* Virg. 2, Georg. 81,
— redit agricolis labor actus in orbem:
Atque in ſe ſua, per veſtigia voluitur annus.
Orbis: *pro Sphæris & aſtrorum circumuolutionibus.*
Lucidus orbis ſolis. Virg. 1, Georg. 92.
Flammeus orbis. Stat. 1, Sylu. 6,18.
Infernus. Claud. 2, de raptu Proſerp. 71.
Obliquus. Lucanus libro 1,16.
Exactus orbis lunæ. Lucanus libro 2,115.
Luna expleuit orbem plenis cornibus. Ouidius 7, Metamorph. 107.
Sol hauſit medium orbem. Virg 4, Georg. 86.
¶ Orbis: *pro Anno.* Virg. 1, Aen. 55,
Triginta magnos voluendis menſibus orbes
Imperio explebit.
Annus exactis completur menſibus orbis. Virg. 5. Aen. 10.
¶ Orbis: *Mundus* Plinius in Prologo libri tertij: Terrarum orbis vniuerſus in tres diuiditur partes.
Extremi ſinus orbis. Virg. 2, Georg. 25.
Caput orbis Roma Ouidius 5, Faſt. 19.
Decus orbis atq; præſidium vnicum. Sen. Herc. Oeth. 7,2.
Extremus orbis. Ouidius 2, Metam. 51.
Magnus. Virg. 2, Georg. 68.
Solidus. Ouidius 1, Metam. 7.
Anhelans ſæuis ardoribus. Silius libro 16,21.
Totum Nereus circumſonat orbem. Ouidius 1, Metam. 38.
Deſcribit totum orbem radio. Virg 3, eclog. 9.
Dimenſus orbis certis partibus. Virg. 1 Georg. 47.
Domitus orbis. Ouidius 3, de Arte, 23.
Percenſere orbem. Ouidius 2, Metam. 67.
Totus perhorruit orbis. Ouid. 1. Metam. 41.
Pacatum reget orbem. Virg. 4, eclog. 4.
Siluit exterritus orbis Stat. 1, Theb. 42.
Sol temperat orbem. Ouidius 1, Metam. 155.
¶ Orbis: *Regio.* Plinius libro 12, cap. 5, 1, Nunc eas exponam, quas mirata eſt, Alexandri Magni victoria, orbe eo patefacto.
Orbis procul diuerſus à patria. Ouidius 2, Metam. 65.
Fœcundus orbis. Ouidius 8, Metam. 166.

Peregri-

Peregrinus. Ouidius 1, Metam 10.

¶ Orbis: *pro Orbili.* Varro de Re ruſt. cap. 5, 14, Quum & aqua calida & frigida, ex orbe ligneo menſaq; quam dixi, in primis radijs eſſet.

Orbis rotarum. Plinius libro 8, cap. 16, 11, Atque hoc tale, tam ſæuum animal, rotarum orbes circumacti, curruſque inanes, &c. terrent. De leonibus.

Ferrati orbes. Virg. 3, Georg. 73

Rapidi. Valer. 6, Argon. 48.

Reuoluto orbe, nunquam inſiſtens rota. Seneca Hippol. 12, 17.

¶ Orbis: *ſuper quem carnes in menſa concidere, ſolemus.* Martialis libro 2, 43.

Tu Libycos Indis ſuſpendis dentibus orbes:
Fulcitur teſta fagina menſa mihi.

Orbis: *Operculum in orbem factum.* Cato de Re ruſt. cap. 10, 4, Molilia tria, abacum vnum, orbes æneos duos, menſas duas, ſcamna magna tria.

Cauus orbis triplici ære. Virg. 10, Aen. 157, De clypeo.

¶ Orbiculus. Plinius libro 25, cap. 13, 5, Conciſa quoque in orbiculos, ſeruatur in vino.

Orbiculus, *pro Trochlea.* Cato cap. 3, 3. Trochleas Græcanicas binas; quæ funibus ſparteis ducantur: orbiculis ſuperioribus octonis, inferioribus ſenis, citiùs duces.

¶ Orbiculatus Poma orbiculata. Colum. lib. 5, cap. 10, 13.

¶ Orbiculatim. Plinius libro 11, cap. 37. 49. Quibus ceruix, è multis vertebratiſq; orbiculatim oſſibus flexilis ad circumſpectum, articulorum nodis iungitur.

Orbiculatim rotari. Macrobius libro 7, Saturn. cap. 9.

¶ Orbile: quod rotam in ſummo axe continet: vel quod in extremis radijs eſt, & canthis cingitur. Varro de Re ruſt. cap. 5. 13, In inſula eſt, columella, in qua intus axis, qui pro menſa ſuſtinet menſam radiatam, ita vt ad extremum, vbi orbile ſolet eſſe acutum tabula cauata ſit.

¶ Orbicus. Varro: Vt ſidera cœli circa terram atque axem voluuntur motu orbico.

ORBITA] Rota, ſiue currus. Virg. 3, Georg. 59.
— iuuat ire iugis qua nulla priorum
Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo.

Orbita: *Veſtigium decurrentis in vijs rotæ ex curſu.* Plinius libro 8, cap. 58, 3, Iidem vbicunq; fiunt, orbitam ſi tranſiêre, moriuntur. De muribus.

Orbita vinculi ſentitur vexatione non dubia. Plinius libro 17, cap. 23, 12.

Monſtrare orbitam. Quintil lib. 2, cap. 13, 11.

Orbita: *Rotunditas.* Virg in Aetna,
— ſcire modum, & quantò minor orbita lunæ eſt.

¶ Orbitoſus. Author Iambici, inter obſcena carmina, cuius titulus eſt de Sabino:
Et inde tot per orbitoſa millia
Iugum tuliſſe.

ORBITAS] Vide ORBVS.

ORBVS] oculorum luce priuatus. Iuuen. Satyr. 3, 13.
— dudum vigilantibus orbus.

Luminibus orbus. Plinius libro 9, cap. 42, 1.

Altero lumine. Plinius libro 35, cap. 10, 23.

Viſus orbus. Silius libro 13, 145.
— Pyrrhumq; à limine portæ.
Deiecit viſus orbus.

Palmites orbi. Colum libro 5.

¶ Orbus: *re chara priuatus.*

Auxilij orbus. Plaut Rud. 10, 18.

Aula orba. Valer 6, Argon. 10.

Funera orba rogis, Stat 10, Theb. 2.

Orbæ ſuis natis matres. Colum. lib 7, cap. 4.

¶ Orbus: Qui parentes amiſit. Terent Phorm. 1, 2, 75.
Lex eſt, vt orbæ, qui ſint genere proximi,
Eis nubant. Quint. lib 7. cap. 5.

Orba patre virgo. Terent. Adelph 4, 5. 16.

¶ Orbitas. Vulnus orbitatis. Quint. in Procem. lib, 6, 3.

Orbitas luminis. Plinius libro 7, cap. 37, 2.

Orbitas tecti Plinius libro 35, cap. 3.

¶ Orbitas. Orphanitas. Plautus Capt. 12, 105,
Quaſi in orbitatem liberos produxerim. Plinius in Paneg. 59.

¶ Orbitudo. Accius: Miſeret lachrymarum, luctuum, orbitudinis, Turpilius: Hoc te oro, vt illius commiſereſcat miſeræ orbitudinis.

¶ Orbo. Plinius libro 12, cap. 8, 2, Ibi & frutex peſtilens raphani, folio lauri, odore equos inuitante, qui penè equitatu orbauit Alexandrum.

¶ Orbatus. Vaccæ orbatæ. Valer. 8, Argon. 92.

¶ Orbatio. Seneca epiſt. 88, Paupertas non per poſitionem, ſed per detractionem dicitur, vel (vt antiqui dixerunt) per orbationem.

ORCA] Genus belluæ marinæ, balænis infeſtum: inquit Feſtus. Plinius libro 9, cap. 6, 1. Horat 2, Serm. Sat 4, 14.
Non alia, quam quà Bizantia putruit orca.

Orcæ, *ad illius animalis ſimilitudinem dicuntur vaſa vinaria* Varro de Re ruſt libro 1. cap. 13, 7, Quod ſæpe vbi conditum vinum nouū; orcæ in Hiſpania feruore muſti ruptæ,

Orca: *vas fictile lato aluo, anguſto ore ac fundo, longiori collo.* Perſius Sat. 3, 5,
— anguſtæ collo non fallier orcæ.

Orca, *vas in quo ficus aſſeruantur.* Colum. libr. 12. cap 15, In orcas bene picatas meridiano tempore calentes ficum condere.

Orca: *Capſa pigmentorum muliebrium* Plinius libro 35, cap 6, 7, Vſta caſu reperta incendio Piræi, ceruſſa in orcis cremata.

¶ Orca: *Gemma.* Plinius libro 37, cap. 10, 34, Orca barbari nominis, è nigro fuluoque ac viridi & candido placet.

¶ Orcula. Cato de Re ruſt. Cyminum, fœniculum, rutam, mentam, in orculam condito, Idem cap. 117.

ORCHESTRA] Spatium in theatro. Vitruuius lib 5.

Orcheſtra: *pro ſeſſione Senatus & primorum.* Iuuenalis Satyra, 3, 18,
— ſimilemque videbis
Orcheſtram & populum:
Sueton Deinde in orcheſtram Senatumq; deſcendit.

ORCHIS] Genus oliuarum. Colum. lib. 5, cap. 12, Orchis quoque & radius meliùs ad eſcam, quàm in liquorem ſtringitur.

Orchis: *Herba.* Plinius libro 26, cap. 10, 2.

Orchis: *Piſcis.* Plinius libro 32. cap. 2, 4,

OSCINVS, ORCIVS] Vide ORCVS.

ORCVLA] Vide ORCA.

ORCVS] Obſcuritas inferorum.

Arbiter Orci Minos. Propert libro 3, eleg. 19, 6.

Satelles orci. Horat. 2, Carm ode 18.

Victima nil miſerantis orci. Horat. 2, Carm. ode 3, 5.

Formidabilis Orcus Ouidius 14, Metam. 24.

Luridus Horat. 3, Carm ode 4, 15.

Niger. Horat. 4. Carm. ode 2, 5.

Pallidus. Virg. 2, Georg. 56.

Rapax. Horat. 2, Carm ode 18, 6.

Demittere aliquem orco Virg. 2, Aen 80.

Orco mactare. Liu. 9, ab Vrbe, 211.

Miſſus ad Orcum fulmine. Horat. 3, Carm. Ode 4, 15.

Orcum morari. Horat 1, Carm. ode 27.

Cum Orco rationem habere, vel ponere. Varro 1, de Re ruſt cap. 4, 2. Etenim vbi ratio cum Orco habetur, ibi non modo fructus eſt incertus, ſed etiam colentium vita. Colum. lib. 1, cap. 2, 2. Nam vbi ſit cum Orco ratio ponenda, ibi non modò, &c.

¶ Orcinianus: Funebris pro lecto funebri, Martial. lib. 10, epigram. 5, In maledicum poetam:
Vocet beatos, clamitetq; fœlices,
Orciniana qui feruntur in ſponda.

¶ Orcinus. Vlpian. ff. de fideicom. libertat. l. ergo. §. de ſolido. Hi qui ad libertatem peruenerunt, quorum liberti fiant, conſtitutio oſtendit: vt qui directam libertatem acceperunt, Orcini ſint liberti.

¶ Orcius. Næuius apud Gellium libro 1, cap 24.
Itaque poſtquam Orcio traditus eſt theſauro,
Obliti ſunt Romæ lingua Latina loquier.

ORDEVM] Vide HORDEVM.

ORDINO] Vide ORDO.

ORDIOR] Ordiri à capite. Plinius libro 25, cap. 11, 1.

Ordiri telam. Plinius libro 11. cap. 24. 2.

Fundamenta ex depreſſiore loco. Colum. lib. 1, cap. 5.

¶ Orſus. Orſus: *qui fari incepit.* Virg. 1, Aen. 66.
— Veneris contrà ſic filius orſus,

Orſus: *pro eo qui finit.* Virg 9, Aen. 132,
— ſic orſus Apollo;
Mortalis medio aſpectus ſermone reliquit.

¶ Orſa: incepta, initia. Liuius in præfatione libri primi, Vt orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent.

Orſa referre. Virg. 11, Aen. 25.

¶ Ordia. Lucretius libro 4, 6.
Quóve modo diſtracta rediret in ordia prima.

ORDO] Plinius libro 11, cap 37, 40, Duos ordines habuit maxillarum.

Diſcretus ordo. Quint libro 7. cap. 2, 1.

Longus. Virg. 6, Aen. 97,
— quos ille omnes longo ordine cernens
Ingemuit.

Magnus ordo ſeculorum. Virg. 4, eclog. 2,

Mutatus Lucretius libro 1, 164.

Obliquus ordo ſignorum. Virg. 1, Georg. 48.

Incredibilis rei ordo. Quintil. lib. 1, cap 13, 21.

Rectus quæſtionum ordo. Quint. libro 2, cap. 13, 2.

Prius ordine,& Poſterius, *contraria*. Horatius 1. Serm.Satyr.4,12.
Conſertus tribus momentis ordo rerum eſt. Quintilian.libro 5,cap.10,50.
Terno conſurgunt ordine remi.Virg.5,Aen.24.
Perpetuo ordine deſcendere.Ouidius 11,Metam.152.
Ordine aliquid dicere.Terent.Phorm.4,1,14.
Diſiecta membra in ordinem diſponere.Sen.Hipp.12,21.
Dare ordinem dicendi. Quintil.lib.1,cap.2,16.
In ordinem datum venire.Quint.lib.10,cap.1.
Effari ordinem rei alicuius.Senec.Hipp.10,2.
Efficere ordinem.Quint.libro 2,cap.17,26.
Exit in longum rerum ordo. Quint.libro 4,cap.2,37.
Explicare ordinem alicuius rei.Quint.in Procem.lib.4,5.
Ordinem facere.Quint.lib.7,cap.11.
Ferre.Quint.lib.1,cap.4,22.
Longo ordine incedunt victæ gentes.Virg.8,Aen.145.
Rectum ordinem & fræna inijcere vaganti licentiæ. Horat.4.Carm.ode 15,1.
Inſtituere ordinem.Quint.lib.1,cap.5,34.
Locare ordine aliquid.Virg.5,Aen.21.
Memorare ordine.Plaut.Caſin.24,1.
Migrare ordine.Lucretius libro 3,152.
Multiplicari in arcto ordines.Liu.2,ab Vrbe.
Narrare rem ordine.Terent.Eunuch.5,5,28.
Maior rerum mihi naſcitur ordo.Virg.7,Aen.9.
Permutatus ordo.Quint.lib.2,cap.13,4.
Ponere ordine.Virg.1,eclog.15,
Inſere nunc Melibœe pyros,pone ordine vites.
Referre ordine Ouidius 9,Metam.1.
In ordine referre aliquid.Virg.7,eclog.4.
Retexere ordinem.Ouidius 15,Metam.50.
Ordine rem ſcire.Plaut.Pſeud.23,22.
Lunæ ordine ſequentes.Virg.1,Georg.85.
Stare ordine.Quint.lib.7,cap.1,3.
Triplici ſtant ordine dentes.Ouidius 3,Metam.7.
Tenere rem ordine.Plaut.Perſa,4,11.
Vertitur ordo.Virg.3,Aen.76,
¶ Ordo: *pro ſtatu & conditione*.Virg.5,Aen.49.
Tum ſatus Anchiſa,delectos ordine ab omni,&c.
Præſtantior ordo Tribuni.Stat.5,Sylu.1,20.
Quieti ordines deorum.Horat.3,Carm.Ode 3,8.
Lucidus ordo.Horatius de Arte.9.
Aſcribi ordini alicui.Horat.3,Carm.ode 3.8.
Ordine: *id eſt, Meritis ſingulorum*.Virg.7,Aen.56.
Omnibus extemplò Teucris iubet ordine duci
Inſtratos oſtro alipedes, dictiſq; tapetis.
Vno ordine.Virg.2,Aen.21,
Quidue moror? ſi omnes vno ordine habetis Achiuos.
Seueri ordinis lex. Stat.8,Theb.2,
Diſpoſiti in turmas iterum,legemque ſeueri
Ordinis.
Lentus profectionis ordo.Quint.lib.4,cap.2,42.
Ducere ordinem,Quint.lib.4,cap.2,42.
Ordinem ducere: *per tranſlationem*.Quin.lib.10,ca.1,Idem nobis per Romanos quoq; authores ordo ducendus eſt.
Ordo, *ad fortunas & genus vitæ quandoq; refertur*. Terentius in Eunucho,2,2,3,
Conuenit hodie adueniens quendam mei loci hinc atque ordinis.
Illuſtrior ordo ſeruitij.Claud.1,in Eutropium,30.
Extra ordinem.Paulus in l. ordo. ff. de publicis iudicijs capitalium, Ordo exercendorum publicorum iudiciorum in vſu eſſe deſijt,durante tamen pœna legum, quum extra ordinem crimina probantur.
¶ Ordinarius.Ordinaria fœmina.Colum.lib.3,cap.13.
Ordinaria vitis.Colum.libro 3,cap.16.
Ordinarius lapis.Vitruu.lib.2, Itaque non eſt contemnenda Græcorum ſtructura: non enim vtuntur molli cemento polita, ſed cùm deceſſerunt à quadrato, ponunt de ſilice,ſeu de lapide duro ordinario.
Ordinaria conſilia.Liuius 7,bel.Pun.232.
Ordinarium hominem,inquit Feſtus, Oppius ait dici ſolitum, ſcurram & improbum, qui aſſidue in litibus moraretur,ob eamq; cauſam in ordine ſtaret adeuntium Prætorem.
Ordinarium officium,dicitur Senecæ,libro 3,de Benefi.vbi præficitur aliquis certæ functioni.
Ordinaria oratio.Plinius epiſt.39.
Ordinarios pugiles,vocat Sueton. in Auguſt. cap.45, artis ſuæ peritos.
Ordinarius ſeruus. Vlp. in l. item apud Labeonem.§. prætor ait,ſi quid aliud.ff.de iniurijs.
Ordinarius ſeruus,& Vicarius, *opponuntur*.Vlpian.in l. procuratoris.in princ.ff.de tribut.action.
¶ Ordino. Suet.de claris Grammaticis,21, Quare citò manumiſſus, Auguſto & inſinuatus eſt, quòd elegāter curam ordinandarū bibliothecarū in Octauiæ porticus ſuſcepit.
Agmina ordinare in aliquem.Horat.Epod.17,2.
Annos.Horat.4,Carm.Ode 11,4.
In totum diem ordinari.Quint.lib.1.cap.2,10.
Forſitan dij fata ita ordinauerunt.Curtius.
Ordinare locum vitibus.Colum.libro 5,cap.3,9.
Milites.Liuius 9,bel.Pun.1.
Reſpublicas. Horat.2,Carm.Ode 1,3.
Reip.ſtatum.Suet.in Iulio Cæſare,cap.40.
Improbas cogitationes.Senec.epiſt.10.
Teſtamentum.Martian.in l. 2,de inoffic.teſtam.
Vineam paribus interuallis.Col.lib.3,cap.13,5.
¶ Ordinare: *Aliquem ad honorem & magiſtratum promouere*. Suetonius in Veſpaſiano: Ipſum candidatum ad ſe vocauit, exactaque pecunia quantam is cum ſuffragatore ſuo pepigerat, ſinè mora ordinauit.
¶ Ordinatus.Ordina diſciplina.Liu.4,bel.Pun.217.
Magiſtratus aliter ordinatos ab alijs ſcriptoribus, dicit Liuius libro 2.
Ordinatus & compoſitus vir.Seneca de Vita beata.
¶ Ordinatio. Colum.lib.12, cap.3,8, Vt ordinatio conſtituta conſeruetur.
Ordinatio vitæ.Plin.epiſt.205.
Ordinatio: *pro Adminiſtratione prouinciæ*. Sueton. in Nerone,cap.40,Spoponderunt tamen quidam deſtituto ei ordinationem Orientis.
Ordinatio: *pro Creatione præfectorum*. Sueton. in Domitiano, cap.4, Ecquid ſibi viſum eſſet, proxima ordinatione præficere Aegypto Metium Rufum.
¶ Ordinator. Seneca epiſt. 110, In his opus eſt illi alieno conſilio: quomodo medico, quomodo nauis gubernator,quomodo aduocato & litis ordinatori.
OREA] frenū. Titinnius in Setina: Etſi tacebit,tantū gaudebit ſibi permitti oreæ.Cecilius in Ariolo: Deprandi autem leonis obdas oreas. Cato Originum lib 3, Equos reſpondit oreas mihi,inde tibi cape flagellum.
OREON] Herba.Plinius libro 27, cap.10.de polygono.
OREOSELINVM] Montanum apium. Plinius libro 20, cap.11,5.
ORGANVM] muſicum inſtrumentum. Quint.libro nono, capite quarto,Natura ducimur ad modos: neq; enim aliter eueniret, vt illi quoque organorum ſoni, quanquam verba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem.
Exprimi ſermo organis non poteſt. Quint.lib.1, cap.10,21
Organum, *pro Cithara*. Iuuenalis Sat.6,38,
— Prætoribus organa ſemper
In manibus.
Afficiuntur animi in diuerſum habitum organis.Quint.lib.1,cap.10,21.
Commouetur animus maioribus velut organis. Quint.li.1,cap.2,20.
Organum: *Inſtrumentum ædificijs conſtruendis aptum*. Vitruuius libro 10,cap.1, Inter machinas & organa id videtur eſſe diſcrimen, quòd machinæ pluribus operibus aut vi maiore coguntur effectus habere: vt baliſtæ, torculariumque prela.Organa autem, vnius operæ prudenti tractu perficiunt quod propoſitum eſt: vti ſcorpionis,ſeu aniſocyclorum verſationes.
Organum,apud Columel. libro 3,cap 13,11. *pro inſtrumento ad metiendum apto*. Sic (inquit) compoſitum organum, quum in ſulcum demiſſum eſt,litem domini & conductoris ſine iniuria deducit.
¶ Organarius. Firmic.lib.2. Mercurium cum Venere in ſexto ab horoſcopo facere organarios & myropolas.
¶ Organicus.Saltus organicus Heliconis.Lucr.lib.3,27.
¶ Organici: Qui muſicis organis canunt. Lucret.lib.2,83.
— æquè
Ac muſæa mele, per chordas organici quæ
Mobilibus digitis expergefacta figurant.
¶ Organice Vitruuius.
ORGIA] ſacra Virg.4,Aen.61.
— vbi audito ſtimulant trieterica Baccho
Orgia,nocturnuſq; vocat clamore Cithæron.
ORIA] Nauis piſcatoria.Plautus Rud.23,80,
Mea opera,labore,& rete,& oria. Idem:
Malo hunc alligari ad oriam, vt ſemper piſcetur, etſi ſit tempeſtas maxima.
ORICHALCVM] Aes aurei coloris.
Tibia vincta orichalco.Horat.de arte,41.
ORICVLARIVS] pro Auriculario,ſubinde apud Celſum legitur.
Oricularius clyſter.Celſ.li.5,ca.28.de fiſtularum curatione.
Oricularium ſpecillum.Celſ.lib.6,cap.7.
ORIENS] Vide Orior.
ORIFICIVM] quod in quacunq; re patet, Macrob.lib.7, cap.4,Duo ventris orificia.

ORIGA-

ORIGANVM] Herba. Plin.lib.20,cap.17,1,

ORIGO] Plin.lib.10, cap.37,2, Multi nobilitatem ſingularum columbarum & origines narrant.

Origines rei. Liu.1,ab Vrbe,in Præf.3, Et legentium pleriſq; haud dubito,quin primæ origines, proximaq; originibus, minus præbitura voluptatis ſint.

Cauſa & origo malæ mentis.Iuuenal.Satyr.14,23.

Fontium origines celat Nilus.Horat.4,Carm.ode 14,10.

Prima origo creſcentis mundi.Virg.2,Georg.68.

Genitalis origo rerum Lucret.lib.5,36.

Cæleſtis origo.Virg.6,Aeneid.146.

Gens cuncta ab origine Virg.3,Georg.95.

Mira origo.Ouid.2,Metam.51.

Muliebris. Lucret.lib.4,248.

Natalis. Ouid.12,Metam.95.

Tenuis. Ouid.3,Faſt.87.

Modicus originis.Tacit.lib.5.

Clarus origine. Ouid.epiſt.18,30.

Accipere originem ab aliquo. Quintil.lib.5,cap.11,15.

Ducere originem ab authore aliquo. Horatius 3, Carmin. ode 17,1.

Ducere originem ex aliquo. Quintil.lib 1,cap.5,16.

Naſcetur pulchra Troianus origene Cæſar. Virg.3,Aen.58.

¶ Originarius,qui cõtrahit municipatum, origine principaliter. lib.10, Cod.titulus eſt de Municipibus & originarijs. Hi & Originales vocantur, iu l.cum necq;. eodem tit,de incolis, in l ciues.

¶ Originatio.Quint.lib.1,cap.6,18.

ORIOLES] Genus quoddam nauium.Gell.10,cap.25.

ORIOR] Ouid.10,Metam.34.

Tu quoties oreris,viridiq; in cæſpite flores.

Ex cauſa oriri Quintil.lib.2,cap.4,23.

Cædes miſerrima oritur. Virg.2,Aeneid.83.

Oritur clamor.Plaut.Aulul.14,6.

Oritur facinus ex te.Plautus Pœn.14,67, Terentius Adelph. 2,1,35,

Tamen tibi à me nulla eſt orta iniuria.

Oritur fons in monte. Plin.epiſt.95,2.

Mœſtus orietur fletibus horror.Propert.lib.1,eleg.5,3.

Proſpera lux oritur. Ouid.1,Faſt.15.

Monſtrum mirabile oritur.Virg.2,Aeneid.137.

Riſus oriebantur,dulceſq; cachinni.Lucret lib.5,282.

Sermo oritur de villis.Horat.2,2,Serm.Satyr.6,15.

Stellæ oriuntur & cadunt.Ouid.1,Faſt.59.

Ortum eſt abs te. Terent. And.3,2,9,

Vel hoc quis non credat, qui norit te,abs te eſſe ortum?

Oriuntur vlcera. Celſus libro 6,capite 13, Alia quoq; vlcera in gingiuis oriuntur, quibus eadem quæ in reliquo ore ſuccurrunt.

¶ Oriens: Participium.

Auſtri orientis motus Horat 3,Carm.ode 27,5.

Dies oriens.Tibul.ad Meſſalam,lib.4,25.

Luna oriens. Ouid.8,Metam.3.

Lux. Catull.Argon.epigr 59,75.

Signa orientia noctis.Virg.7,Aeneid.28.

¶ Oriens: ſubſtantiuum. Pars mundi, in quâ ſol oriri ſolet. Plin.lib.10, cap.44,1. Orientem ſpectare, quibus exeant in paſcua; Occaſum quibus redeant.

Oræ Orientis.Horat 1,Carm.ode 12,10.

Anhelus Oriens. Stat 3,Sylu.2,21.

Extremus. Ouid.7,Metam.54.

Primus Oriens nos afflauit anhelis equis.Virg 1,Georg.50.

¶ Ortus: Participium. Orta luce,Cæſar lib.5,bell.Gall.32.

Ortus ab omni turba fletus.Liu.2,ab Vrbe,171.

Flos ortus de ſanguine.Ouid.10,Metam.146.

Lucifer ortus erat.Ouid.4,Metam.133.

Ratio orta ab ſenſu falſo.Lucret.lib.4,99.

Sol recens ortus.Virg.3,Georg.32.

Ortus ex eo loco. Terentius Eunuch.2,2,10.

Ortus loco. Liuius 6,bell.Pun 33, Loco obſcuro,tenuique fortunâ ortus.

Syluis fuit ortus in altis. Ouid.4,Faſt.9.

Terrâ orti. Quintil.lib.3,cap.7,18.

Fatis melioribus ortus.Ouid.4,de Ponto,eleg.9,2.

Ab his maioribus orti. Horat.1,Serm.Satyr.5.11.

Antiquis nobilibus ortus. Quint lib.3,cap.8,21.

Stirpe ab antiqua Teucrorum ortus. Virgilius 1, Aeneidos 127.

Pueri claris patribus orti. Horat.4,Carm.ode 6,7.

¶ Ortus: *idem quod Oriundus*. Cæſar lib.2, de bello Gallico: ait,pleroſq; Belgas eſſe ortos à Germanis.

¶ Ortus: Verbale.

Materno ortu generoſus.Ouid.13,Metam.30.

Nobilis ortu Silius lib.1,:6.

Ducere ortum ab aliquo.Ouid.5,Metam 99.

Solis ortus. Plinius lib.12,cap.14,1, Saba regio,ſpectans ortus ſolis æſtiui. Virg.3,Georg.56.

Signorum ortus.Quintil lib. ,cap.4,3.

Stellarum ortus atq; obitus Catull.de Coma Berenicis,61.1.

Antiqui ſignorum ortus. Virg.9,eclog.9.

Cæleſtis ortus. Quintil.lib.3,cap.4.

Nitidus.Ouid.2,Metam.23.

Punicei ortus. Claud.1,de raptu.Proſerp.45.

Purpureus ortus.Ouid.1,Triſt.eleg 2,6.

Roſeus ortus Phœbi.Claud.de bel.Getico,49.

Phœbus iterauit ortus.Ouid 6 Faſt.40.

Aurora oſtendit ſuos ortus.Virg.4,Georg.109.

Matutinos prædicit Lucifer ortus. Senec.Oedip.5,30.

Suſpicere ortus ſignorum.Virg.9,eclog 9.

¶ Oriturus.Horat.2,epiſt.1,4.

Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.

¶ Oriundus. Liu.4,bel Pun.25,Hippocrates & Epicides nati Carthagine; ſed oriundi ab Syracuſis

Oriundus ab Vlyſſe. Liu 1,ab.Vrbe,218.Plin.de Viris illuſt. 35, Pyrrhus rex Epirotarum, materno genere ab Achille; paterno ab Hercule oriundus.

Oriundus, *ſine præpoſitione*. Liuius lib.1,ab Vrbe,82, Albâ oriundum ſacerdotium.

Oriundus, *cum indeclinabilibus*. Plaut.Aulul.29,6,

—meminerint ſeſe vnde oriundi ſient.

Oriundus, *pro Orto*. Liuius lib.8, duabus vrbibus idem populus habitabat: Cumis erant oriundi. Colum.lib 1, cap. 3,4, Quum à primis cunabulis, ſi modò liberis parentibus eſt oriundus,audiſſe potuerit.

Semine cæleſti omnes ſumus oriundi. Lucret.lib.2,198.

ORITES] Gemma.Plin.lib.37,cap.10.

ORIVNDVS] Vide ORIOR.

ORIX] Genus capræ feræ. Colum.libro 9,capite 1,1, Martialis lib.13,95,

Sæuus orix.

Getulus orix. Iuuenal.Satyr.11,14.

ORIZA] Species leguminis. Plin.lib.18,cap.10,3.

Ptiſanarium orizæ Horat.2,Serm.Satyr.3,31.

ORMINIVM,ſiue ORMINVM] Syluestris aſparagus.Plin. lib.20,cap.10,2.

ORNAMENTVM] Vide ORNO.

ORNITHIAE] Venti Septentrionales. Columel.lib 11,cap. 2,16, Decimo cal.Mart.Leo deſinit occidere: venti Septentrionales, qui vocantur Ornithiæ, per dies triginta eſſe ſolent.Plin.lib.2 cap.47,11.

¶ Ornithon: auiarium. Varro 3,de Re ruſt.cap 3,5, contrà, nunc auiaria ſunt nomine mutato, quod vocantur ornithones. Ibidem cap.2,2,Recipis nos inquit,in tuum ornithona,vbi ſedes inter aues. Idem lib.2.in Prœœm , Ex ea enim quoq; fructus tolli poſſunt non mediocres,ex ornithonibus ac leporarijs & piſcinis.

¶ Ornithoboſcium: Locus in quo gallinæ & aues depaſcuntur & enutriuntur Varro lib.3,de Re ruſt.cap.9,1

¶ Ornithotrophium: Locus in quo aues educantur. Varr. lib.3,de Re ruſt.cap.5,6.

ORNO] Populus ornabat ædem frondibus. Propert.lib.4, eleg.10,6.

¶ Pædagogium: Locus in quo pueri ſeruiq; commorantur. Plinius epiſt 247,lib.7,ad Suram: Puer in pædagogio miſtus pluribus dormiebat. Sueton.in Nerone: Super ingenuorum pædagogia, & nuptarum concubinatus. Veſtali virgini Rubriæ vim intulit.

Pædagogium, *apud Iuriſconſultos, Seruitium atq; mancipium dicitur* Vlpianus in l. quæſitum §.ſi inſtructum.ff.de fundo inſtructo,& inſtrumento legato. Si inſtructum fundum legaſſet, ea pædagogia, quæ ibi habebat, & quum eo veniſſet, praſtò eſſent in triclinio, legato continentur.

¶ Pædagogianus. Ammianus Marcellinus: In pædagogiani, pueri ſpeciem purpureis opertus tegminibus.

PAEDEROS] Genus achanthi. Plinius lib.22,cap.22.

¶ Pæderos: *Gemma*. Plin.lib.37,cap.6.

PAEDOR] Lucan.lib.2,15,
—longusq; in carcere pædor.

Membra horrida pædore. Lucret.lib.6,255.

Obſitus pædore. Seneca Agamem,13,8.

Sedet pædor. Seneca Herc.Oeth.4,32.

¶ Pædidos: (inquit Feſtus) ſordidos ſignificat, atque obſoletos.

PAEONIA] Herba Plin.lib.25,cap.4,2, Vetuſtiſſima inuentu pæonia eſt,nomenq; authoris retinet.

PAETVS] Horat.1,Serm.Satyr 3,9,
Appellat pætum pater,& pullum malè paruus,
Si cui filius eſt.

PAGANVS] Vide PAGVS.

PAGINA] Mart.lib.1,29.
In nulla pagina Latinè loqui fas ſit. Idem lib.10,59.
Conſumpta eſt vno ſi lemmate pagina, tranſis. Virgilius 6,eclog.3,
—nec Phœbo gratior vlla eſt,
Quàm ſibi quæ Vari præſcripſit pagina nomen.

Longa atq; inſignis honorum pagina. Iuuen.Satyr.10,6.

Profana. Claud.2,Paneg 62.

Turgeſcit pagina bullatis *nugis*. Perſius Satyr.5,3.

Vtramque paginam facit. Plinius libro ſecundo, capite 7,9, de fortuna: in tota ratione mortalium, ſola vtramque paginam facit.

Pagina, *in vitibus*. Plin.lib.17,cap.22,2, de limitanda vite: vt quinto quóq; palo ſingulæ iugo paginæ includantur.

PAGO] Sueton. de claris Rhet. 1,e. Et pepigerunt, bolum quanti emerent.

Recuſare quæ pepigiſti. Virg.12,Aeneid.3.

Fœdera mihi pepigit Lauſus. Virg.10,Aeneid.181.

Cum hoſtibus pagere. Plin.de Viris illuſt.41.

Rem ducentis Philippeis pagere. Plaut Bacch.19.38.

PAGRVS] Piſcis. Plinius libro 32, capite.10,1. Pagri fluuiatilis longiſſimus dens capillo adalligatus. Idem lib.9, cap 16,3, Prægelidam hyemem omnes ſentiunt,ſed maximè qui lapide habere in capite exiſtimantur: vt lupi,chromes,ſciene. pagri.

PAGVS] Cæſar lib.1, de bell.Gall.dicit, totam Heluetiam in quatuor pagos fuiſſe diuiſam. Iterum libro eodem: Treuiri autem nunciabant, pagos centum Sueuorum ad ripam Rheni conſediſſe, qui Rhenum tranſire conarentur. Rurſum libro 4, non procul ab initio: Sueuorum gens eſt longè maxima,& bellicoſiſſima Germanorum omnium. ij centum pagos habere dicuntur.

Ingentes pagi. Virg.2,Georg 76.

Rugoſus frigore pagus Horat.1,epiſt 22.

¶ Pagatim. Liu.1,bel. Maced.101, Templa deûm,quæ pagatim ſacrata habebant, dirui atq; incendi iuſſit.

¶ Paganus: Qui miles non eſt Iuuen.Satyr.16,4.
—citiùs falſum producere teſtem
Contra paganum poſſis, quàm vera loquentem
Contra fortunam armati. Marcell.in l.quædam,ff.de pœnis. Quædam delicta pagano,aut nullam,aut leuiorem pœnam irrogant: militi verò grauiorem. Scæuola ad legem Falcidiam,l.vlt. Miles,ſi, dum paganus erat,fecerit teſtamentum, militiæ tempore codicillos.

¶ Paganus: Adiect. Fercula pagana. Prop.lib.4,eleg.4,16,& Ouid.1,Faſt 134. Pagani foci.

¶ Paganicus. Antonius in l.1,de teſtament.militis. C. Frater tuus miles, ſi te ſpecialiter de bonis, quæ in paganico habeat, hæredem fecit: bona, quæ in caſtris reliquit, petere non potes. Mart.lib.14 45.
Hæc quæ difficilis turget paganica pluma,
Folle minus laxa eſt,& minus arcta pila.

¶ Paganalia: Feſta ruſticorum Ouid in Faſtis.

PALA] Inſtrumentum ruſticum. Plautus:
Palas vendundas ſibi & mergas datas, vt hortum fodiat,atque vt frumentum metat. Plinius libro 18, capite 6,13, Iuncoſus ager verti pala debet.

Pala: *Inſtrumentum quo panis in furnum mittitur.* Cato cap.11, 4, Palæ ligneæ quatuor.

Pala: annuli pars plana & latior, in qua gemma inſeritur. Cic. 3, Offic.49. Ibi quum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipſe autem omnia videbat.

¶ Pala: *arbor Arienen pomum ferens*. Plinius libro duodecimo, capite ſexto.

PALACRA] quæ & Palacrana à nonnullis appellatur, maior auri maſſa eſt. Plin lib.33 cap 4.

PALAEPHATVS] antiquus, fatidicus. Vnde.

Palæphatius. Virgilius ad Meſſalam:
Docta palæphatia teſtatur voce papyrus.

PALAESTRA] Luctatio Virg 6,Aeneid.129.
Pars in gramineis exercent membra palæſtris. Terentius Eunuch.3,2,24,
—fac periculum in literis,
Fac in palæſtra, in muſicis.

Studio palæſtræ ignaua iuuentus. Lucan.lib.7,55.

Iura palæſtræ. Propert.lib.3,eleg.14,1.

Agreſtis palæſtra Virg.2,Georg.1.7.

Catenatæ palæſtræ. Stat 2,Sylu.1,22.

Decora palæſtra. Hor.1,Carm.ode 10,1.

Liquidæ palæſtræ. Claud.8,Paneg.57.

Nitida palæſtra. Ouid.epiſt.15,30.

Vncta. Ouid epiſt.18,2.

Exercent patrias oleo labente palæſtras Virgilius 3, Aeneidos 57.

Ludere palæſtra. Ouid epiſt.14,30.

¶ Palæſtra: *lenonis domus*. Terent.Phorm.3,1,20,
Eccum à ſua palæſtra exit foras.

Palæſtra: *locus in quo diſputabant*. Vitruu.lib.5,cap.11.

¶ Palæſtrita. Perſius Satyr.4,4.
Quinq; palæſtritæ licèt hæc plantaria vellant.

¶ Palæſtricus Plaut.Rud.8,7,
Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum,pro exercitio Gymnaſtico & palæſtrico.

Ars palæſtrica. Quint.lib.2,cap 21,7.

Palæſtrici, *qui palæſtram docebant*. Quintil.lib.1,cap.11,8, Ne illos quidem reprehendendos puto, qui paulùm etiam palæſtricis vacauerint.

Vacare palæſtricis. Quint.lib.1,cap.11,8.

¶ Palæſtricos: Ex vſu palæſtræ. Afran. Etiam depellis mihi manum papæ palæſtricos.

PALAM] Terent.Adelph.3,2,30,
A lenone ipſus eripuit palàm.

Palàm & interdiu Cæſar 3,bel.Ciuil.118.

Luce palàm. Virg.9,Aeneid.31.

Palàm & apertè. Plaut.Bacchid.5,67.

Palàm eſt. Plaut.Moſtel.15,19, Terent.Eunuch.1,2,24.
Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt: continuò palàm eſt.

Palàm eſt, piſces audire. Plin.lib.10,cap.70,1.

Palàm facere. Plaut.Aſin.14,12,
—me honeſtius eſt,
Quàm te palàm hanc rem facere.

Palàm mentiri. Plaut.Truc 4,83.

Manifeſta res palàm indicat. Lucret lib.1,164.

Palàm beatus. Terent.Phorm.13,17.

Palàm, *cum ablatiuo*. Liu.lib.6,ab Vrbe; Indè rem creditori palàm populo perſoluit.

PALANGAE] fuſtes teretes, qui nauibus ſubijciuntur quum attrahuntur. Varro de vita pop.Rom.libro 4, Quum Pœnus in fretum obuiàm veniſſet noſtris, & quoſdam cepiſſet crudeliſſimè pro palangis carinis ſubiecerat, quo metu debilitaret noſtros.

¶ Palango: Afranius: Et capream vuam ſemilaceram quaterni ſimul palangabant.

PALANS, PALARIS] Vide PALVS.

PALATIM] paſſim vagando. Liu.lib.5,ab Vrbe, Tuſculum palatim fugerunt.

PALATIO] fundamenti genus, quod in aquis, fieri videmus. Vitruuius lib.2, de alno loquens: Itaq; quia non nimis habet in corpore humoris, in paluſtribus locis infra fundamenta ædificiorum, palationibus crebrè fixa.

PALATIVM] domus ſuperba, amplaq;. Sueton.de Claris grammat.17, Quare ab Auguſto quoque nepotibus eius præceptor electus, tranſijt in palatium cum tota ſchola.

Palatium *primam indifferentem habet*. Ouid de Arte,21,
Illic quas tulerant nemoroſa palatia frondes. Martialis libro 1,66,
Indè ſacro veneranda petes palatia cliuo.

PALATVAL] Sacrificium, quod fiebat Romæ in monte Palatino. Varro de Ling.Lat lib.6.

PALATVALIS] flamen, qui conſtitutus erat ad ſacrificandum ei deæ, in cuius tutela erat palatium. Feſtus.

PALATVM] Plinius lib.11, cap.37,47, Intellectus ſaporum eſt cæteris in prima lingua: homini & in palato. Horatius 2, epiſtol 2,13,

Tres mihi conuiuæ propè diſſentire videntur,
Poſcentes vario multùm diuerſa palato.

Caulæ palati. Lucret.lib.4,133.
Annoſum palatum. Horat.2,Serm,Satyr.3,55.
Reſciſſum. Lucan.lib.4,47.
Subtile. Horat.2,Serm.Satyr.8,8.
Torpens. Iuuenal.Satyr.10,21.
Veneniferum. Ouid.3,Metam.17
Vuens. Silius lib.7,131.
Lingua deeſt palato. Ouid.epiſt.21,23.
Sapor exacuit palatum. Ouidius 1,de Ponto,eleg.11,3.
Excitare palatum. Quintil.lib.6,cap.3,13.
Exſurdant palatum vina feruida. Horatius 2, Serm. Satyra,8,8.
Guſtare aliquid palato Ouid 4,Faſt. 10,7.
Inſtituere palatum. Quintil. lib 1,cap 2,6.
Obſerare palatum. Catul.in Camerinum,epig.51,5.
Gallina dura malum reſponſat palato. Horat 2, Serm. Satyra,4.4.
Ignauo ſtupuerunt verba palato. Ouidius 2, Amorum, eleg.6.10.
Vdo palato nigra ſubeſt lingua. Virg 3.Georg.78.
Tenero ſupplantat verba palato. Perſius Satyr 1,4.
Tergere palatum gallinâ Horat.2,Serm.Satyr.2,5.
Sicco torret ſitis ora palato. Propert.lib.4,eleg.10,5.
PALATVS] Vide PALVS.
PALEA] Varro de Re ruſt lib.cap.50,3, Contrà,quod cum ſpica ſtramentum hæret, corbibus in aream defertur: vbi diſcedit in aperto loco palàm, à quo nominata poteſt eſſe palea.
Culmi pinguis paleæ. Virg.1,Georg 39.
Inanes iactantur paleæ. Virg.3,Georg.27.
Horna palea. Horat. 2,Serm.Satyr.6,18.
Leues volitant paleæ. Virg.1,Georg 74.
¶ Palea: *Cartilago deflua à collo galli gallinacei.* Varro de Re ruſt.libro 3, cap.9,3, Gallos ſalaces qui animaduertunt, ſi ſunt lacertoſi, rubenti criſta, roſtro breui,acuto,oculis rauis aut nigris, palea rubra ſubalbicanti, collo vario aut aureolo.feminibus piloſis, &c. Colum.lib.8,cap.2,de gallinaceis: Paleæ ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ barbæ dependent.
Palea æris: *pro Ramento & excremento.* Plin.lib.34,cap.13,6.
¶ Paleatus. Columell de Arboribus, capite 8,2, Quicquid inſerueris viti, diligenter libro ligato, atque luto ſubacto paleato oblinito. Idem 12,capite 21, Vrceus oblinitur luto paleato.
¶ Palearium. Col lib.1,cap 6,6, Pars autem fructuaria diuiditur in cellâ oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam,fœnilia,paleariaq; & apotheca,& horrea.
PALEAR] pellis dependens ex gutture boum. Colum.lib.6, cap 2,3, de boum forma: Ceruice longa & toroſa. paleàribus amplis, & pene ad genua promiſſis. Senec. Hippol. 10,11, Muſco tenaci pectus ac palear viret.
Pendula palearia. Ouid.7,Metam.24.
A mento palearia pendent Virg.3,Georg.11.
PALILITIVM] Sidus ex ſeptem conſtans ſtellis, quas Latini Suculas appellant Plin.lib.18,cap.26.
PALIMPISSA] Pix liquida iterum decocta. Plinius lib.24, capite 7,4.
PALIMPSESTVS, vel PALINXESTVS] Iuriſconſulti deletitiam chartam vocant Vlpian.in l chartæ.ff. de bonor. poſſeſs.ſecund.tab. Catull.ad Varum,epigram.19,1,

Puto eſſe ego illi millia aut decem,aut plura
Perſcripta; nec ſic, vt fit in palinxeſto.

PALMVRVS] bis meiens Martial lib.3,36,

Minxiſti currente ſemel, Pauline,carina:
Meiere vis iterum: iam Palinurus eris.

PALINXESTVS] Vide PALIMSPESTVS.
PALIVRVS] Spinæ & rubi genus. Plinius lib.24, cap.13,3, Virg.5,eclog 8,

Carduus & ſpinis ſurgit paliurus acutis.

PALLA] Virg 11.Aeneid 116,

—pro longæ tegmine pallæ
Tigridis eximiæ per dorſum à vertice pendent. Virgilius 1,Aeneid 131,
—pallam ſignis auroq; rigentem. Mart lib.1.88,
Dimidiasq; nates Gallica palla tegit. Idem:
Faſcia te,tunicæque tegunt, obſcuraque palla. Ouidius 11,Metamorph.34,
Ille caput flauum lauro Parnaſide vinctus,
Verrit humum Tyrio ſaturata murice palla.
Idem 3, Amor.eleg.1,3.
Fronte comæ toruâ,palla iacebat humo.

Aurea palla. Ouid 1,Amor.eleg.8,12.
Fulgens. Claud.2,de rap.Proſerp 6.
Horrida. Stat.1,Thebaid.22.
Splendida multo croco. Ouid,epiſt.20,33.
Superba. Ouid.3,Amor.eleg.12,6.
Tenuis Tyrio flamine. Senec.Hippol.3,12.
Cingat tunicas palla ſolutas. Senec.Troad.2,5.
Circumdata palla plurima. Horat.1,Serm.Satyr.2,20.
Alba palla imos ferit pedes. Valer.1,Argon.78.
Lutea palla fuſa ad teneros pedes. Tibul.lib.1,eleg.7,10.
Nitentem pallam induta Ouid.14,Metam.53.
Palla cruenta ſuccincta Tiſiphone. Virg.6,Aeneid.111.
Nigra ſuccinctam vadere palla. Horat.1,Serm.Satyr.8,5.
Trahere pallam. Ouid epiſt 20,33.
Puluerean pallam trahere. Ouid.6,Metam.141.
¶ Pallula. Plaut.Truc.3,23,

Aut petit aurum,quod conſciſſa pallula eſt.

PALLACANA] Cæpæ genus. Plin.lib.19,cap.6.
PALLACE, ſiue PALLACA] Concubina. Sueton. in Veſpaſ. cap.21, Poſt deciſa quæcunque obueniſſent,negotia,geſtationi, & inde quieti vacabat, accumbente aliqua pallacarum, quas in defunctæ locum Cænidis plurimas conſtituerat. Plin.lib.35,cap.10,20.
PALLEO] Vide PALLOR.
PALLIVM] Sueton. in Auguſto: Sed cæteros continuos dies, inter varia munuſcula, togas inſuper & pallia diſtribuit.
Pallium Philoſophorum. Gellius lib.9, Video,inquit Herodes,barbam & pallium, Philoſophum nondum video.
Pallijs *etiamnum in lecto vtebantur.* Ouid.1,Amor.eleg.2,1,

—nec in lecto pallia noſtra ſedent.

Oneroſa pallia Iuuen.Satyr.6,24.
Serica. Stat.3,Sylu.4,18.
Demiſſa pallia terræ Ouid.3,Amor.eleg.2,5.
Iactare pallia. Iuuenal.Satyr.6,24.
Tunica pallio propior. Plaut.Trinum.17,30.
¶ Palliolum. Plinius lib.16, cap.8,13, Quidam aliter epithymum tradunt ſine radice naſci tenui, ſimilitudine pallioli.
¶ Palliolatim. Plaut.Pſeud.22,24,

—ſed palliolatim amictus
Sic inceſſi ludibundus.

¶ Palliolatus. Suet.de Claudio,cap.2, Palliolatus nouo modo præſedit. Martial lib.9 34,

Hanc volo, quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

¶ Palliare: Tegere & Celare. Apuleius: Nec palliari,tam aperta res poteſt.
¶ Palliaſtrum: Rude ac vile pallium. Apul. Ecce, Socratem contubernalem meum conſpicio: ſedebat ſciſſili palliaſtro ſemiamictus.
PALLOR] Plinius libro 14,capite 22,5, Hinc pallor,& genæ pandulæ.
Simillimus buxo pallor. Ouid.11,Metam.84.
Pallor anni continuus. Plin.lib.2,cap.30.
Pallor & inuidia. Plin lib.28,cap.9,23.
Albus pallor. Horat Epod.7,3.
Exanimis. Stat.12,Thebaid.148.
Gelidus. Stat.1,Achil.32.
Liuidus. Ouid.4,Metam.54.
Luteus. Horat.Epod.10,4.
Tacitus. Ouid.6,Faſt.4.
Pallorem capere,vaſa dicuntur, Col.lib.12, cap.50,15, Ibidem,cap.55, de ſinapi: Aquam nitratam ſuffundito, vt omnem amaritudinem eius & pallorem exaniet.
Figit gelidus pallor Nereida. Stat.1,Achil.32.
Fugat ruborem. Senec.Medea,11,3.
Inficit ora. Horat.Epod.7,3.
Notare aliquem pallore. Lucan.lib.8,12.
Obit ora pallor. Ouid.11,Metam.84.
Occupat ora. Virg.4,Aeneid.100.
Tinctus violâ pallor amatium. Horat.3,Carm.ode 10,3.
Pallores. Lucret lib.4,64,

Quæ contage ſuâ palloribus omnia pingunt.

¶ Pallidus, Pallidus color. Plin.lib.10,cap.33,7.
Aurora pallida. Virg.1,Georg.90.
Corpora pallida. Ouid.2,de Arte,54.
Pallido cortice arbor. Plin.lib.12,cap.7,5.
Pallidum piper Plin.lib 12,cap.7,2.
Folium pallidum. Senec Hippol.6,7.
Frigora pallida. Stat.5,Sylu.1,26.
Membra pallidiora nouâ cerâ. Ouidius 1, de Ponto, eleg. 11,6.
Mulier pallida. Horat.1,Serm.Satyr.2,26.
Orbis Phœbi pallidus. Ouid.1,de Remed amor.52.
Regio pallida. Claud.2,de raptu Proſerp.66.
Statuâ inauratâ pallidior. Catul.ad Iuuencium,epigr.76,1.
Ora buxo pallidiora gerere. Ouid.4,Metam.27.

¶ Pallidulus. Catul.ad Ortalum,epigr.60,2,
Pallidulum manans aluit vnda pedem.
¶ Palleo. Palleat omnis amans. Ouid.1,de Arte,147.
Dies pallet. Lucan.lib.7,36.
Genæ pallent languido candore.Senec.Hippol.6,20.
Labra palluerant.Propert.lib.4,eleg.9,6.
Ora pallent.Tibul.lib 3,eleg.5,5.
Saxum palluit auro. Ouid.11,Metam.23.
Seges pallet.Ouid.1,Faſt.138.
Venæ pallent amiſſo ſanguine.Ouid.2,Metam.165.
Amore argenti pallere.Horat 2,Serm.Satyr.3,16.
Colore exſangui. Ouid.3,Triſt.eleg.1,11.
Metu pallens.Ouid.9,Metam.23.
Timore pallere.Ouid.2,Faſt.94.
Pallere,*cum accuſatiuo*.Propert.lib.1,eleg.14,8,
Quis te cogebat multos pallere colores?
Viridè pallens.Plin.lib.37,cap.8,3.
Pallere: *pro Timere*. Horat.3,carm.ode 27,6,
Beluis Pontum mediaſq; fraudes
Palluit audax.
¶ Pallens. Animæ pallentes. Virg.4,Aeneid.49.
Brachia pallentia.Ouid.7,Metam.69.
Collum pallens Ouid.10,Metam.77.
Pallentes curæ. Martial.lib.11,7.
Hedera pallens.Virg eclog.3,8.
Herbæ pallentes.Ouid.2,Faſt.85.
Imago pallens.Ouid.epiſt.19,22.
Membra pallentia. Ouid.epiſt.11,16.
Morbi pallentes.Virg 6,Aeneid.55.
Ora pallentia.Virg.1,Aeneid.72.
Oſcula.Valer.4,Argon.140.
Puellæ terrore pallentes.Ouid.3,de Arte,97.
Regna pallentia.Silius lib.13,82.
Simulacra.Lucret.lib.1,25.
Sulphurata.Mart lib.1,125.
Taurus pallens multâ ferrugine. Valer.1,Argon.156.
Violæ pallentes.Virg eclog 2,10.
Vultus pallens.Senec.Troad.4,8.
¶ Palleſco. Plinius libro 19, cap.10,1, Et ocimum ſub Canis ortu palleſcit.
Curis palleſcere.Propert.lib.1,eleg.12,2.
Flamma palleſcit Valer.7,Argon.118.
Frondes palleſcunt. Ouid.3,de Arte,140.
Stellæ palleſcunt ſubitò.Claud.in Gigantomachia,2.
PALMA] Concauitas manus.
Teneræ palmæ.Virg.2,Aeneid.82.
Sceptriferæ. Silius lib.17,29.
Tremulis palmis amplecti aliquid.Ouid.5,Metam.21.
Arcent vincula teneras palmas.Virg.2,Aeneid.82.
Planâ faciem contundere palmâ. Iuuen.Satyr.13,13.
Euinctis attollit brachia palmis. Virg.5,Aeneid.73.
Extendere palmas.Silius lib.17,95.
Exſutæ vinclis palmæ. Virg 2,Aeneid,31.
Ferire pectora palmis.Senec.Troade,1,13.
Duabus palmis hauſta aqua. Ouid.2,Faſt.59.
Aſtrictis laxantur vincula palmis.Lucan lib.2,104.
Pandere palmas. Lucret.lib 3,241.
Indignis percuſſit pectora palmis.Ouid.10,Metam.144.
Marmoreis percuſſit pectora palmis. Ouidius 3, Metamorph.97.
Adductis ſonuerunt pectora palmis.Ouid.epiſt.10,3.
Cauis palmis vndam ſuſtulit de flumine.Virgilius 8,Aeneidos,14.
Suſtulit palmas ad ſidera.Virg.2,Aeneid.31.
Inualidas palmas tendere alicui. Virg.4,Georg.100.
Ambas palmas tendere. Virg.10,Aeneid.169.
Duplices tendens ad ſidera palmas. Virg.1,Aeneid.20.
Pias tendens ad ſidera palmas.Valer.1,Argon.16.
Vtraſq; palmas tendere.Virg.5,Aeneid.47.
Tollens madidas ad ſidera palmas. Stat.10,Thebaid.66.
Trementes palmas tendere.Claud.3,de rapt.Proſerp.22.
Vincire palmas catenâ.Silius lib.17,29.
Paſſis palmis vocat numina.Virg.3,Aeneid.53.
¶ Palma: *Latior remi pars,& ipſe remus.* Catul.Argonaut.epigram.59.
¶ Palma: *arbor.* Plinius libro decimoſexto, capite 42,1, Et palmæ arbor inualida: in diuerſum enim curuatur. Et populus contra omnia inferiora pandatur, palma econtrariò fornicatur. Liuius 4,bel.Pun.45,In Apulia palmam viridem arſiſſe.
Arbuſto palmarum diues Idume Lucan.lib.3,44.
Abiegnæ palmæ. Catul.Argon.epigr.59,2.
Ardua palma naſcitur.Virg.2,Georg.14.
Viridis palma.Ouid.2,de Arte,1.
Vmbroſa.Iuuen.Satyr.15,8.
¶ Palma: *Fructus.* Plinius lib.13,cap.4,19, Alexandri milites palmis viridibus ſtrangulati ſunt.
Rugoſæ palmæ.Ouid.8,Metam.136.
¶ Palma: *Signum victoriæ, & victoria ipſa.* Terentius in Prolog.Phorm.18,
—in medio omnibus
Palmam eſſe poſitam,qui artem tractant muſicam.
Ingens palmæ contentio. Quint.lib.1,cap.2,16.
Gloria palmæ.Virg 3,Georg.21.
Dubia palma.Iuuenal.Satyr.11,18.
Nobilis. Horat.1,Carm.ode 1,1.
Stolidæ cupido palmæ. Ouid.6,Metam.10.
Victrices palmæ. Ouid.ad Piſonem,7.
Dare palmam. Terent.Heaut.4,3,31,
Huic equidem conſilio palmam do: hic me magnificè eſſero.
Donare aliquem palmâ.Ouid.2,de Arte,1.
Parare palmam.Catul.in Carm.nuptiali,57,3.
Petere. Liu.8,bel.Pun.218.
Relinquere alicui.Virg.5,Aeneid.95.
Ad tertiam palmam Plin.lib.14,ca.6,4, Ad tertiam palmam variè venère. De vuis.
¶ Palma, *in vite.* Varro de re Ruſt. libro 1,capite 3: Eiuncidum enim ſarmentum,propter infirmitatem fieri, neque ex ſe poteſt eijcere vitem, quam vocant minorem flagellum: maiorem etiam,vnde vuæ naſcantur,palmam. Columel. libro tertio,capite decimoſeptimo,ad finem, Quicquid reſidui fuit ex vetere palma,per ipſam commiſſuram, qua naſcitur materia noua, reſecuerunt. Idem lib.4. cap.15, bima deinde præciditur, proxime palmam, quæ ex arcu ſummiſſa eſt.
¶ Palmula. Cariotæ,ſiue dactyli. Varro 1,de re Ruſt cap.67, Nucem iuglandem,& palmulam,& ficum ſabinam,quantò citius promas,iucundiore vtare.
Palmula: *Extrema pars remi.* Virg. 5,Aeneid.33,
Littus ama,& læuas ſtringat ſine palmula cautes. Volare palmulis. Catul.de phaſelo,1.
¶ Palmetum. Plin.lib 6,ca.28,19, Numeroſiſſimos eſſe Homeritas,Minæis fertiles agros palmetis,arbuſtiſq;,&c.
Pinguia palmeta Horat.2,epiſt.2,37.
Palmetis conſita terra.Plin.lib.5,cap.14,1.
¶ Palmeus. Colum.lib.5,cap.5. agricola Bæticæ prouinciæ, ſub ortu Caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat. Plinius libro 24, capite 17,7, Vinum palmeum, capiti noxium.
¶ Palmoſus. Virg.lib.3,Aeneid.142,
Teq; datis linquo ventis palmoſa Selinis.
¶ Palmata toga: *à palma in ea intexta.* Mart.lib.7,1,
Palmatæq; ducem,ſed citò,redde togæ. Liuius 10,ab Vrbe,29, Quos vos ſellis curulibus, toga prætexta, tunica palmata,& toga picta, & corona triumphali,laureaque honoratis.
¶ Palmarius: palma dignus. Terent.Eunuch.5,4,8,
Id verò eſt,quod mihi puto palmarium.
¶ Palmarium: *Salarium victoriæ.* Vlpian. in l.1, §. ſi cui.ff. de extraordin. cognit. Etſi nomine palmarium cautum ſit: ſic tamen,&c.
¶ Palmifer. Idume palmifera.Silius lib.3,122.
Arabes palmiferi. Ouid.10,Metam.95.
Pharos palmifera.Ouid.2,Amor.eleg 13,2.
¶ Palmipes. Plin.lib.11,cap.47,1, Auium aliæ digitatæ,aliæ palmipedes. Idem.lib.17, cap.20, 2, Populus alba ſeritur bipedaneo paſtinatu,talia ſeſquipedali, biduo ſiccata,palmipede interuallo.
PALMES] Plinius lib.17,cap.22,13, Sic duo genera palmitum: Quod è duro exit, materiamq; in proximum annum promittit, pampinarium vocatur: at vbi ſupra cicatricem eſt,fructuarium. Alterum ex anniculo palmite,ſemperque fructuarium relinquitur ſub iugo. Et qui vocatur cuſtos: hic eſt nouellus palmes, non longior tribus gemmis; proximo anno materiam daturus, ſi vitis luxuria ſe conſumpſerit.
Nemoroſus palmite Gaurus. Stat.3,Sylu.1,30.
Grauidus palmes Ouid.1,Faſt.31.
Orbi palmites. Col.lib.6.
Opaco palmite baccæ. Claud. de nuptijs Honorij,44.
Lætus palmes ſe agit ad auras. Virg.2,Georg 73.
Muſta ferre è palmite.Ouid.4,Faſt.180.
Gemma mouetur de palmite. Ouid.3,Triſt.eleg.12,3.
¶ Palmes & Pampinus, *pro eodem.* Columel.lib.4, cap.17, Item ſi oculi ſinguli ſub iugo binos pampinos emiſerint, quamuis largos fructus oſtendant, detrahendi ſunt eis ſinguli palmites.
Palmes, *pro flagello vitis.* Col.lib.4,cap.21, Hæc brachia ſat erit interim ſingulis palmitibus in fructum ſummitti.
¶ Palmo. Colum.lib.11,cap.2,74, Cæterùm palmare,id eſt, materias alligare,hoc tempore non expedit.

Palmare, *pro Palma ſignum imprimere.* Quintilianus in declamatione Cæci. Præterea quum manus ex parte, qua palmare veſtigium poteſt, plicetur in capulo. *Et paulo poſt:* Tuus autem, qui palmatus eſt paries, veſtigium eius partis oſtendit.

PALMVS] menſuræ genus. Plin. lib. 7.

¶ Palmum. Vitruu. lib. 2, cap. 3, Doron autem Græci appellant palmum, quòd munerum datio Græcè δῶρον appellatur. Id autem ſpargitur per manus palmum.

¶ Palmarius: Qui eſt palmi vnius vel multorum. Columel. libro octauo, capite 3, 7, Per ſpatia palmaria modicis forantur cauis.

¶ Palmaris. Varro 1, de Re ruſt. cap. 35, 1, Roſa etiam conciditur radicitùs in virgulas palmares.

¶ Palmipedalis: Menſura vnius pedis & palmi. Colum. lib. 5, cap. 19, 1, Nam in cliuoſis vbi terra decurrit, poteſt malleolus palmipedalis deponi.

¶ Palmipes. Plin. lib. 17, cap. 20, Populus albe ſeritur bipedaneo paſtinatu, talea ſeſquipedali, biduo ſiccata, palmipede interuallo.

¶ Palmiprimum vinum. Plin. lib. 14, cap. 16.

PALO PALOR] Vide PALVS.

PALPEBRAE] Pili recti, genis oculorum vtrinque adhærentes. Plin. lib. 11. cap. 37, 29.

Brachia palpebræq; cadunt. Lucret. lib. 4. 193.

PALPITO] Vide PALPO.

PALPO, & PALPOR] Plaut. Amphit. 6, 9.

Obſeruatote, quàm blande mulieri palpabitur. Horatius 2, Serm. Satyr. 1, 4,

Cui male, ſi palpere, recalcitrat vndique tutus. Iuuenalis Satyra 1, 4,

—quem munere palpat Carus.

Pectora præbet palpanda manu. Ouid. 2, Metam. 174.

¶ Palpator Plaut. Rud. 4, 8,

Ecquem tu hic hominem criſpum, incanum videris, Malum, periurum, palpatorem?

¶ Palpatio. Plaut. Menæch. 14, 33,

Aufer hinc palpationes.

¶ Palpito. Palpitat cerebrum. Plin. lib. 7, cap. 16, 5.

Iecur pauidum palpitat trepidis venis. Senec. Herc. Oet. 6, 1.

Ignis arduus palpitat. Stat. 12, Thebaid. 15.

Lingua exſecta palpitat. Lucan. lib. 2, 37.

Palpitans vertex. Plin. lib. 7, in Præf. 4.

Super aliquam palpitare. Iuuen. Satyr. 3, 14.

¶ Palpitatio Plinius libro 32, capite 5, 5, Imponat ſupra cordis papitationem mulieri dormienti. Idem lib. 11, cap. 4, 2, Itaq; diuulſis præcipua viuacitas, & partium ſingularum palpitatio.

¶ Palpitatus. Plin. lib. 9. cap. 30.

PALPVM] Blanditiæ. Plaut. Pſeud. 14, 41,

Ego iſtuc alijs dare condidici; mihi obtrudere non potes Palpum.

PALVDA] Varr. lib. 6. de ling. Latin.

Corpore tartarino prognata paluda virago. id eſt, paludata.

¶ Paludamentum: ornamentum militare. Salluſt. Hiſtor. libro tertio, poſtquam ex ſarcinis paludamenta aſtari, & delectæ cohortes intelligi cœpêre. Valerius lib. 1, de Craſſo loquens: Pullum, inquit, ei traditum eſt paludamentum, cùm in prælium exeuntibus album aut purpureum dari ſoleret.

Imperatoria paludamenta Plin. lib. 22, cap. 2, 1.

Paludamentum, *eius qui non eſſet imperator.* Liuius 1, ab Vrbe, 108, Cognitoq; ſuper humeros fratris paludamēto ſponſi, quod ipſa confecerat, ſoluit crines, & flebiliter nomine ſponſum mortuum appellat.

Paludamentum, *de veſte muliebri.* Plin. lib. 33, cap. 3, 22, Nos vidimus Agrippinam Claudij principis, edente eo naualis prælij ſpectaculum, aſſidentem ei, indutam paludamento, auro textili, ſine alia materie.

¶ Paludatus. Duces paludati Iuuenal Satyr. 6. 40.

PALVMBES] Syluestris columba, Virg. 1, eclog. 12,

—raucæ, tua cura, palumbes. Lucanus:

—macroſq; palumbes. Plinius lib. 10. cap. 35, Viuere palumbes ad tricesimum annum, aliquos ad quadrageſimum, Ariſtoteles author eſt.

Aeriæ palumbes. Virg. 3, eclog. 14.

¶ Palumbus, & Palumba Mart. lib. 13, 67,

Inguina torquati tardant hebetantq; palumbi.

Propert. lib. 4. eleg. 5. 13.

Sed cape torquatæ Venus ô regina palumbæ. Plinius lib. 20, cap. 7, 5, Item, palumbus ferus & è poſca decoctus. Colum. lib. 8, cap. 8, 1, Hac eadem ratione palumbos, columboſq; cellares pinguiſſimos facere contingit.

¶ Palumbinus. Palumbina caro Plin. lib. 30, cap. 12, 5.

PALVS] *prima breui*: Locus aquoſus. Horat. in Arte, 13,

—ſterilisq; diu palus, aptaq; remis. Virgilius 4, Georgic. 96.

Cocyti, tardaq; palus inamabilis vnda. Cæſar 2, bell. Gal. 289, Quò propter paludes exercitui aditus non eſſet.

Alta palus. Virg. 4, Georg. 10.

Atra. Virg. 7, Aeneid. 161.

Caua. Catull. ad Coloniam, 17, 1.

Exhauſta. Virg. 3, Georg. 87.

Fœda. Senec. Herc. fur. 9, 14.

Horrenda. Claud. 1, de rap. Proſer. 23.

Inamabilis. Virg. 6, Aeneid. 88.

Innabilis. Virg. 4, Georg. 95.

Liquida. Ouid. 1, Metam. 66.

Nebuloſa. Silius lib. 8. 76.

Nigra. Tibull. lib. 3, eleg. 3, 8.

Pigra. Claud. 7, Paneg. 70.

Placida. Virg. 8, Aeneid. 18.

Pontina. Quintil. lib. 3, cap. 8, 12.

Putidæ paludis vorago, Catul. ad Coloniam, epigr. 17, 2.

Sordidæ paludes. Stat. 4, Sylu. 3, 2.

Stantes. Horat. 3, Carm. ode 27, 2.

Vaſtæ. Lucret. lib. 5, 41.

Vdæ paludes intumeſce æſtu Ouid. 1, Metam. 85.

Palus obducit paſcua limoſo iunco. Virg. eclog. 1, 10.

¶ Paludoſus Humus paludoſa. Ouid. 15, Metam. 54.

Nilus paludoſus. Stat. 3. Sylu. 2, 22.

¶ Paluſtris Columel libro 1, capite 5, Deterrima aqua paluſtris, quæ pigro lapſu repit; peſtilens quæ in palude ſemper conſiſtit.

Calami paluſtres Ouid. 1, Metam. 142.

Iunci. Ouid. 8, Metam. 68.

Locus paluſtris. Cæſar 7, bel. Gal. 74.

Paſcua paluſtria. Colum. lib. 6, cap. 27, 2.

Vadum paluſtre. Claud. 2. de raptu Proſerp. 12.

Vlua paluſtris Virg. 3, Georg. 35.

Vndis paluſtribus tecta loca. Ouid. 14, Metam. 21.

¶ Paludifer. Aquæ paludiferæ. Author Philomelæ, 9.

PALVS] *priore productâ*: lignum acutum, quod ſolet in terram defigi. Tibull. lib. 1, eleg. 7. 7.

Hic docuit teneram palis adiungere vitem. Plinius libro decimoquarto capite tertio, quarto, Nec orthampelos indiget arbore aut palis, ipſa ſe ſuſtinens. Colum. lib. 4, cap. 33, 4.

Ruber palus. Horat. 1, Serm. Satyr. 8, 1.

Palus palo proximus. Plaut. Menæch. 9, 47.

¶ Paxillus. Varr. Bimargo: Vt nouum cribrum nouo paxillo pendeat. Nonius.

¶ Palaris. Vulpian. D. de vſufr. l. ſi fundi, niſi forte ſalicti eius, vel ſyluæ palaris, vel arundineti vſusfructus ſit legatus.

¶ Palatio. Vitruuius lib. 2, cap. 9, In paluſtribus locis, infra fundamenta ædificiorum, palationibus crebrè fixa alnus, permanet immortalis, & ad æternitatem.

¶ Palo Colum. l. b. 11, cap. 2, 73, Vt vitis paletur, & capite tenus alligetur. Ibidem, 2, Reliquæ partes vinearum, propter brumam vel frigora omiſſæ, nunc palandæ & alligandæ ſunt.

¶ Palor: Paſſim vagor. Liuius 1, ab Vrbe, lib. 5, 197, Iam obſidionis tædio victi abſcedunt, vagiq; per agros palantur, cibis vinoq; raptim hauſto repleti.

¶ Palans. Stat. 11, Thebaid. 5,

Aut vaga palantes campo fuga voluit Achiuos.

Agmina palantia. Silius lib. 1, 95.

Comites palantes & diſperſi. Lucret. lib. 4, 116.

Stellæ palantes polo. Virg. 9, Aeneid. 5.

Sidera paſſim palantia. Lucret. lib. 2, 206.

Fœmina palantes agit. Virg. 11, Aeneid. 127.

Vitæ palantis viam quære e Lucret. lib. 2, 2.

¶ Palatus: Participium. Liuius 3, bell. Punic. 185, Alius exercitus primò per agros ſyluaſque fuga palatus. Idem 3, ab Vrbe, 20, In quos palatos prædam agentes Poſthumius, &c.

PAMPILLVM] genus delicati currus. Lamprid. Iunxit quaternas mulieres pulcherrimas & binas ad pampillum, vel ternas; & ſic vectatus eſt.

PAMPINVS] Columel. libro 5, cap. 17, Omnis enim fœcundus pampinus intra quintam aut ſextam gemmam fructu exuberat.

Folij pampinus; & Folium pampini. Colum. lib. 4, cap. 22, Nunc vbi vnius aut alterius folij pampinus prorepſit è duro. Plaut. Ciſtel. 10, 9.

Opaca pampinus Claud. in Epithal. Pallad. 1, 46, 1.

Viridi pampino cingens tempora. Horatius 3, Carm. ode 25. 4.

Defendit pampinus vuas. Virg. 1. Georg. 19.

¶ Pampinus: *pro cirris polypi piſcis* Plin. lib. 9, cap. 51, Polypi pariunt Vere oua, tortili vibrata pampino.

¶ Pampino.

¶ Pampino. Plinius libro 18, cap. 29, Quum herba creuerit in feſtucam, arcere aquas, vineas pampinare. Colum. libr. quarto, capite 31, Salix non minùs, quàm vinea, pampinatur.

¶ Pampinatus. Plinius libro 16, cap. 22, 3, ramentorum crinibus pampinato ſemper orbe ſe voluens, ad incitatos runcinarum raptus De abiete.

¶ Pampinatio. Colum. lib. 4, cap. 6, 1, Optimum eſt, ab initio ſic formare, vt frequenti pampinatione ſuperuacua detrahantur.

¶ Pampinator. Colum. lib 4, cap. 27. Idque faciet varijs de cauſis pampinator induſtrius.

¶ Pampinarium. Plinius libro 17, cap. 22, 13. Duo genera palmitum. Quod è duro exit, materiamque in proximum annum promittit, pampinarium vocatur. Colum. libro 3, cap. 105.

¶ Pampinarius Colum. libro 4, cap. 24, 4, Ne aut pampinarius palmes internatus, aut verrucæ ſimilis furunculus relinquatur.

¶ Pampineus. Autumnus pampineus. Virg. 2, Georg. 1.
Frondes, pampineæ. Ouidius 3, Metam. 134.
Habenæ pampineæ. Virg 6, Aen. 161.
Haſta pampinea. Ouidius epiſt. 13, 7.
Pampineus odor: *pro ſapore vini.* Propertius libro 2, elegia 34, 6.
Vites pampineæ Ouidius 10, Metam. 20.
Vmbræ. Virg. eclog. 7. 12.
Vuæ. Ouidius 3, de Ponto, eleg. 1, 3.

¶ Pampinoſus. Colum. libro 5. cap. 5, 12, Et ſi parùm pampinoſa vitis eſt, aduectis frondibus, & interdum ſtramentis, fructus muniatur.
Pampinoſa folia. Plinius libro 23, cap. 1, 11.

¶ Pampinaceus. Columel. lib. 12, ca. 20. 5. Cripæ pampinaceæ libra.

PANACES vel PANAX] Herba. Plinius libro 25, cap. 3, 24. Panaces ipſo nomine omnium morborum remedia promittit: numeroſum, & dijs inuentoribus aſſcriptum. Colum. libro 11. cap. 3, 24 Panax vtroque tempore læui & ſubacta terra rariſſime diſſeritur. Plinius libro 19, cap. 12, Panax piperis ſaporem reddit. Lucretius libro 4, 25.

¶ Panacea. Idem. Lucanus libro 9. 184.
Et panacea potens, & Theſſala centaurea.
Virg. 12. Aen. 84.
Ambroſiæ ſuccos, & odoriferam panaceam.
Lucretius: Panaceam vbiq; ſalem dicit.

PANAETOLIVM] Liuius libro 1. bel. Maced. 106, Concilium Aetolorum ſtatuta die, quòd Panætolium vocant, futurum erat.

¶ Panætolicus. Liuius libro 1. bell. Maced. 126, Quum legibus cautum eſſet, ne de pace bellóve niſi in panætolico & pylaico concilio, ageretur.

PANARETVS] omnium virtutum continens. Martial. libro 6, 89, Arguto madidus pollice panaretus.

PANARIVM] Vide PANIS.

PANATHENAICON] Genus vngenti, quod (vt Plinius libro 13, cap. primo, inquit) Athenæ perſeueranter obtinuere.

PANCARPIAE] dicuntur coronæ, ex vario genere florum factæ: Feſtus.

PANCARPON] Genus eſt ſpectaculi, quaſi omnium arborum fructibus concinnata ſylua. Imperator in Nouel. de conſulibus. § ac primus quidem.

PANCHRESTVM] medicamentum nobile. Plin. libro 36, cap. 20, 2.

PANCRATIVM] Ludus gymnicus, quinquertio conſtans. Propert lib. 3, eleg 14, 2,
Pulueruléntaque ad extremas dat fœmina metas,
Et patitur duro vulnera pancratio.
Pancratio vincere Plinius libro 35, cap. 11. 18.

¶ Pancratiaſtes Gellius libro 3, cap. 15, Diagoras tres filios habuit: vnum pugilem, alterum pancratiaſten, tertium luctatorem.

¶ Pancraticè: robuſtè. Plaut Bacch. 5, 14, Benéne vſque valuit? c. pancraticè atque athleticè.

PANCRVS] Gemma, quæ conſtat ex omnibus coloribus. Plinius libro 37, cap. 10.

PANDICVLARIS] Pandicularis dies idem & communicarius, in quo omnibus dijs communiter ſacrificabatur. Paulus.

¶ Pandiculor. Panduculari dicuntur, inquit Feſtus, qui toto corpore oſcitantes extenduntur; eò quòd pandiſiunt. Plautus Menæch. 17, 72. Vt pandiculans oſcitatur.

¶ Pandiculatio: Oſcitatio, vel potiùs corporis interoſcitandum extenſio, Feſtus.

PANDO] pandas: Incuruor, oneri cedo. Plinius libro 16 cap. 42, 1, At populus contra omnia inferiora pandatur: palma è contrario fornicatur. Quint. libro 11, cap. 3, Leuiter pandata manus.

Pandare: *Neutrum* Quint lib. 11, cap. vltimo. Pectus ac venter ne proijciantur, obſeruandum: pandant enim poſteriora: & eſt odioſa omnis ſupinitas.

¶ Pandatio. Vitruuius libro 7, cap primo. Contignationes pandationibus ſidentes, mouendo ſe faciunt vitia pauimentis.

¶ Pandus: Incuruus. Virg. 2, Georg. 39, Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
Pandus aſellus Ouidius 1, Faſt. 80.
Carinæ pandæ. Virg. 2, Georg. 89.
Delphines pandi. Ouidius 3, Triſt. 9.
Dorſum pandum. Senec. Agamem. 6, 12.
Fauces pandæ. Stat. 4, Sylu. 3, 15.
Iuga panda boum. Ouidius 1, Amor. eleg. 13, 4.
Naris panda. Ouidius 3, Metam. 135.
Rami pandi. Ouidius 14. Metam. 132.
Roſtrum pandum. Ouidius 14, Metam. 57.

PANDO] pandis: aperio, patefacio. Plautus Bacchid. 6, 1. Pandite atque aperite properè ianuam hanc.
Alas pandere ad ſolem, Virg 4. Georg. 6.
Alas velorum pandere. Virg. 3, Aen. 104.
Vlmus pandit brachia Virg 6, Aen. 57.
Clauſtra pandite ianuæ. Catul. in Epithalam. Iuliæ, epigram. 56, 16.
Domus panditur. Virg. 10, Aen. 1.
Forem difficilem pandere. Ouidius 1, Amor. eleg. ſexta, primo.
Iter alicui pandere. Ouidius ad Piſ. 45.
Limina. Stat. 1, Sylu. 1, 5.
Mœnia vrbis. Virg 2, Aen 47.
Pennas in littore pandunt Halcyones. Virg. 1, Aen. 80.
Portæ panduntur. Virg. 2, Aen. 6.
Spectacula pandere. Horat. 2, Serm. Sat. 2, 5.
Spatia membrorum pandit. Stat. 6, Theb. 151.
Vela pandere curuato ſinu. Ouidius 3, de Arte, 99.
Veſtigia. Virg. 11, Aen. 52.
Viam. Tacitus libro 18.
Viam ad aliquid. Liu. 4, ab Vrbe, 69.
Viam fugæ. Liu. 10, ab Vrbe, 20.
Dictis aliquid. Lucretius libro 5, 11.
Caſus ſuos. Ouidius 14, Metam. 45.
Rem ordine. Virg 3, Aen. 36.
Panditur planities. Liuius 2, bel. Maced. 12.

¶ Pandens. Guttura tria pandens Cerberus. Virg. 6, Aeneidos 85.

¶ Paſſus: Paſſus capillus: Porrectus ac ſparſus. Terentius Heaut. 1, 3, 49, Capillus paſſus, prolixus, circùm caput Reiectus negligenter.
Crines paſſi. Virg. 1, Aen 97. Liuius 1, ab Vrbe, 53.
Lac paſſum. Ouidius 12, Metam. 55.
Paſſis palmis. Cæſar 1. bell. Gal. 220. Milites paſſis manibus flentes implorabant.
Racemi paſſi. Virg. 4, Georg. 54.
Paſſum ac tuſum linum. Plinius libro decimonono, in Proœmio, 5.

PANDVRA] Inſtrumentum muſicum. Vnde
¶ Pandurizare: id eſt, Panduram pulſare, Lampridius.
¶ Panduriſta. Martianus, & Varro.

PANEGYRICI] Quintil. libro 2, cap. 10, 8, Nam & in ijs actionibus, quæ in aliqua ſine dubio veritate verſantur; ſed ſunt ad popularem aptatæ delectationem: quales legimus panegyricos.

PANEROS] Gemma quæ fœcunditatem creditur afferre. Plinius lib. 37. cap. 10.

PANGO] Figo, iungo.
Clauum pangere. Liu. 7, ab Vrbe, 11.
Oſculum. Plaut. Curc. 2, 56.
Inducias. Liuius 7. bel. Pun 171.
Pacem cum populo aliquo. Liuius 4, bell. Pun. 132.
Societatem cum aliquo. Liuius 4, bel. Maced. 121.
Venus te pepegit noſtro lecto Ouidius epiſt. 15, 7.

¶ Pangere: *Plantare.* Columel. libro 3, At quæ vetere ſarmento panguntur, tardiùs coaleſcunt; ſed tardiùs deficiunt. Et libro 3, cap. 3, Nos iam enim vicena millia malleolorum per vineæ iugerum inter ordines pangimus. Varro primo de Re ruſtica, capite 43. Aut etiam de cytiſo duriore virgulæ deplantantur; & ita pangitur in ſerendo.

Pangere: *Scribere.* Martialis libro 11, 4,
At quàm victuras poteramus pangere chartas.
Carmina lucida pango Lucretius libro 42.
Ego mira poëmata pango. Horatius de Arte. 84.

¶ Pactilis: Iunctus. Pactilis corona. Plinius libro 21, capite, 3, 5.

PANGONIVS] Gemma non longior digito, Plinius libro 37, cap. 10.

PANHELLINVS] vel panhellinon templum Liberi Ebriorum patris, quem apud Athenienſes dirutum reædificauit Adrianus imperator, Cælius Rhod. lib. 7, cap. 13, Athenienſibus ſacra Liberi fuiſſe præcipua ſcribit Dion. Ea quum Adrianus in veſte indigena concelebraſſet magnificè, templum Liberi, quod Panhellinon vocant, conſtrui permiſit.

PANIAS] Fons è quo Iordanis amnis profluit, inq; Aſphaltiten lacum (ſacræ literæ Aſpaltiten, Geneſaram vocant) prolabitur. Plinius libro 5, cap. 15.

PANIAS] oppidum Dacapoleos, in regione Syriæ. Plinius libro 5, cap. 74.

PANICVLA] Vide PANVS.

PANICVM] Genus frugis. Plinius libro 18, cap. 7, 5. Panicum à paniculis dictum, cacumine languido nutāte, paulatim extenuato culmo, penè in ſurculum prædenſis aceruatur granis. Cæſ. 2, bel. Ciuil. 91, Panico enim vetere, atque hordeo corrupto, omnes alebantur.

PANIS] Aduſtus panis, Horatius 2, Serm. Sat. 8, 14.
Ater. Terent. Eunuch 5, 4, 17.
Cærulei panis mucida fruſta. Iuuen. Satyr. 14, 13.
Deuolutus ex igne panis. Catul. de Ruſa, epigr. 55, 1.
Mendicatus Iuuen. Satyr. 10, 28.
Potior panis mellitis placentis. Horat. 1, epiſt. 10, 3.
Longè pulcherrimus. Horat. 1, Serm. Sat. 5, 18.
Sordidus. Plaut. Aſin. 4, 16.
Frangendus panis inermi gingiua. Iuuen. Sat. 10. 20.
Cum ſale panis latrantem ſtomachum bene leniet. Horat. 2. Serm. Sat. 2, 4.
Secundo pane & ſiliquis viuere. Horat. 2, epiſt. 1, 25.
Alterâ manu fert lapidem, panem oſtentat altera. Plautus Aulularia.

¶ Panis. *pro Annona.* Iuſtinianus in Cæſar in l. vltima. C. de iure dotium. & in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecundis nuptiis. panem ciuilem vocat.

¶ Panificium. Varro de Lingua Latina, libro 4, Celſ. libro 2, cap. 18, Scire igitur oportet, omnia legumina, quæque ex frumentis panificia ſunt generis valentiſſimi eſſe.

¶ Panarium. Plinius epiſt. 6, Proinde quum venabere, licebit authore me, vt panarium & lagunculam, ſic etiam pugillares feras. Suet in Cal. cap. 18, Sparſit & miſſilia variarum rerum, & panaria cum obſonio viritim diuiſit. Varro libro 4, de Lingua Latin. Panarium, vbi panem ſeruabant.

¶ Panariolum: Vaſculum vimineum, in quo ſeruatur panis Mart. lib. 5 50, Cum panariolis tribus rediſti.

PANNICVLARIA] Vide PANNVS.

PANNVS] Cooperta membra pannis. Lucretius libro 6, 225.
Tincti ferrugine panni. Ouidius in Ibin. 47.
Albo panno velatus. Horat. 1, Carm. ode 35, 5.
Vincere membra pannis. Ouidius in Ibin, 47.
Pannum, *neutro genere.* Næuius Tabellaria: Qui habet vxorem ſine dote, pannum poſitum in purpura eſt.

¶ Pannus: *pro Linamento.* Columel. libro 6, cap. 12, Pannis aceto & ſale & oleo madentibus inculcatis.

¶ Panniculus. Iuuenal. Satyr. 6, 26,

> Hæc ſunt quæ tenui ſudant in cyclade, quarum
> Delicias & panniculus bombycinus vrit.

Panniculus: *pro panno craſſo & vili.* Celſus lib. 5, Vinculum autem ei loco linteolum, aut panniculus quadratus eſt.

Panniculus: *pro pannoſo.* Martial. 5, 62,

> Te ſucceſſurum credo ego panniculo.

¶ Pannicularia: Vlpiano teſte, dicuntur ea, quæ in cuſtodia receptus ſecum attulit. aut veſtis qua indutus fuerat, qui ad ſupplicium ducitur: aut nummi, quos victus ſui causâ habuerit in promptu, aut leues annuli, hoc eſt, qui rem non excedunt aureorum quinque. l. diuus. de bonis damnatorum.

¶ Pannoſus: Qui ſordida veſte, opertus eſt. Iuſtinus libro 2. Permutato regis habitu, pānoſus ſarmenta collo gerens, caſtra hoſtium ingreditur.
Fæx pannoſa. Perſ. Saty. 4. 4.

¶ Pannuncius: Perſius Satyr. 4, 3.

> Dum ne deterius ſapiat pannuncia Baucis.

¶ Pannuleium, ſudariolum ſignificat: vt eſt apud Varronem, libro 1. de Lingua Latina.

PANNVCEA] poma quæ celerrimè in rugas marceſcunt. Plinius libro 15, cap. 14, in fine.

PANOMPHAEVS] Iouis epitheton: quia ab omni lingua colitur. Ouidius libro 11. Metam. 40,

> Ara, Panomphæo vetus eſt ſacrata tonanti.

PANSAE] dicti ſunt, quibus lati ac panſi ſunt pedes. Plinius libro 11, cap. 45, 6.

PANSEBASTOS] gemma, quæ afferre fœcunditatem exiſtimatur. Plinius libro 37, cap. 10.

PANTHER, & PANTHERA] Animal ferum & maculoſum. Plinius libro 8, cap. 17, Panthera & tigris macularum varietate propè ſolæ beſtiarum ſpectantur. Ibidem, 5. Quidam ab his pantheras ſolo candore diſcernunt: nec adhuc aliam differentiam inueni. De pardis.
Panther currit amans. Author Philomelæ, 10.
Morſus Pantheræ. Lucretius libro 4, 205.
Pictarum fera corpora pantherarum. Ouidius 3, Meta. 134.

¶ Pantherinus. Pantherina pellis. Plinius libro 35, ca. 11, 16. Plaut. Epid. 2, 16.

> — qui variè valent,
> Caprigenum hominum non placet, neque pantherinum genus.

Pantherinæ menſæ. Plinius libro 13, cap. 15, 5, Menſis præcipua dos in vena criſpis, vel in vertice varijs. Illud oblongo euenit diſcurſu; ideoque tigrinæ appellantur: hoc intorto; & ideò tales pantherinæ vocantur.

PANTHERVM] Retis genus, ex eo nomen habens, quòd omnes aucs concludat. Vlpiānus de Actio. empti. & vend. l. Emptorem. §. vltimo. Veluti quum futurum iactum retis à piſcatore emimus, aut indaginem plagis poſitis à venatore, vel pantherum ab aucupe.

PANTICES] Fluxus ventris, Plaut. Pſeud. 4, 52.
Eo vos panticesq; adeò madefacitis, cùm ſim ego hìc ſiccus. Mart. libro 6, 64.

> Qui cum panticibus laxis, & cum pede grandi,
> Et rubro pulmone.

PANTOMIMVS] Perſonarum omnium imitator effictórque. Plinius libro 7, cap. 53, 6, Mythicum pantomimum, hoc eſt, fabularem quendam vocauit. Plinius Iunior epi. 144, b. Habebat illa pantomimos, fouebatque effuſius, quàm principi fœminę conueniret.

¶ Pantomimus: *pro poemate.* Plinius in Paneg. Idem ergo populus ille, ſcenici Imperatoris ſpectator & applauſor, nunc in pantomimis quoque aduerſatur, & damnat effœminatas artes, & indecora ſtudio ſecula.

PANVRGIA] Aſtutia, vaſritia. Plaut.

> Iſthæc panurgia tete in piſtrinum dabit.

PANVS] tramæ inuolucrum. Lucilius libro nono, Foris ſubtegminis panus eſt. Varro libro quarto, de Lingua Latina.

¶ Panus: *tumor ſub faucibus, auribúsve, & inguinibus.* Afranius Matertera: In quem plenam papulam, panum, tympanum. Nonius Optione: Qui me miſerum miſeriorem reddidit, quàm panus puerum. Vide Celſum libro 5, & Plinius libro 20, cap. 1, 2.

Panus, *in arboribus.* Plinius libro 16, cap. 8, 3, E' glandiferis ſola, quæ vocatur ægilops, fert panos arentes, muſcoſa villo canos: non in cortice modò, verùm & è ramis dependentes, cubitali magnitudine.

¶ Panicula, vel Paniculus: coma illa in qua ſemina dependent. Plinius libro 16, cap. 10, 10. In totum è ramis generum horum panicularum modo nucamenta ſquamatim compacta dependent, præterquam larici. Idem de arundinibus, libro 16, cap. 36, 2, Cæterò gracilitas nodis diſtincta, leui faſtigio tenuatur in cacumina; craſſiore paniculo coma, neque hac ſuperuacua. Idem libro 18, cap. 7, 5, & libro 8, 1, 12, 6. Item 19, cap. 1, 8.
Quicquid ſublonga & ſubrotunda forma tumet, panicula dici poteſt. Plinius libro vigeſimoprimo, cap. 4, 5, Græcula, inquit, roſa conuolutas habet foliorum paniculas.

¶ Paniculum tectorium. Plautus in Milite glorioſo.

PAPAE] Admirantis interiectio. Terent. Eunuch. 2, 2, 48,

> Ecquid beo te? P. méne? papæ? G. ſic ſoleo amicos.

Ibidem:

> — papæ, hæc ſuperat ipſam Thaidem.

PAPAVER] Plinius libro 19, cap. 8, 35, Papaueris ſatiui tria genera. Idem libro vigeſimo, capite 18, 18, Papaueris verò largus denſatur, & in paſtillos tritus in vmbra ſiccatur.
Hauſtus papaueris. Lucretius libro 2, 92.
Cereale papauer. Virg. 1, Georg. 43.
Fœcundum. Ouidius 11, Metam. 122.
Letheum. Virg. 4, Georg. 109.
Luteum. Catul. in Epithal. Mallij, 56, 39.
Purpureum. Propert. libro 1. eleg. 19, 8.
Soporiferum. Virg. 4, Aen. 97.
Veſcum. Virg. 4, Georg. 27.
Papauer, *maſculino genere.* Varro: Infrias ſenem papauerem. Plaut. Aſin. Formicis obijcis papauerem.

¶ Papauereus: Comę papauereę. Ouidius 4, Faſt. 88.

¶ Papaueratus. Papauerateę veſtes: à colore dicuntur. Plinius libro 8, cap. 48, 5.

PAPILIO] Plinius libro 11.ca.19.1,Papilio etiam hic ignauus & inhonoratus,luminibus accenſis aduolitans, peſtifer,nec vno modo. Colum.libro 9,cap. 14.
Feralis papilio.Ouidius 15,Metam.76.
PAPILLA] Vide PAPVLA.
PAPPAS] pro Patre accipitur,ſiue pro eo qui puerum alit. Ieuuen.Sat.6,63,
— timidus prægustet pocula pappas.
¶ Pappo. Blandiuſculis verbis patrem appello. Perſ. Satyr.3,2,
Et ſimilis regum pueris pappare minutum
Poſcis? & iratus mammæ lallare recuſas?
Pappare: *Cibum ſumere*.Plaut.Epid.14,62,
Nouo liberto opus eſt,quod pappet.
PAPPVS] Auſonius ad Nepotem ſuum,
—pappos,auiasq; trementes
Anteferunt patribus ſeri,noua cura,nepotes.
¶ Pappus: *Carduorum flos* Lucretius libro 3.78,
Veſtem nec plumas auium,papposq; volantes.
Pappus: *Lanugo helxines herbæ*. Plinius libro 21.cap.16,Semen ei lanuginis,quem pappum vocant.
Pappus: Herba,quæ alias Senecio dicitur. Plinius libro 25. cap.13,22.
PAPVLA] tuberculum, quod ieiunæ ſaliuæ defricatione curatur.Virg.3,Georg.113.
Ardentes papulæ,atque immundus olentia ſudor.
Plinius libro 28,cap.17,5, Papulis nigris, caſeus caprinus ſiccus ex melle & aceto in balneis,oleo remoto.
¶ Papilla: mammæ capitulum,vnde extrahitur lac. Plinius libro 11, cap.37,53. Homini tantùm intra læuam papillam. Varro 2,de Re ruſt.cap.9,4,Præterea fœminas volunt eſſe mammoſas,æqualibus papillis.
Forma papillarum apta premi.Ouidius 1, Amor.eleg.5,4.
Habiles papillæ.Ouidius 1,Amor.eleg.4,8.
Roſeæ.Catul.in Camerium,epigr.51,3.
Teneræ.Catul.in Epithal Iuliæ,56,21.
Papilla: *pro Ipſa mamma* Virg 11.Aen.161,
Haſta ſub exſertam donec perlata papillam Hæſit.
Tumidæ papillæ omne habent pectus. Ouidius 1,de Remed 68.
¶ Papilla: *Clauicula in fontibus,qua exſerta aqua effluit*. Varro 3,de Re ruſt.cap.14. Si adduxeris fiſtulam, & in eam papillas impoſueris tenues, quæ eructent aquam, ita vt in aliquem lapidem incidat,ac late diſſipetur.
PAPYRVS,vel PAPYRVM] Fruticis genus.Plinius libro 13, cap. 11,4. Papyrum ergo naſcitur in paluſtribus Aegypti, aut quieſcentibus Nili aquis. Mart.libro 3,2, ad Librum ſuum:
Cordylas madidâ tegas papyro.
Pagina creſcit multa papyro.Iuuen.Satyr.7,11.
¶ Papyraceus.Plinius libro 28,cap.11,6, Optimè ellychnio papyraceo.
Papyraceæ naues.Plinius libro 6,cap.22,2.
¶ Papyrifer. Amnis papyrifer.Ouidius 3.Triſt.6.
Nilus papyrifer Ouidius 15,Metam.151.
PAR] Subſtantiuum; Numerus duorum.
Par columbarum.Ouidius 13,Metam.178.
¶ Par: Adiectiuum: Decens,æquum.Quint.libro 5,cap.12, Si propter matrimonia violata vrbes euerſæ ſunt; quid fieri adultero par eſt.
Par eſt,animum aduertere ad hæc.Lucretius libro 2,25,
¶ Par eſt: *Similis & æqualis*.Virg.4,Georg.20,
— & paribus lita corpora guttis.
Par idem.Plaut.Bacch.22,23,
Quid tibi eſt? N. pol mihi par idem,quod eſt tibi,
Par & Similis,*differre videntur*.Quint.libro 10.cap.1, Mihi egregiè dixiſſe videtur. Seruilius Nouianus, pares eos magis,quàm ſimiles.De Salluſtio & Liuio.
Neque par,neque diſpar.Lucretius libro 2,148.
Par atque Cæſar bel.Gal.libro 5.Pari ſpatio tranſmiſſus, atque ex Gallia,eſt in Britanniam.
Cantare pares.Virg.7,eclog.1,
Et cantare pares,& reſpondere parati.
Par ſapientia ad formam.Plaut.Milit.18,36.
Par ſuperis Tytides.Horat.1,Carm.Ode 6,4.
Res ſunt pares furta latrocinijs. Horatius 1. Serm. Satyr.3,24.
Pares ætate.Plaut.Merc.19,30.
Aetate pares miniſtri Virg.1,Aen.142.
Par ſtudijs, æuique modis; ſed robore diſpar. Statius 1, 1,Achil.36.
Paribus animis.Liu.1,ab Vrbe,106.
Par amor eſt illis Ouidius 12,Metam.84.
Arma paria.Virg.5,Aen.85.
Auſpicia.Virg.4,Aen.21.
Fortuna par duorum.Ouidius 2,de Arte,113.
Par ingenium nanciſci.Terent.Hecyra,1,2,95.
Pœna par dilecto.Ouidius 2.Triſt.46.
Dignum,& par precium laboris.Plin.epiſt.53,h.
Paria componere.Plinius.Paria nunc componuntur,naturâ atque luxuria depugnante.
Par coeat iungaturque pari.Horatius 1,epiſt.5,6.
Nubere pari.Ouidius epiſt.9,7.
Parem eſſe: *Sufficere*. Cæſ.1,bel,Gal.165, Qui tamen pares eſſe noſtro exercitui non potuerunt.
Parem eſſe alicui: *pro, Aequalia reddere* Plaut.Capt.6,65.
Bene merenti,bene profuerit: male merenti, par erit.
Paria facere.Seneca de Beneſ. libro 3,cap.9,Cùm aliter beneficium detur, aliter reddatur; paria facere difficile eſt. Quintilia. Declamat.6,Sic paria faciemus: illic tu eris vicarius meus. Colum.lib.1,cap.8,9, hæc enim negotiatio auocat villici curam, nec vnquam patitur eum cum rationibus domini paria facere. Plinius epiſt. 139.c. libro 7. ad Priſcum: Habuerunt officia mea in ſecundis, habuerunt in aduerſis: non feci tamen paria.
Parem facere rationem cum forenſibus negotijs. Colum. libro 2,in Præf.
Parem gratiam referre Terent Eunuch.4,4.52.
Par referre.Terent.Adelph 1,1,48.
Par pari.Plaut Pſeud 10.26,
Euge, par pari: aliud autem quod cupiebam, contigit.
Par pari datum.Plaut.Aſin.
Par dari datum hoſtimentum eſt: opera pro pecunia.
Par pari referre.Terent.Eunuch. 3,1,54.
Par pari reſpondere,Plaut.Trucul.19,45,
Vnguenta,nocte, fauium. P. par pari reſpondet.
Par impar: *Genus ludi*.Sueton.in Auguſto, cap.71. Miſi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos ſingulis conuiuis dederam, ſi vellent inter ſe poſt cœnam vel talis,vel par impar ludere. Horat.2,Serm.Sat.3,50.
Ludere par impar; equitare in arundine longa.
¶ Pariſſimus.Plaut.Curc.10,20,
Eodem hercle vos pono & paro: pariſſimi eſtis ijbus.
¶ Parilis.Lucretius libro 2,
Concharumque genus parili ratione videmus
Pingere telluris gremium.
Aetate parile.Ouidius 8,Metam.
Noctes pariles agitare dieſq;.Lucretius libro 1.
Ratione parile Lucretius libro 2.
Segetes pariles.Varro de lingua Latina libro 4.
Accipere, & Parili reddere voce Vale. Ouidius 1, Triſt. eleg.7.
¶ Parilitas. Gellius libro 14, cap.3, Parilitas virtutum inter ſe conſimilium.
¶ Perfrictio. Plinius lib. 28, cap. 18, 2, Sanat & vertigenes, tremulos, opiſthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones.
PERFRIGEO] Mart. lib. 3, 18,
Perfrixiſſe tuas queſta eſt præfatio fauces. Iuuenalis Satyr. 7, 20. Et ſi perfrixit, cantat bene.
PERFRIGERO] Plin. lib. 25, cap. 13, 17, Omnium harum vis eadem, perfrigerare & aſtringere.
¶ Perfrigeſco. Plin. lib 31, cap. 6, 10, Difficiliùs perfrigeſcunt marina calefacti. Sic Varro 2, de Re ruſt. cap. 9, 11.
PERFRINGO] Plinius epiſt. 101, e. lib. 5, Campi, quos monuiſti, ingentes boues & fortiſſima aratra perfringunt. Terentius Adelph 1, 1, 12.
—ne aut ille alſerit;
Aut vſpiam ceciderit, ac perfregerit aliquid.
Penitùs perfringere aliquid. Liu. 1, bel. Pun. 135.
Colla perfringere bipenni. Valer. 1, Argon. 40.
Domos Tacit. lib. 20.
Fulmine perfregit Olympum Iuppiter. Ouid. 1, Metam. 32.
Perfringere phalangem hoſtium. Cæſar 1, bel. Gal. 96.
Portas vi perfringere. Lucan. lib. 3, 69.
Tēpora prefregit fuluo protecta capillo. Ouid. 12, Metā. 55.
¶ Perfringens. Lucret lib. 5,
—vt interdum validi vis incita venti
Perſcindat nubem, perfringens impete recto.
¶ Perfractus. Axe perfracto voluitur. Silius lib. 16, 83.
Fores perfractæ. Tibul lib. 1, eleg 10, 11.
Oſſa perfracta trinodi claua. Ouid. epiſt. 4, 23.
PERFRVOR] Plinius epiſt. 4, Quod velim facias, primùm vt perinde noſtris rebus, ac nos tuis, perfruaris.
Amplexu alicuius perfrui Ouid. epiſt. 15, 44.
Perfrui: *in malam ſignificationem*. Ouid. epiſt. 11, 26,
—mandatis perfruar ipſa patris.
¶ Perfructus. Lucret. lib. 3, 195.
Omnia perfructus vitai præmia.
PERFVGIO] Liu. 2, ab Vrbe, 38, Iam Tarquinij ad Lartem Porſenam Cluſinum regem perfugerant.
In Capitolium, aliaue vrbis templa perfugere. Tacit. lib. 3.
¶ Perfugium. Plaut. Caſin. 15, 3,
—neſcio vnde auxilij, præſidij,
Perfugij mihi, aut opum nunc copiam comparem.
Habere ſibi perfugium. Lucret. lib. 5, 234.

PERFVLCIO] Ouid. ad Piſonem, 20,
Eloquio ſanctum modo perfulcire Senatum.
PERFVNCTVS] Vide PERFVNGOR.
PERFVNDO] Repulſum foribus perfundit gelida. Horat. 2. Serm. Satyr. 7, 19.
Fluuijs perfundunt pecus magiſtri. Virg. 3. Georg. 90.
Artus perfundere rore. Ouid. 3. Metam. 33.
Enſis perfunditur ſanguine. Ouid. 7. Metam. 80.
Sanguine perfundit penates. Ouid. 5. Metam. 31.
Perfundi & tingi. Seneca epiſt. 36, Liberalia ſtudia, non illa, quibus perfundi ſatis eſt; ſed hæc, quibus tingendus eſt animus.
Perfundere animum religione. Liu. 10. ab Vrbe, 199.
Perfundere tecta auro. Seneca epiſt. 116.
¶ Perfundens. Sol omnia perfundens conueſtit ſua luce. Lucret. lib. 2, 30.
¶ Perfuſus. Multo perfuſus tempora Baccho. Tibull. lib. 1. eleg. 2, 1.
Cruore. Liu. 10. bel. Pun. 126.
Sanguine fratrum perfuſi. Virg. 2. Georg. 102.
Currus perfuſi ſanguine. Virg. 11. Aeneid. 18.
Terra perfuſa ſanguine. Ouid. 1. Metam. 32.
Lachrymis perfuſus Achilles. Ouid. 5. Faſt. 12.
Corpus perfuſum frigore lethi. Lucret. lib. 4, 187.
Gloria perfuſa fuco. Ouid. 1. Faſt. 61.
Lepôre perfuſa. Lucret. lib. 4, 17.
Metu & timore perfuſus. Liuius 9. ab Vrbe, 85. Ibidem, libro 2, 267.
Tempeſtate belli perfuſus pectora Mars. Stat. 3. Theb. 46.
Canities immundo puluere perfuſa. Virg. 12. Aeneid. 123.
Coloribus omnigenis perfuſa. Lucret. lib. 2, 165.
Veſtes perfuſæ oſtro. Virg. 5. Aeneid. 23.
¶ Perfuſoriè. Scæuola in l. qui libertatis §. ſed et. ff. de euict. & dupl. Sed & ſi quis in venditione ſtatuliberum perfuſoriè dixerit, conditionem autem libertatis celauerit, empti iudicio tenebitur; ſi id neſcierit emptor.
¶ Perfuſio. Plin. lib. 18. cap. 7. 24,
Italia ſine perfuſione toſtum in ſubtilem formam molit.
PERFVNGOR] Terent. Hecyr. 4. 2. 18,
Dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum.
Perfungi cura. Liu. lib. 6 bel Pun. 87.
¶ Perfunctus. Liuius 8. bel. Pun. 214.
Perfunctus fato Liuius 9. ab Vrbe, 2.
Perfunctus à febri. Varro 2. de Re ruſt. cap 4. 5.
¶ Perfunctoriè. Vlpianus in l. aut qui. D. quod vi aut clàm. Neque quidem perfunctoriè aut obſcurè dicere, aut denuntiare debet.
PERFVRO] Lucret. lib. 1. 56,
----ita perfurit acri
Cum fremitu. Virg. 9. Aeneid. 69.
----incenſus & ipſe Perfurit.
PERFVSORIE, PERFVSIO, PERFVSVS] Vide PERFVNDO.
PERGIGNO] Catul. Argon. 18,
Qales Eurotæ pergignunt flumina myrtos.
PERGO] Terent. Adelph. 4. 2. 41,
Sed ceſſo ad eum pergere? Ibidem 39,
Hàc pergito.
Pergit huc. Terent. Eunuch. 2. 1. 22. Idem Hecyr. 3. 4. 36,
---horſum pergunt.
Perge ire ad Phauorinum. Gel. lib. 14. cap. 2. Liuius 2. belli Pun. 220; Pergit deinde ire, ſequentibus paucis, in hoſpitium Metelli.
Pergo tendere aliquò Virg. 6. Aeneid. 40.
Pergere iter. Terent. Hecyr. 1. 2. 119.
Pergere iter ambitione ac periculis vacuum. Tacit. lib. 4.
Ad littora pergens. Silius lib. 7, 45.
Pergunt domos eorum, apud quem quiſque ſeruierat. Liuius 2. ab Vrbe, 94.
¶ Pergere: *Proſequi, procedere.* Terentius Adelph. 2. 1. 27,
Nam, ſi moleſtus pergis eſſe, iam intrò arripiere.
Cuncta pergunt ordine ſuo. Valer. 1. Argon. 108.
Pergam diſponere carmina. Lucret. lib. 3, 16.
Iuuenemq; extinguere pergit. Valer. 1. Argon. 7.
Si pergis. Liuius 2. ab Vrbe, 171, De his videris, quos (ſi pergis) aut immatura mors, aut longa ſeruitus manet.
¶ Pergere: *Agere.* Virg. 6. eclog. 3.
Pergite Pierides.
Pergere: *Feſtinare.* Terent. Phorm. 1. 4. 17.
—domum ire pergam, ibi plurimùm eſt.
Perge non dubio gradu. Seneca Thyeſte, 5, 18.
Pergere: *Conari.* Terent. Phorm. 5. 6. 27.
—hoc vbi ego audiui, ad fores
Suſpenſo gradu placidè ire perrexi.
Perge in virum. Plaut. Menæch. 14, 37.
¶ Pergitur. Tacitus de vita German. Eaq; Germaniæ velut frons eſt, quatenus Danubio pergitur.

¶ Pergin': pro Pergiſne? Plaut. Amphit. 4. 1. 95,
Pergin' argutarier? Terentius Eunuch. 2. 3. 88,
Eamus. P. pergin'? CH certum eſt.
PERGRACILIS] Plin. lib. 25. cap. 13. 14, Longiore caule, ſed pergracili.
PERGRAECOR] Plaut. Bacch. 18 15,
Propterea hoc facio, vt ſuadeas gnato meô,
Vt pergræcetur tecum, ter venefice.
Idem Moſtellar. Act. 1. Scen. 1,
Dies noctesq; bibite, pergræcamini,
Amicas emite, liberate, paſcite
Paraſitos, obſonate pollucibiliter.
PERGRANDIS] Pergrandis natu. Liuius 9. bel. Pun. 146.
PERGRAPHICVS] quaſi pictoris manu expolitus. Plautus Trucul. 17. 15.
—modo mihi aduenienti nugator
Quidam acceſſit obuiàm, nimis pergraphicus ſycophanta.
PERGVLA] locus apertus, à multis lateribus aerem excipiens. Plin. lib. 35. cap. 10. 19, de Apelle: Perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus; atque poſt ipſam tabulam latens, vitia, quæ notarentur, auſcultabat. Idem lib. 21. ca. 3. 3, Cum corona roſacea interdiu è pergula ſua in forum proſpexiſſe dictus. Iuuen. Satyr. 11, de cœnis diuitum loquens:
Sed nec ſtructor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula.
Pergula: *locus accommodatus exponendis venalibus.* Vlpianus in l hæres de iudicijs, At ſi quo conſtitit, non dico iure domicilij; ſed tabernulam, pergulam, horreum, armarium, ſeu officina conducens, ibiq; diſtraxit vel egit: defendere ſe ex loco debebit. Plin. lib. 19. cap. 5. 6, de cucurbitis: Leui vmbra pergulas ac cameras operiens.
In pergulis præceptores diſcipulos erudiebant. Sueton de Craſſitio grammatico: Deinde in pergula docuit, donec, &c.
¶ Pergula, *in vineis, topiarium opus.* Colum. lib. 11. cap. 2. 23, Si quæ pergulæ vitium generoſarum, à putatoribus relictæ ſunt, ante calendas Apriles vtique deputari debent. Idem lib. 4 cap. 21. 2, Illa enim pergulæ magis, quàm vineæ figuram obtinet, quę ſupra hunc modum materijs diſtēditur.
¶ Pergulanus. Pergulana vitis. Col. lib. 3. cap. 2. 17.
PERHIBEO] Colum. lib. 4. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Terent. Adelph. 3. 4 59,
Tam maximè vos æquo animo æqua noſcere
Oportet, ſi vos vultis perhiberi probos.
Perhibere: *Dare.* Plaut. Pſeud. 4. 49,
—cur ego veſtem,
Aurum, atq; ea quib. eſt vobis vſui, perhibeo? Ibid. 5. 13.
Teſtimonium perhibere. Varro 2 de Re ruſt. cap 5. 2, Tu verò Muri veni mihi aduocatus, dum aſſes ſoluo Palilibus: ſi poſtea à me repetant, vt teſtimonium perhibere poſſis.
Verba. Plaut. Aſin. 5. 36,
Si ecaſtor nunc habeas quod des, alia verba perhibeas: Idem Rud. 4, 50.
Honorem. Plin. lib. 19. cap. 4. 10, Virgilio quoque confeſſo, quàm ſit difficile, verborum honorem tam paruis perhibere. Idem lib. 29 cap. 1, 27.
Tellus ſalſa, quæ perhibetur amara. Virg. 2. Georg. 48.
Perhibere: *pro Exhibere & efferre.* Quint. lib. 1. cap. 2, Quia Latinus ſermo, qui pluribus in vſu eſt, vel nolentibus nobis ſe perhibet.
PERHILVM] Perpalùm. Lucret. lib. 6.
PERHORREO, ſiue PERHORRESCO] Aequor latum perhorruit. Ouid. 6. Metam. 141.
Clamore perhorruit Aetna. Ouid. 13. Metam. 116.
Nauita Boſphorum perhorreſcit. Horat. 2. Carm. ode 13, 3.
Caſus perhorrere. Ouid. 5. Triſt. eleg. 10, 3.
¶ Perhorridus. Liu. 2. bel. Pun. 73, Pœnus contrà intra Formiana ſaxa, ac Linterni arenas, ſtagnaq; perhorrida ſitu, hybernaturus eſſet.
PERHYEMO] Col. lib. 11. cap. 3 2, Sed eos vacuos perhyemare patiemur. De ſulcis loquitur.
PERICARPVM] Bulbi genus eſt. Plin. lib. 25. cap. 10.
PERICLITOR] Vide PERICVLVM.
PERICLYMENOS] Plin. lib. 27. cap. 12, 14.
PERICVLVM] Virg. 3. Aeneid. 74,
Obſcœnamq; famem, quæ prima pericula, vito.
Periculum in. Terent. Hecyr. 3. 1. 46.
Nam ſi periculum vllum in te eſt, perijſſe me vnà haud (dubium eſt:
Periculo meo. Plaut. Capt. 6. 99,
Ne vereare, meo periculo huius ego experiar fidem.
Terent. And. 3. 1. 22,
Nunc huius periculo fit: ego in portu nauigo.
Caſus periculorum. Catul ad Furium, epig. 20, 3.
Conſors periculi. Seneca Agamem. 13, 6.

Metuens pericli. Virg.5. Aeneid.144.
Opportuna periculis. Celſus lib.2. cap.1, Qualia corpora maximè tuta, vel periculis opportuna ſint.
Subiecta periculo. Celſus lib.7,7.
Subtrahere periculo. Celſus lib. 2. cap.8.
Terrere periculo. Celſus lib.7.cap.6.
Venire in periculum. Celſus lib.8 cap.10.
Dubia pericli. Lucret.lib.3,11.
Dulce periculum. Horat.3. Carm.ode 25,4.
Dura pericla. Horat.1.Serm.Satyr.2,8.
Matura pericula. Claud.2.in Ruff.5.
Metuenda. Horatius 2 epiſt.1,28.
Arcere aliquem periclis. Virg.8. Aeneid.15.
Circumſtant te pericula. Virg.4.Aeneid.112.
Contremere periculum. Hor.2.Carm.ode12,2.
Magnis pelagi defunctę periclis. Virg.6.Aen.17.
Diſcere pericula. Stat.6.Theb.5.
Nocturna pericula effugit. Lucan.lib.1,103.
Ereptus periculis. Virg 3. Aeneid.143.
Exhauſta pericula maris & terræ. Virg. 10. Aeneid.12.
Facere periculum alicui: *Adducere in periculum.* Tacitus libro 13, Tanquam inſonti periculum feciſſent. Idem libro 16.
Facere periculum: *pro Adire diſcrimen.* Tacit.lib.14.
Faceſſere periculum alicui. Tacit.lib.1, Mox clariſſimo cuique periculum faceſſit.
Gliſcunt pericula. Tacit.lib.15.
Iactatus periclis. Virg.6.Aeneid.139.
Cladem importare pericli. Lucret.lib.3,165.
Intendere periculum alicui. Tacitus libro 3, Ob intenta Lepidæ pericula.
Intentare periculum. Quint.lib.4.cap.3,5.
Laſſata periclis. Lucan.lib.9,179.
Liberatus periculo. Quint.lib.2. cap.16,7.
Mittere ſe in pericula. Virg.9. Aeneid41.
Caput obiectare periclis. Virg.2. Aeneid.151.
Opponere pericula. Quint.lib 3.cap.8,21.
Paſſus plurima pericula pelago terraque. Ouid. 3. Triſt. eleg. 2, 2.
Priuata periclis natura diuûm. Lucret.lib.1,12.
Spreto noctiſq; hoſtiſq; periclo. Ouid.13. Metam.49.
Subire periculum Horat. Epod,1,1.
Subijcere aliquid periculo. Quint.lib,7.cap.2,37.
In periculo eſſe. Liu.8 bel Pun.13.
Periculo publico eſſe ab hoſtium vi. Liu.3.bel.Pun.224.
Periculum eſt mihi. Terent. Phorm.2.2.19,
Alijs aliunde eſt periculum, vnde aliquid abradi poteſt. Idem Heaut.5.2.27.
Adeóne rem redijſſe, vt periculum etiam famæ ſit, Syre?
Periculum eſt à, vel ex. Terent Hecyr.5.1.9,
Si vera dicis, nihil tibi pericli eſt à me, mulier. Idem Heaut.3.1.6,
Quum illi nihil pericli ex iudicio ſiet?
Sumere periculum. Tacitus libro19.
Suſcipere pericula. Tacitus libro 1.
¶ Periculum: *Experimentum.*
Audere periculum. Tacitus libro 19.
Facere. Terent.And.3.3.35,
Illud periculum in filia fieri, graue eſt. Idem Heaut. 1.2.36,
Scitum eſt, periculum ex alijs facere, tibi quod ex vſu ſiet.
¶ Periculoſus Alea periculoſa. Horat.2. Carm. ode 1,1.
Dimicatio periculoſa. Liuius 1.ab Vrbe,121.
¶ Periclitor. Plin. lib. 17. cap. 24.3, Arbores gelu periclitantur.
Periclitari cancro. Celſus lib.5.cap.26.
¶ Periclitari, Experiri.
Periclitari. quid, &c. Cæſ.7 bel.Gal.147, Neque vllum ferè diem intermittebat, quin equeſtri prælio interiectis ſagittarijs, quid in quoque eſſet animi ac virtutis ſuorum, periclitaretur.
Verba non periclitentur. Quint.lib.7.cap 4,13.
Periclitari, *cum infinitiuo.* Quint.lib.11.cap.3, Vox ima vim non habet: ſumma, rumpi periclitatur.
Periclitatur quis fieri inops. Triphon in l.ne ex liberalitate. ff. de re iudic.
PERIDONEVS] Sueton. de claris. Grammat 21, Peridoneus præceptor. Cæſ.2.bel. Ciuil.101, Quòd is locus Peridoneus caſtris habebatur.
PERIDROMIS] Hypethra ambulatio ambiens paleſtras, Vitruuius.
PERIERGIA] Quint.lib.8. vbi de ornatu loquitur: Eſt etiam, quæ Periergia vocatur, ſuperuacua, vt ſic dixerim, operoſitas.
PERILEVCOS] gemma, filum habens candidum, ab ipſo ore ad radicem vſq; deſcendens. Plin.lib.vlt.cap.10.
PERIMBECILLVS] Varro 3. de Re ruſt. cap.10.5, Perimbecillum enim id, vt caput molle.
PERIMO] Plaut. Menæch.1793,
Virum hunc ego perimam impuriſſimum.
Penitùs perimere aliquid. Lucret.lib.1,46.
Curas. Plin.lib.11.cap.37.60, Tunc enim perimit curas.
Dolo perimere aliquem. Senec.Herc.Oetheo.4,41.
¶ Peremptus. Liuius libro 2.ab Vrbe,95.
Cæde perempti. Virg.9. Aeneid.91.
Fraude peremptus. Valer 6. Argon.150.
Morte indigna. Virg.6. Aeneid.29.
Plagis. Virg 4. Georg 61.
Animæ peremptæ bello. Lucan libro 1,89.
¶ Peremptorius. Venenum peremptorium. Apuleius lib.10.
Et apud Vlpianum. ff. de iudicijs l. & tertium, quibus propoſitis, tunc peremptorium impetret. quod inde hoc nomen ſumpſit, quod perimeret diſceptationem.
PERINCERTVS] Gellius libro 18.cap.4.ex Salluſtio: perincertum, ſtolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sylla emptoribus bonorum remiſerat, exigenda promulgauit.
PERINCOMMODVS] Liuius 7 bel.Maced.167, Quæ nihil admodum Romanis, eadem perincommoda regijs erãt.
PERINCONSEQVENS] Gellius libro 14.cap.1, Per autem, inquit, inconſequens ipſum quidem corpus, & habitum tam profundi aeris, ſub alio atque alio cæli curuamine non eundem manere.
PERINDE] Facis perinde adeò, vt me velle intelligis. Plautus Amphit.11,25.
Perinde ac. Cæſar 3.bel. Ciuil.213, Perinde ac ſuis ſatisfacere, & fraudata reſtituere vellent.
Perinde, prout. Quint lib.9 cap.4, Perinde aſperiores erunt, prout oris hiatu ſimili aut diuerſo pronuntiabuntur.
Perinde diu, quàm. Plaut. Trucul.7.2,
----ſi perinde amentur
Mulieres, diu quàm lauant.
Perinde, quàm. Suetonius in Domit. cap.15, Nulla tamen re perinde commotus eſt, quàm reſponſo caluq; Aſcletarionis mathematici.
Perinde, tanquam Gellius libro 15.cap.29, Hoc perinde eſt, tanquam ſi ego dicam; Eſt mihi nomen Iulium. Liuius Decad.1.lib.4.
¶ Perinde: *pro Ita.* Liuius 7.bell.Pun, Ipſe cum Mutinis equitatu prouinciam peragrabat, vt viſeret agros, cultaq; ab incultis notaret: & perinde dominos laudaret, caſtigaretque.
Perinde: *Pariter, æquè.* Plinius Iunior epiſt.1.lib.2, Funus Rufi clariſſimi ciuis, & perinde fœlicis. Suetonius in Iul.Cæſ. cap.56.
Non perinde. Suet. In Galba, cap.13, Quare aduentus eius non perinde gratus fuit. Idem in Auguſto, cap.80.
Perinde: *ſimiliter.* Terent. Phorm.4.3.63,
Sexcentas perinde potiùs ſcribito iam mihi dicas.
Perinde: *ſine relatione in ſignificatione comparationis.* Liuius 7. bel.Pun.1, Cultaq; ab incultis notaret: ac perinde dominos laudaret caſtigaretque.
PERINFAMIS] Sueton. in Vitellio, cap.2, amore libertinæ perinfamis.
PERINIQVVS] Liu.2. bel.Pun.204.
PERINTEGER] Gellius lib.3. cap.5, Caſtitatis perintegræ dicebatur.
PERIODVS] Quint.lib.9 cap.4, Periodo plurima nomina dat Cicero: ambitum, circuitum, comprehenſionem, continuationem, circumſcriptionem.
¶ Periodicus. Plin lib. 20. cap.3.3, Semina eius, ſi fuerint pari numero adalligata febribus, ſanare dicuntur, quas Græci periodicas vocant. De cucurbita.
PERIPNEVMONIA] pulmonis exulceratio. A' Celſo Peripneumaticus morbus dicitur, lib.4.cap.7.
¶ Peripneumonicus: Qui hunc morbum patitur. Plin. lib. 22.cap.24 2. Idem lib. 20 cap.17.2, Tuſſientibus quoque cum melle datur, & pleuriticis, & Peripneumonicis.
PERISCELIS] Ornamentum pedis circa crura. Horat.lib.2. epiſt. 18.12,
Noxa refert meretricis acumina. ſæpe catellam,
Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis.
PERISSON] inæquale & impar Plin.lib. 21. cap.31.3, Qui parciùs ſpectauerant, manicon cognominauere: qui nequiter occultabant, erythron aut neurida; vt nonnulli, periſſon. De ſtrychno.
PERISTEREOS, vel PERISTEREON] Herba. Plin.lib.25. cap.10.6, Et cap.9.3.
PERISTEROTROPHIVM] Locus in quo columbæ habitant. Varro 3. de Re ruſtic. cap.7, Duo genera earum in periſterotrophio eſſe ſolent.
¶ Periſtereon: Idem. Varro 3.de Re ruſt.cap.7.

PERISTRO-

PERISTROMA] Quaſi circunſtratum. Plaut Sticho,6.54,
Tum Babylonica periſtromata, ſellas & tapetia
Aduexit nimium bonæ rei. Idem Pſeud.4.12.

PERISTYLIVM] Locus clauſus columnis. Vitruuius libro 5.cap.11, In palæſtris periſtylia quadrata ſiue oblonga ita ſunt facienda, vti duorum ſtadiorum habeant ambulationis circuitionem.

Periſtylium, *etiam eſt locus atrio proximus*, Vitruuius libro 6. cap.7. Item *aula* Ibidem cap.9.

PERITO] Vide PEREO.

PERITVS] Obſequi peritus. Tacit. in Vita Agricolæ.
Vati parere perito. Ouid. 1.de Arte,6.
Honeſtorum ac turpium peritus. Quint.lib.2.cap.20,6.
Peritus operum, auguriorum, iuris. Traianus libro 10. ad Plin. epiſt.259. Item, epiſt.22.2, Quàm peritus ille & priuati iuris, & publici. Idem de Viris illuſt.6, Peritus auguriorum.
Iuris legumq; peritus. Horat.1.Serm.Satyr.1,2.
Docendi peritus. Quint.lib.1.cap.3,1.
Cantare peritus. Virg.10.eclog.2.
Vſu. Cæſar 3.bel.Ciuil.362, Vſu periti, ac ſuperioribus pugnis exercitati, ſua ſponte curſum repreſſerunt.
Scientia. Hirtius de bel.Afric. Mirabili, peritus ſcientia bellandi.
Facere aliquem peritum. Propert. lib.1.eleg.9,2.
Peritum initium: Peritus ſermo. Quint.lib.9. cap.4, Poema nemo dubitauerit perito quodam initio fuſum. Idem lib. 8.cap.6, Vario Marte pugnatum eſt: Peritus eſt ſermo.
Peritiſſimus de agricultura. Varro 1.de Re ruſt.cap.2,9.
¶ Peritia. Plin.lib.14. cap.1.4, Aliæ, peritia domini amplo diſcurſu atria media complentes.
Gratiæ ac voluptatis peritia. Quint.lib.2.cap.15,17.

PERIVRVS] Virg. 2.Aeneid 19,
Talibus inſidijs, periuriq; arte Sinonis. Plaut.Pſeud.3. 129, Periurum caput.
Corpus periurum. Propert lib.2.eleg.5,5.
Crimina periura. Stat.10. Thebaid.117.
Diadema periurum nocentis regni. Stat.9. Thebaid.11.
Domus periura. Horat. 3. Carm.ode 3,6.
Enſe periuro ſuperbus Hannibal. Stat.4.Syl.6,16.
Fides periura patris. Horat 3.Carm.ode 24,12.
Gens periura. Silius lib.16,30.
Meretrix. Horat.3. Carm.ode 35,5.
Mœnia periura. Ouid.11.Metam.44.
Os periurum. Ouid. 2.Amor.eleg.10,7.
Pectora periura. Ouid 2.Metam.142.
Vir periurus. Ouid.epiſt.10,16.
¶ Periurior hoc homine non eſt. Plaut. Milit.3,20.
¶ Periuriſſime hominum. Plaut. Pſeud.5,116.
¶ Periurium. Linguæ falſæ periuria. Ouid.epiſt.7,13.
Deuotum periurium. Catul. Argon epig.59,17.
Laſciua periuria. Claud.de nuptijs Honorij,17.
Nectere periuria blanditijs. Claud.1.in Ruff.45.
Reuocare periuria. Propert lib.1.eleg.14,5.
Vendere periuria. Iuuen.Satyr.14,22.
¶ Periurioſus. Plaut. Trucul.4.49,
Procatiores eſtis vos; ſed ili periurioſi.
¶ Periuro. Plaut.Bacch.20.116, Ne periurem, cura. Horat.2. Serm.Satyr.3,
----quare
Si quiduis ſatis eſt, periuras, ſurripis, auſers Vndique?
Ouid.3.Amor.eleg.10.5,
Et periuratos in mea damna deos.
¶ Periuratiuncula. Plaut.Sticho,4.76, Ac periuratiunculas paraſiticas.

PERLABOR] Neptunus perlabitur æquora curſu frænatis equis. Silius lib.3,23.
Volucris perlabitur auras. Tibul.lib.4.ad Meſſalam,1,26.
Campum perlabi. Silius lib.16,79.
Rotis leuibus ſummas perlabitur vndas. Virg.1.Aeneid.31.
Perlabi per acies. Lucret.4.50.
Ad imos animi perlapſa receſſus. Stat.4.Syl.6,1.

PERLAETVS] Liuius 10.ab Vrbe,99, Supplicatioque perlæta fuit.

PERLECEBRA] Plaut.Aſin.4.7,
----te perdam ego & filiam,
Perlecebræ, pernicies, adoleſcentum exitium.

PERLEGO] Quint. Quod videre non eſt ſatis, ſed perlegendum erit.
Scripta perlegi. Ouid.4 de Ponto, eleg.13,7.
Perlegere oculis. Virg.6.Aeneid.7.
Vultu duro perlegere aliquid. Ouid. epiſt.15,3.
Perlegere animis, oculiſq; ſequacibus auras. Stat.3.Thebaid. 100.

PERLEPIDVS] Plaut.Pſeud.11.53, Euge perlepide Charine, me meo ludo iam beas.

PERLEVIS] Liu.4.bel. Pun.152.

PERLIBERALIS] Terent.Hecyr.5.4 23,
Perliberalis viſa eſt.

PERLIBRO] Colum.lib.3.cap.13.12, Nam ſtella, quam diximus Græcæ literæ faciem obtinere, pariter imæ foſſæ ſolum metitur, atque perlibrat. Idem lib.2.cap.2.1, Campum non æquiſſima ſitum planitie nec perlibrata, ſed exiguè prona.
Iaculum à tergo perlibrat ad oſſa. Silius lib.15,137.

PERLICIO] Liuius 4.ab Vrbe, 208. Vt quos quiſque poſſet, ex collegio Tribunorum, ad interceſſionem perlicerent.
Perlicere in amicitiam. Liu.5.bel.Maced.162. Tacit. lib.13, Necem & arma perliceret.

PERLIGO] Plaut.Bacch.2.28, O' perligatum pectus.

PERLINIO] Colum. lib.9. cap.12.1, Protinus cuſtos nouum loculamentum in hoc præparatum perlineat intus predictis herbis.

PERLINO] Col.lib.7.cap.5.18, Mox vlcera lauantur aceto, & tunc pice liquida cum adipe ſuilla perlinuntur. Plaut. Caſin.5.25,
Senecta ætate vnguentis perlitus ignaue incedis?

PERLITO] Valerius Antias apud Gellium, libro 1.cap.7, Si hę res diuinæ factæ, riteq; perlitatæ eſſent; aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum eſſe. Liu.6 bel Maced. 2, Ea omnia ſacrificia læta fuerunt, primiſq; hoſtijs perlitatum eſt.

PERLONGVS] Plaut.Trinum.11.12,
----nunc ſi opperiri vis aduentum Charmidis,
Perlongum eſt.
¶ Perlongè. Terentius Eunuch.3.5.61,
Perlongè eſt: ſed tanto ocyùs properemus.
¶ Perlonginquus. Plautus Bacchid.23.74,
Non tibi venit in mentem, amabo: ſi, dum viuas, tibi benefacias:
Iam pol id quidem eſſe haud perlonginquum?

PERLVBET] Plaut. Capt.13.64,
Perlubet hunc hominem colloqui.

PERLVCEO. Plin.lib.10.cap.54.1, Si contra lumen, cacumine ouorum apprehenſo, vna manu putus & vniuſmodi perluceat color, ſterilia exiſtimantur eſſe.
Littora natiuis perlucent picta lapillis. Propert.libro primo, eleg.2,3.
¶ Perlucens. Amictu perlucenti circundata Salmacis nympha. Ouid.4.Metam.63.
Fibras perlucẽtes numerare in pectore. Ouid.6.Metam.79.
¶ Perlucidus. Col.lib.11.cap.2.50, Quidam, quum vidiſſent partem aliquam vuarum viteſcere, crediderunt tempeſtiuam eſſe vindemiam: quidam, cùm coloratas & perlucidas vuas animaduertiſſent. Martial.lib.12.34,
Crine nitens, niger vnguento, perlucidus oſtro.
Amnis magis perlucidus vitro. Ouid. epiſt.21,32.
Bulla perlucida. Ouid.10. Metam.146.
Fons ſonat à dextra tenui perlucidus vnda. Ouid.3. Metam. 33.
Vitro perlucidior prodiga arcani fides. Horat.1. Carm.ode 18,4.
¶ Perlucidulus. Catul.in Ruffum, epigram.64,
Non, ſi illam raræ labefactes munere veſtis,
Aut perluciduli delicijs lapidis.

PERLVDO] Propert.lib.4.eleg.4.4,
Vidit arenoſis Tacium perludere campis.
¶ Perluſorius. Vlpian.l.14. de appel.in P. Si perluſorio iudicio actum ſit aduersùs teſtamentum.

PERLVO] Colum.lib.6. cap.8.1, Tùm vino perluitur os. Plin.lib.8.cap.27.1, Roſtri aduncitate per eam partem ſe perluens, qua reddi ciborum onera maximè ſalubre eſt.
Artus perluit fonte. Ouid.4.Metam.68.
Manus perluere fontana vnda. Ouid.3.Faſt.87.
Lympha perlui. Ouid.3. Metam.35.
Vnda gelida perluor. Horat.1.epiſt.15,1.
¶ Perlutus Columel.lib.9. cap.16.1, Expreſſę fauorum reliquiæ, poſteaquam diligenter aqua dulci perlutæ ſunt, in vas æneum conijciuntur.

PERLVSTRO] Liu.7.ab Vrbe,165, Hæc omnia ſagulo gregali amictus, Centurionibus item manipularium habitu militum ductis, ne ducem circumire hoſtes notarent, perluſtrauit.
Perluſtrare oculis. Liuius 5.bel.Pun.43, Vt diſcurrerent circa vias, perluſtrarentq; omnia oculis, ne quis, &c.
Campos perluſtrans oculis. Silius lib.7,108.
Dicta alicuius. Stat.4.Sylu.3,29.

PERMACER] Plin,lib.18.cap.6.3, Omnis creta coquit, niſi permacra.

PERMADEO.] Colum.lib.2.cap.19.1, Quòd ſi permaduit, inutile eſt vdum mouere. Ibidem cap.4.3, Niſi ſi ma-

gnis (vt fit nonnunquam) ac ſubitaneis imbribus, quaſi hybernis pluuijs terra permaduerit.
PERMAGNVS] Negotia permagna. Horat.1.Serm.Satyr. 7,1.
Permagni refert. Terentius Heaut.3.1.58.
PERMANEO] Innuba permaneo. Ouid.14. Metam.29.
Status hic permanſit in multos annos. Ouid. 5.Faſt 7.
Tumor ille permanſit. Ouid.15. Metam.61.
¶ Permanere: *Perſeuerare, continuare.* Terentius Hecyr.3.1.25,
Vnde ira inter eas interceſſit, quæ tam permanſit diu.
Permanere in amicitia. Cæſar 8.bel.Gall.95.
In armis. Cæſar.8.bel.Gall.158.
In officio. Cæſar 5.bel.Gall.16.
In ſententia. Cæſar 8.bel.Gall.82.
In triſtitia. Cæſar 1.bel.Gal.131.
Permanere, *cum genitiuo.* Seneca epiſt.77, Si vna indeprauata virtus eſt, & ſola permanet tenoris ſui, vnum bonum eſt virtus.
PERMANO] Permanare per. Lucret.lib.3.142,
Permanare animam nobis per membra ſolere.
Calor permanat argentum. Lucret.lib.1,103.
Malum acre permanat huc. Lucret.lib.3,52.
¶ Permanare dicitur res aliqua: *Vulgari.* Terentius Adelph. 2.4.19,
---ne, ſi magis irritatus ſiet,
Aliqua ad patrem hoc permanet; atque ego tunc perpetuò perierim.
Permanauit ad plures. Cæſar 3.bel.Ciuil.119.
¶ Permananter. Lucret.lib.6.184,
Vſque adeò Permananter vis perualida eius. De magnete lapide.
¶ Permaneſco Plautus Trinum.4.87,
—néue cuiquam vnde ad eum id poſſet permaneſcere.
PERMATVRESCO] Colum.lib.2.cap.10.15, Et hoc quidem ſemen, Ciliciæ Syriæq; regionibus ipſe vidi menſe Iunio Iulioq; cōſeri, & per Autumnum, quum permaturuerit, tolli.
Pomum permaturuit. Ouid.4. Metam.33.
¶ Permaturus. Colum.lib.12.cap.48, Oliuas, quum iam nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ fuerint, ſereno cęlo diſtringere manu conuenit.
PERMEO] Plin lib.11.cap.29.5, Immenſos permeat tractus.
Orbem permeare. Lucan.lib.2,84.
Tot maria & terras permeat. Ouid.4.de Ponto, eleg.11,4.
Permeare extra lacum. Colum.lib.8.cap.15,4.
Sub maria. Plin.lib.31.cap.5,2.
PERMEREO] Stat.1.Sylu.4,
—& ſole ſub omni,
Permeruit iurata manus.
PERMETIOR] Plin lib.2.cap.65.3, Permenſus montes.
Oculis permenſi ſeſe. Stat.6.Thebaid.152.
Permetiri æquor. Virg.3.Aeneid.32,
Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor.
Iter durum permenſus. Stat.1.Sylu.2,41.
¶ Permenſus: *Paſſiuum.* Colum.libro 3.cap.13.12, Sic permenſum & perlibratum in ſimilitudinem veruacti ſemper procedit.
PERMETVO] Virg.2 Aeneid.115,
Et pœnas Danaum, & deſerti coniugis iras Permetuens.
PERMISCEO] Permiſceri dulci aqua. Colum.lib.2.cap.2,15.
Cælum pelago permiſcuit Eurus. Silius lib.15,141.
Permiſcere in. Plin.lib.12, cap.15.1, Myrrham in iiſdem ſyluis permiſtam arborem naſci tradidere aliqui: plures ſeparatim.
Permiſceri connubio. Plin lib.12.cap.19,2.
Mortes permiſcere. Lucan.lib.7,21.
Fides permiſcenda ruinæ mundi. Lucan lib.2,51.
¶ Permiſtus. Anima permiſta toto corpore Lucret.lib.3,71.
Corpora viua permiſta ſepultis. Lucan lib.2,31.
Grege permiſto pueri, innuptæq; puellæ. Stat.1.Sylu.1,3.
Moribus permiſtis eſſe. Lucret.lib.3,150.
Ruinæ permiſtæ. Lucret.lib.1.218.
Sonitus tubæ permiſtus lituo. Horat. 1. Carm.ode 1,5.
PERMITIS] Colum.lib.12.cap.41.2, Et integra mala dulcia granata, quæ Punica vocantur, & ſorba non permitia diuiſa, exemptis ſeminibus.
PERMITTO] Colum lib.7.cap.8.5, Hoc genus caſei poteſt etiam trans maria permitti.
Permittere: *Immittere, incitare.* Liu.ab Vrbe, libro 3.259, Concitant equos, permittuntq; in hoſtem. Et 9 bel. Pun. 12, Tribuno militum imperat, equites per patentes in hoſtium acie vias permittere equos iubeat.
Carinas permittere turbinibus. Claud.de bel. Gildon.102.
¶ Permittere: *Dedere.* Permittere ſeſe militibus. Liu.4.bell. Pun.138.
Permittere ſe ſidei, vel in fidem & poteſtatem alicuius. Cæſar 2.bel.Gal 239. Liuius 7. ab Vrbe, 201. Idem 6.bell.Maced.111, Hæc vna via omnibus ad ſalutem viſa eſt, vt in fidem ſe permitterent Romanorum.
Permittere ſe in deditionem alicuius. Liuius 8.ab Vrbe,102.
¶ Permittere: *Concedere, tolerare.* Terent.Adelph 5.9.38.
Permittere aliquid liberum. Liu.1.bel.Maced.21.
Arma permittit populis. Lucan.lib.7,25.
Permiſit Deus Plin lib.12.cap.19,4.
Permittere maribus fœminas. Colum.lib.6.cap.24,1.
Equo permittere habenas. Tibul lib 4.ad Meſſalam,1,19.
Permittere omnia iudicio alterius. Terent.Phorm.1.9.56.
Quæ patria hunc permittit morem? Virg.1.Aeneid.109.
Permittere ad aliquem. Seneca epiſt.67.
¶ Permittere: Præcipitare. Siſenna lib.4, Multi præmiſis armis ex fumo ſe permitterent.
¶ Permittitur. Plin.lib.4.cap.14.1, Si coniectare permittitur, haud multum oræ deerit Græcorum opinioni, & longitudinis ab Agrippa traditæ.
¶ Permiſſus. Liuius 4. ab Vrbe,129, Cognitioq; eius rei L. Sergio, & Qu Seruilio, & Mamerco Aemylio, permiſſa.
Poteſtas permiſſa illis. Lucan.1.118.
Vti permiſſo. Horat.2.epiſt.1,9.
¶ Permiſſus appellatur aries, qui annis compluribus tonſus non eſt. Paulus.
¶ Permiſſio. Liuius 7. bel. Maced.25, Aut ex ſumma pecuniæ demerent, aut permiſſionem extra ciuium corpora fieri iuberent.
PERMODESTVS] Senſus permodeſtus. Tacit.lib.1.
PERMODICE] Colum.lib.5.cap.11, Permodicè findito.
PERMOLO] Horat.lib.1.Serm. Satyr.2.
Huc æquum eſt iuuenes deſcendere; non alienas Permolere vxores.
PERMOVEO] Aures duras permouimus precibus. Claud. 4.Paneg 74.
Ira vel luctu permouere. Quint.lib.2.cap.10,6.
Adduci & permoueri re aliqua. Cæſar 1.bel.Gall.12.
Lachrymis permotus. Stat.12.Thebaid.118.
Mare permotum ventis. Lucret.lib.6,146
PERMVLCEO] Varr.in Satyris: Capite permulſo. Sal.libro 4. Hiſt. Dein lenita iam ira, poſtera die liberalibus verbis permulcti ſunt.
Terq, manu permulſit eum. Ouid.4.Faſt.11.
Solatia vitæ permulcent animos. Lucret.lib.5,5.
Aures vacuas permulcere. Horat.1.epiſt.17,8.
Prauis voluptatibus aures aſſiſtentium permulcere. Quint. lib. 2. cap.12,5.
Colla draconum permulſit. Ouid.7.Metam.45.
Corda furentum. Silius lib.11,69.
Permulcere iras. Liuius 7. ab Vrbe,194.
Iucunditate. Quint lib.2.cap.5,6.
Permulcere atq; tractare plebem. Liuius 3.ab Vrbe,68.
Permulceri voluptate lætiſſima. Col lib.12,cap.2,4.
¶ Permulcens. Membra permulcens. Silius lib.5.29.
Candida permulcens liquidis veſtigia lymphis. Catul. Argon.59,33.
PERMVLTVS] In faciem permulta iocatus. Horat. 1.Serm. Satyr 5,13.
PERMVNDVS] Varro 3.de Re ruſt.cap.7.4, Permundæ ſunt enim hæ volucres. De columbis.
PERMVNIO. Liu.10.bel.Pun.72, Et quæ monimenta inchoauerat, permunit.
Locorumq, opportuna permuniuit. Tacit.lib.5.
¶ Permunitus. Liuius 7.ab Vrbe,70, Priuernates, quum ante mœnia ſua caſtris permunitis conſediſſet, vocatis ad concionem militibus. &c Sic lib.5.bel Pun.76.
PERMVTO] Martialis lib.1.69.
Permutatur onus, ſtipataq; tollitur altè.
Permutare cum. Plin.lib.11.cap.37.72, Lien cum iecinore locum aliquando permutat.
Permutare inter ſe nomina. Plaut.Capt.12,19.
In contrarium. Plin.lib.17.cap.11,8.
Inuicem permutari Quint,lib.1.cap.4,12.
Figuræ permutantur. Lucret. lib.2,204.
Permutare precio, vel merce. Plin.lib.9. cap. 35,1.
Permutare aliquid ære alieno alicuius. Plinius libro 7.capite 38.2.
Dominos Horat.2.epiſt.2,55.
Domos. Claud.1.in Eutopium,12.
Fauorem odijs. Claud.ad Adrianum,1,1.
¶ Permutare: *pro Emere.* Plin.lib.31.cap.8.1, Singulis millibus nummum permutantibus congios pene binos. Idem lib.33 cap.4,12. De ſericato.
¶ Permutatus. Permutatus ordo. Lucret.lib.1.
¶ Permutatio. Perturbare literas varia permutatione. Quintil.lib.1.cap.1,19.

PERNA] Plaut. Capt. 13.81,
Scis bene eſſe, ſi ſit vnde. ER. pernam atque ophthalmiam, &c. Plin. lib. 8. cap. 51.4. Caſtrantur fœminæ ſic quoque, vti cameli, Poſt biduiinediam: ſuſpenſæ pernis prioribus; vulua reciſa. Cato capit. 162.1, Pernas ſic ſalire oportet.
Debilis perna Stat. 4, Sylu 9,7.
Fumoſa. Horat. 2. Serm. Satyr. 2, 24.
¶ Perna: *piſcis*. ex concharum genere Plin. lib. 32. cap. 11, 12.
Perna *in arboribus* Plin. lib. 17. cap. 10.8, Auulſiſq; arboribus ſtolones vixere. Quo in genere & cum perna ſua auelluntur.
PERNAVIGO] Plin. lib. 2. cap. 67.2, Sub eodem ſidere pars tota vergens in Caſpium mare, pernauigata eſt Macedonum armis.
PERNEGO] Terent. in Prologo Eunuchi, 34,
----ſed eas fabulas factas priùs
Latinas, ſciſſe ſeſe, id verò pernegat.
PERNEO] Martialis lib, 1. ad Alcimum:
Quum mihi ſupremos Lacheſis perneuerit annos,
Non aliter cineres mando iacere meos.
PERNICIES] Terent Adelph. 2.1.34,
Leno ſum, fateor; pernicies communis adoleſcentium.
Pernicies, & tempeſtas barathrumque macelli. Horat. 1. epiſt. 16,2.
Vini pernicies lymphæ. Catul. ad Puerum, epig 24,2.
Facere perniciem alicui. Tacitus libro 18.
Ferre Horat. 1. Serm. Satyr. 4,27.
Gliſcens pernicies. Tacitus libro 12.
Inuenire ſibi perniciem. Tacitus libro 1.
Vertere in perniciem Tacit. lib. 2.
¶ Pernicialis. Plin. lib. 15. cap. 18,6, Cato perniciali odio Carthaginis flagrans.
Perniciale diſſidium. Lucret. lib. 1,92.
Perniciales morbi Liu. 7. bel. Pun. 135.
Perniciale odium. Plin. lib. 24. cap. 1.2.
Pernicialia prælia. Plin. lib. 8. cap. 5,3.
¶ Perniciabilis Curtius lib. 7, Multos exanimauit rigor niuis inſolitus, multorum aduſſit pedes, plurimorum oculis præcipuè perniciabilis fuit. Tacitus libro 4, Id perniciabile reò.
¶ Perniciosus. Pernicioſæ leges. Cæſar 1. Ciuil. 29.
Numina cultori pernicioſa ſuo Ouid. 2 Triſt. 3.
Scripta pernicioſa authori. Ouid 3 Triſt. eleg. 1,14.
Hoſtis ſtudiorum pernicioſiſſima. Quint lib 2. cap. 2,6.
¶ Pernicioſe Plin. lib. 17. cap. 22.11, Sic pernicioſè luxuriat.
PERNICITAS] Vide PERNIX.
PERNIGER] Plaut. Pœnul. 15.150,
Specie venuſta, ore paruo, atque oculis pernigris.
PERNIMIVM] Terentius Adelph. 3.3.39,
----nimium inter vos, Demea:
At non, quia ades præſens, dico hoc, pernimium intereſt.
PERNIO] Morbus pedùm, ex nimio frigore perueniens. Plin. lib. 20. cap. 3.5, Eſt & rapo vis medica: perniones feruens impoſitum ſanat.
¶ Perniunculus. Plin. lib. 26. cap. 11,2, Perniunculos curat & cotyledon cum axungia.
PERNIX] Perſeuerans. Virg. 3. Georg. 47. de tauro ferociente:
-- -& inter Dura iacet pernix in ſtrato ſaxa cubili. Horat. Epod. 2.9,
¶ Pernix: *Celer*. Virg 4. Aeneid. 36,
—pedibus celerem, & pernicibus alis. Plautus Milit. 10.36,
Pernix ſum manibus.
Pernix irrumpit in aulam. Silius lib. 1,34.
Pernix fugit Maurus. Silius lib. 4,76.
Alæ pernices. Virg. 4. Aeneid. 36.
Pernix canis pecuarius. Col. lib. 7. cap. 12,7.
Chorea pernix. Lucret. lib. 2,128.
Equus quàm maximè pernix. Plin. lib. 8 cap. 18,1.
Fera pernix. Senec. Herc. fur. 4,4.
Plantæ pernices. Virg. 11. Aeneid. 14,4.
Velocitas pernix. Plin. lib. 19. cap. 5,6.
Vento pernicior. Stat. 4. Thebaid. 63.
Volucri Mauro pernicior Auſtur. Silius lib. 15,82.
Solito pernicior index Stat. 9. Thebaid. 7.
¶ Perniciſſimus Colum. lib. 3. cap. 9.5, Vnde ſacrorum certaminum ſtudioſi, perniciſſimarum quadrigarum ſemina, diligenti obſeruatione cuſtodiunt.
¶ Pernicitas: Velocitas. Plin. lib 7. cap. 2.21, Alibi cauda villoſa, homines naſci pernicitatis eximiæ.
Adempta equorum pernicitate. Tacit. lib. 18.
Pernicitas pedum inerat, quæ cognomen etiam dedit. Liu. 9. ab Vrbe, 83. de Papyrio Curſore.
Eluſti milites ad pernicitatem Cæſar 3. bel. Ciuil. 308.
¶ Perniciter. Plin. lib. 8. cap. 14.1, Vt ſuperuolantes, quàmvis alte perniciterque, alites hauſtu raptus abſorbeant. Catul. in Carm. nuptiali, 57,2.
PERNOCTO] Vide PERNOX.
PERNOSCO] Terent. And. 2.2.23,
Non ſatis me pernoſti etiam, qualis ſim Simo. Lucret. lib. 3.37,
Hinc licet aduertas animum vt pernoſcere poſſis.
Naturam pernoſcere iuris. Horat. 2. Serm. Satyr. 4.13.
¶ Pernoteſco. Tacit. lib. 14, Atque vbi incolumem eſſe pernotuit.
PERNOX] Liuius 5. ab Vrbe, 133, Prælium q; ante lucem, ſed luna pernox erat, commiſſum eſt.
Phœbe pernox. Seneca Hippol. 6,3.
Triuia pernox. Seneca Medea, 10.10.
¶ Pernocto. Terent. Adelph. 4.1.15,
Sed ſi hic pernocto, cauſæ quid dicam, Syre? Idem Hecyra, 4.1.25.
PERNVMERO] Plaud. Epid. 13.26,
Age age, abſolue, atque argentum numera, ne comites morer.
s. Pernumeràtum eſt. Liuius 8. bel. Pun. 183, Paucos moratus dies, dum imperatam pecuniam Ilergetes pernumerarent.
PERO] Genus calceamenti ruſtici. Iuuenal. Satyr. 14. 19.
—quem non pudet alto.
Per glaciem perone tegi. Virg. 7. Aeneid. 138.
—veſtigia nuda ſiniſtri
Inſtituêre pedis, crudus tegit altera pero.
¶ Peronatus. Perſius Satyr. 5.11,
Nauim ſi poſcat ſibi peronatus arator.
PEROBSCVRVS] Perobſcura fama. Liuius 1. ab Vrbe, 67.
PEROLEO] Lucil. lib. 30,
Quis totum ſic corpus iam peroleſſe biſculcis.
PEROPPORTVNVS] Peropportuna victoria. Liuius 10. ab Vrbe, 228.
¶ Peropportunè. Liuius 1. ab Vrbe, 184, Peropportunè ad præſentis quietem ſtatus.
PEROPTO] Cornel. Nepos in vita Attici: Peroptaretque equitis Romani filiam generoſam nuptijs.
PEROPVS] Terent. And. 1.5 30,
Sed nunc peropus eſt, aut hunc cum ipſa, aut me aliquid de illa aduersùm hunc loqui.
PERORIGA] Varro 2. de Re ruſt. cap. 7.7, de equis loquens: Peroriga enim appellatur, quiſquis admittit: eo enim adiutante, equa alligata celerius admittitur Ibidem, cap. 8.4, Eodem tempore, quo equos adducentes, ijdemq; vt ineant equas, per perorigas curamus.
PERORNO] Tacit. lib. 16, Detraheret potiùs Senatui, quem perornauiſſet, infamiam tanti flagitij.
PERORO] Perorate in aliquem. Plin. lib. 29, cap. 1.8. Quint. lib. 2. cap 4.17, De ijs loquor, quibus citra perſonas in ipſa vitia motis eſt perorare.
Perorare: *Affectus commouere*. Quint. Declamat. 6, At iſta lege recitat, & in cadauer filij perorat.
¶ Peroratus. Propert. lib. 4. eleg. 12,21.
¶ Peroratio. Peroratio incendit, & plenos iræ relinquit: Quint. lib. 4. cap. 2,54.
Peti fletum perorationibus. Quint lib. 6. cap. 2,6.
PEROSVS] Liuius 3. ab Vrbe, 141, Iam plebs, præter quàm quòd Coſs. nomen haud ſecùs, quàm regum, peroſa erat, ne Tribunitium quidem auxilium cedentibus inuicem appellatione Decemuiris quærebat.
Rex arma peroſus. Ouid. 3. Faſt. 116.
Commercia noſtra peroſus. Lucan. lib 9,173.
Exſilium longum peroſus. Ouid. 8. Metam. 17.
Fœmineum genus peroſi. Virg. 9. Aeneid 29.
Lucem. Virg. 6. Aeneid 17.
PERPACO] Liu. 6. bel. Macedon. 89, Paucoſque per dies omnibus perpacatis, ſine vllius noxa vrbis. Plin. de viris illuſtr. 33, Marcus Curius Dentatus primò de Samnitibus triumphauit, quos vſque ad mare ſupernum perpacauit.
PERPARCE] Terent. And. 2.6.24,
—& quod dicendum hîc ſiet,
Tu quoque perparcè nimiùm.
PERPARVVS] Semina perparua. Lucret lib. 3,44.
PERPAVCVS] Terentius Eunuch. 3.1.19,
—imò ſic homo eſt
Perpaucorum hominum.
Exempla perpauca Lucret. lib. 2.109.
PERPAVEFACIO] Plaut. Sticho, 3.28,
Perplexabiliter earum hodie perpauefaciam pectora.
PERPAVXILLVM] Plaut. Capt. 4.74,
—ſed ſi pauxillum potes
Contentus eſſe. E. næ perpauxillum modò.

PERPELLO] Terent. And. 4. 1. 38, Suadere, orare vſq; adeò, donec perpulit. Liu. lib. 1. Incenſam multitudinem perpulit, vt imperium regi abrogaret.
Perpellere ad deditionem. Liu. 2. bel. Maced. 52.
PERPENDICVLVM] Vitruuius libro ſeptimo, de tectorio loquens, Longitudines ad regulam & lineam; altitudines ad perpendiculum; anguli ad normam reſpondentes, exigantur.
Ad perpendiculum facere. Plinius libro trigeſimoquinto, capite 14, 4.
PERPENDO] Iudicio acri perpendere. Lucret. lib. 2, 208.
¶ Perpenſus. Perpenſum & exploratum habere. Colum. libro 1, 1.
¶ Perpenſatio. Gellius lib. 2. cap. 2, Verba ſuper ea re. Taurus fecit, cum ſumma (dij boni) bonorum atque officiorum perpenſatione.
PERPENSA] herba. Plin. lib. 21. cap. 19. 9, Baccar in medicinæ vſu eſt: aliqui ex noſtris perpenſam vocant.
PERPERAM] Terent. Phorm. 5. 1. 18.
Iſtoc de nomine Eò perperam olim dixi, ne vos fortè imprudentes foris
Effutiretis.
Perperam pronuntiare. Plin. epiſt. 49. d.
Rectè an perperam interpreter, fuerit iſta eius deliberatio qui bellum ſuſcepit. Liu. 1. ab Vrbe, 95.
¶ Perperus: Indoctus, ſtultus. Accius Pragmaticis:
Deſcribere in theatro perperos populareis.
¶ Perperitudo. Accius Pragmaticis:
Et eo plectuntur poetæ, quam ſuo vitio, ſæpius
Ductibilitate nimia veſtra aut perperitudine.
PERPES.] Noctem perpetem dormire. Plautus Amphit. 4, 126. Idem Trucul. 6, 23,
Noctem in ſtramentis pernoctare perpetem.
¶ Perpetim. Plin. lib. 20. cap. 6. 1, Ita vocatur vlcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetim humor emanans.
PERPETIOR] Terent. Eunuch. 1. 1. 3,
Non perpeti meretricum contumelias.
Iram cæliq; mariſq; perpetimur. Ouid. 14. Metam. 95.
Omnia perpetiar. Propert. lib. 2. eleg. 27, 7.
Vltima perperior. Ouid. 2. Triſt. 38.
¶ Perpeſſus. Damna perpeſſus. Claud. 5. Paneg. 51.
Ventos perpeſſus & imbres. Virg. 9. Aeneid. 12.
Vincla turpia. Propert. lib. 2. eleg. 3, 11.
¶ Perpeſſitius. Seneca epiſt. 54, Lenis motiuncula decipit: ſed vbi creuerit, & vera febris exarſerit, etiam duro & perpeſſitio confeſſionem accipit.
PERPETRO] Plaut. Caſin. 16. 58,
Nam cur non ego id perpetrem, quod occepi, vt nubat mihi?
Perpetrare cædem Liuius 1. ab Vrbe, 21.
Iudicium. Tacit. lib. 14.
¶ Perpetratus Liu. 4. bel. Pun. 205, Perpetrato bello, tum conſultandum, vtrùm defectio prior plus merita ſit pœnę, an hic reditus veniæ.
Pugna perpetrata. Liuius lib. 4. Decad. 5.
Sacrificio ritè perpetrato. Liuius lib. 4. Decad. 5.
Perpetratis omnibus, quæ ad pacem deûm pertinent. Liu. lib. 4. bel. Punici.
PERPETVVS] Terent. Hecyra, 1. 2. 11,
Biennium ibi perpetuum miſera illum tuli. Idem Adelph. 4. 1. 4. Triduo hoc perpetuo.
Acies perpetua. Plin. lib. 8. cap. 30, 2.
Affinitas. Terent. Hecyra, 2. 2. 10.
Aedes perpetuæ ruunt. Plautus Moſtel. 3, 46.
Aetas perpetua. Lucret. lib. 3, 201.
Aeuum perpetuum. Lucret. lib. 5, 33.
Alimenta perpetua. Plin. lib. 7. cap. 36, 1.
Amor perpetuus. Liuius: Modò ſit perpetuus huius, qua viuimus, pacis amor.
Carmen perpetuum. Ouid. 1. Metam. 1.
Cibus perpetuus. Plaut. Perſa, 10, 2.
Febris perpetua. Plin. lib. 7. cap. 51, 2.
Fides ſolida & perpetua. Plaut. Merc.
Si quidem iſti dicto ſolida & perpetua eſt fides. Cæſar in Commentarijs: Pro vetere ac perpetua in me fide.
Flos aui perpetuus. Ouid. 9. Metam. 88.
Formido perpetua. Virg. 4. eclog. 3.
Foſſa perpetua. Cæſar in Comment.
Imbres perpetui. Horat. 1. Carm. ode 7, 4.
Ira perpetua. Ouid. 3. Triſt. eleg. 5, 4.
Iuuenta Virg. 4. Aeneid. 7.
Languor perpetuus Ouidius 3. Triſt. 8. 5.
Malum perpetuum. Ouid. 2. Amor. eleg. 5, 1.
Montes perpetui. Liuius: Saltus, perpetuis montibus inter ſe iuncti.
Nox perpetua. Ouid. 7. Metam. 1.

Paludes perpetuę. Cæſ. in Comment. Erãt perpetuę paludes.
Pax perpetua. Ouid. 4. Faſt. 82.
Præda perpetua eſt mea. Plaut. Rud. 23, 62.
Riſu perpetuo contendere ilia. Ouid. 3. de Arte, 57.
Sermo perpetuus. Lucret. lib. 4, 110.
Sitis perpetua. Ouid. 1. Amor eleg. 8, 23.
Sopor perpetuus. Horat. 1. Carm. ode 24, 1.
Trabes perpetuæ. Cæſar lib. 6.
Virginitas perpetua. Ouid. 4. Triſt. eleg. 2, 3.
Vita. Lucret. lib. 3, 3.
Non eſt perpetuum. Paulus, in l. quum hæreditas. ff ad ſenatuſconſ. Trebel. Nam quod dicitur retinere eum oportere: non eſt perpetuum. Celſus lib. 2. 10, Cùm ſit autem minimè crudo ſanguis mittendus; tamen ne id quidem perpetuum eſt.
Vt ſunt humana, nihil eſt perpetuum datum. Plautus Ciſtel. 4, 45.
¶ Perpetuùm. Terent. Adelph. 4. 1. 6,
Miſerè nimis cupio, vt cœpi, perpetuũ in lætitia degere.
¶ Perpetuò. Terent. Andr. 3. 3. 33,
----at ego non poſſe arbitror,
Neque illum hanc perpetuò habere, neq; me perpeti.
Virens perpetuò buxus. Ouid. 10. Metam. 20.
Perpetuò perijt. Terent. Adelph. 2. 4. 19.
¶ Perpetuitaſſo. Enn. Annal. lib. 9,
Libertatemq; vt perpetuitaſſent quàm maximè.
¶ Perpetualis. Quint. lib. 2. cap. 14, καθολικά, id eſt (vt dicamus quomodo poſſumus) vniuerſalia vel perpetualia.
¶ Perpetuarius. De locatione prędiorum ciuilium vel fiſcalium, per totum titulum, Perpetuarius conductorem & colonum ſignificat, qui perpetuò rem conduxit.
Perpetuarius mulio, dicitur Senecę, in ludo de morte Claudij: qui ſine intermiſſione labori ſemper eſt intentus.
PERPEXVS] Firmicus lib. 5, Qui perpexã barbam in omnibus ſuis cogitationibus permulceant.
PERPICTVS] Ouid. 10. Metam. 53, Lilia perpictaſq; pilas.
PERPLACEO] Terent. Heaut. 5. 5. 22.
PERPLEXVS] Liu. 4. bel. Maced. 207, Ex ijs Menippus ignorare ſe dixit, quidnam perplexi ſua legatio haberet.
Reſponſum perplexum. Liu. 5. bel. Maced. 53.
Foramina perplexa. Lucret. lib. 4, 125.
Iter perplexum. Virg. 9. Aeneid. 79.
Sermones perplexi. Liu. 10. bel. Maced. 16.
Figuris perplexis indupedita. Lucret. lib. 2, 21.
Perplexior motus. Plin. lib. 2. cap. 15. 4.
*Alia ſignificatione vſum eſt.* Valerius lib. 3. cap. 49, de Tullio Sermo: Ad ſummam, vnde proceſſerit, aut quò peruenerit, ſtatuæ ipſius titulus abundè teſtatur, Seruili cognomine, & regia appellatione perplexus.
¶ Perplexè Terent. Eunuch. 5. 1. 1,
Pergin' ſceleſta mecum perplexè loqui?
Scio; neſcio; abijt; audiui; ego non adfui.
Perplexè agere Liu. 8. ab Vrbe, 114.
Indicare Liu. 6. ab Vrbe, 60.
Reſpondere Liu. 10. bel. Pun. 196.
Perplexè, & Palam; *contraria.* Liu. lib. 10. bel. Pun. 94.
¶ Perplexim. Plaut. Sticho, 3. 18,
Virum ergo perplexim laceſſam oratione ad hunc modum.
¶ Perplexor Plaut. Aulul. 7. 81,
----at ſcio quo vos pacto ſoleatis perplexarier:
Pactum, non pactum eſt: non pactum, pactũ eſt: quod vobis lubet.
¶ Perplexabilis. Plaut. Aſin. 13, 47,
Neq; vllum verbum faciat perplexabile.
¶ Perplexabiliter. Plaut. Sticho, 3. 28,
Perplexabiliter eorum hodie perpaucefaciam pectora.
PERPLICATVS] Lucret. lib. 2. 79,
Aut magis hamatis inter ſe, perq; plicatis.
PERPLVO] Quint. lib. 6. cap. 3. 44, Quum cœnaculum eius perplueret. Cato cap. 155, In villa quum pluet, circuire oportet; ſcribi, ppluas: & vbi pluerit, tegulã ſignari carbone.
Perpluit in pectus meum: *per translationem.* Plaut. Moſt. 4. 8, quam mihi Amor & Cupido In pectus perpluit meum.
Benefacta benefactis alijs pertegito, ne perpluant. Plautus Trinum 6, 40.
PERPLVS] Plin. lib. 13. cap. 24. 2, Spondetq; iugero eius, annuos perplures, vel mediocri ſolo reditus.
¶ Perplurimum. Perplurimum refert. Plin. lib. 2. cap. 54, 3.
PERPOL] Plautus Caſin. 9. 18,
Perpol ſæpe peccas: ita fit, vbi quid tanto opere expetas.
Et Terent. Hecyr. 1. 1. 1,
Perpol, quàm paucos reperias meretricibus
Fideles euenire amatores.
PERPOLITVS] Perpolitũ tritu aurum. Plin. lib. 33. cap. 4, 1.
PERPOPVLOR] Liuius 2. bel. Pun. 17, Annibal emiſſus è manibus perpopuletur Italiam, vaſtandoque & vrendo omnia

omnia,ad Romana mœnia perueniat. Tacit.lib.4.Cędibus & incendijs perpopulatus.

PERPOTO]Laticem amarum perpotare. Lucret.lib.1,192.

¶ Perpotatio. Plin lib.29,cap.1,25.

PERPRIMO] Horat.Epod.16,

—mollis & exſpes
Innominata perprimat cubilia.

PERPRVRISCO] Plautus Sticho,15.20,

—& ſuauem cantationem aliquam occipio
Cinædicam, vbi perpruriſcamus vſq; ex vnguiculis.

PERPVLCHER]Terent Eunuch.52.2.15,

Perpulchra credo dona,haud noſtris ſimilia.

PERPVRGATVS] Perpurgatis auribus alicui operam dare. Plaut. Milite,10,178.

PERPVTO] Plautus Ciſtell.4.7,

—nunc operam date,
Vt ego argumentum hoc vobis planè perputem.

PERQVAM]Plautus Rud.17.7,

—propulit Perquàm indignis modis.

Terent.Adelph.4. 2.28,

—næ ille continebit poſthac, ſi ſapiet, manus.
D.Fortiter.S.perquàm.

Perquàm: *Superlatiuo iunctum.* Curtius lib.4,Perquàm maximo poteſt exercitu comparato.

PERQVIRO] Cæſar 6.bell. Gall.35,Aditus viaſq; in Sueuos perquirit. Ouid.3,Metam.1,

Quũ pater ignarus natā perquirere Cadmo Imperat.

¶ Perquiſitus. Plin.lib.18,cap.4.1, Et poſtea inuentis omni cura perquiſitis,cauſaq; rerum & ratione ſimul eruta.

¶ Perquiſitor. Plautus Sticho,6.61,

Iam non faciā auctionē, quādo mihi obtigit hęreditas;
Maleuoli perquiſitores auctionum perierint.

PERRARVS] Plin.lib.31, cap.3.8, Perrarum eſt, vt leuior ſit aliqua. Liu. 6. ab Vrbe, 1, Tum quòd perraræ per eadem tempora literæ fuère.

¶ Perraró. Horat.2 Serm.Satyr.5.11,

—perraró hæc alea fallit.

PERREPO] Colum.lib.4, cap.24.12, At ſi longiùs,quàm ritus agricolarum permittit, & à capite vitis emicuerit, & brachijs in aliena iugorum compluuia perrepſerit. Et libro 6, cap. 3.1, Cauendum quoq; eſt, ne ad præſepia ſus aut gallina perrepat.

Tellurem genibus perrepere. Tibull.lib.1.eleg.2,18.

¶ Perrepto. Plautus Rud.6.5,

—atq; in latebris omnibus Perreptaui quęrere cōſeruam,voce,oculis,auribus. Terent. Adelph.4.6.3,
Perreptaui vſq; omne oppidum,ad portam,ad lacum, Quò non?

PERRODO]Plin.lib.34,cap.18.11,Valet purgare, ſiſtere, excalefacere,perrodere. Idem lib.30, cap.16.3, Vngulas tantùm mularum repertas, neq; aliam vllam materiam, quæ non perroderetur à veneno Stygis aquæ.

PERROGO] Plin.in Paneg.101, Parum eſt, vt in curiam venias,niſi & conuocas: vt interſis Senatui, niſi & præſides: vt cenſentes audias,niſi & perrogas.

Sententias perrogare. Tacit.lib.20.

Perrogare ſententias, Liuio ſignificat, omnes ad extremam vſq; rogare, vt fiat Senatuſconſultum: lib.9.bell. Pun.Perrogari eo die ſententiæ non potuerunt; accenſis pro Scipione, & aduerſus Scipionem ſtudijs.

PERRVMPO] Cæſar 1.bell.Ciuil.103,Vt rates perrumperet, atq; opera diſturbaret.

Perrumpere: *irrumpere.* Cæſ.6.bel Gal.139,Perrumpere nitūtur. Ibid.lib 7.68, Vt ſi eam paludem Romani perrumpere conarentur,hæſitantes premerent ex loco ſuperiore.

Perrumpere ad. Liu. 6.bell.Punic.34,Nec per caſtra eorum perrumpi ad Capuam poſſe.Idem 4.ab Vrbe,166.

In veſtibulum templi. Liu.3.ab Vrbe,78.

In arces. Silius lib.12,140.

Per mediam hoſtium aciem. Liu.3.ab Vrbe,299.

Aciem perrumpere. Virgil.9.Aen.103, Tacit.lib.18,Et media acie perrupta.

Agmen Claud.4.Paneg.92.

Caſtra & agmen. Plinius de Viris illuſt.49.Liu.lib.8.

Corpus introitu.Lucret.lib.2,82.

Difficultates. Plin.lib.8,cap.23.3. de aſpide. Perrumpit omnes difficultates; permeat ſpatia.

Leges milite. Lucan lib. 1,66.

Limina perrumpit bipenni.Virg.2,Aen.96.

Nodos validos perrumpere. Lucret.lib.4,231.

Aurum amat perrumpere ſaxa. Horat 3.Carm.ode 16,8.

Affectu perrumpi. Tacitus libro 3, Ne quo affectu perrumperetur.

¶ Perruptus. Moles perruptæ. Silius lib.14,149.

PERSAEPE] Horat.Epod.14.3,

Qui perſæpe caua teſtudine fleuit amorem.



PERSANCTE]Terent.Hecyr.3.2.5.Philippe,Bacchis deierat perſanctè. Plautus.

Idq; perſanctè iurauit ſe facturum.

PERSANO]Plin.lib.20,cap.22.9, Vomicas rumpere, purgare,perſanare promittens.

PERSCINDO] Liu.1. bell. Punic. 231. Nec, quod ſtatutum eſſet,manebat; omnia perſcindente vento.

Veſtem perſcindere è membris. Tibull.lib.1.eleg.10,13.

Ventus perſcidit nubem. Lucret.lib.6,37.

¶ Perſciſſus. Carbaſus perſciſſa petulantibus auris. Lucretius lib. 6,22.

PERSCRIBO] Blanditias perſcribere vino. Ouid. 1. de Arte, 115.

Iam Horatius, cæſo hoſte victor, ſecundam pugnam petebat. Liuius 1, ab Vrbe, 104.
¶ Petere: *Eligere, vel capere.* Virg. 4, Georg. 2.

Principio ſedes apibus ſtatioque petenda.

Petere cibum. Terent. Heaut. 5, 2, 25,

Abijt: ac rogaſſe vellem. CL. quid? s. vnde mihi peterem cibum. Idem Eunuch. 3, 2, 38.

Conſilium à ſeipſo. Quint. lib. 7, cap. 1, 5.
Longè petere exempla. Lucanus libro 1, 19.
A' Philoſophorum ſcholis virtutis præcepta petere. Quint. in Procem. libro , 14.
Riſum ex aliquo petere. Quint. lib. 6, cap. 3, 15.
Altè ſuſpirium. Plaut Ciſtel 2, 47.
Iura Cordubam Plinius libro 3, cap. 1, 13, Turduli qui Luſitaniam accolunt, iura Cordubam petunt.
Petere in Indos. Plinius libro 12. cap 7. 3, de pipere longo: ſola placere amaritudine; & hanc in Indos peti. Idem libro 12, cap. 17. 8, Petunt in Carmanos ſtrobum Qui ſenſus per alias quoque præpoſitiones exprimitur. Plinius libro 12, cap. 1. 4, Sed quis non iure miretur, arborem vmbræ gratia tantùm ex alieno petitam orbe: Idem libro 19, cap. 4. 1, Oſtrearum genera naufragio exquiri, aues vltra Phaſidem amnem peti. Ibidem 9, Quæq; trans maria petimus. Idem libro 21, cap. 3, 5, Sutilibus mox petitis ab India, aut vltra Indos. De coronis.
Petere ad Aethiopas vſque. Plinius libro 36, cap. 6, 8.
Petere in ſepulchrum alicuius volumina. Plinius libro 30, cap. 1, 10.
Petere In nubila. Plinius libro 36, cap. 1, 3, Ad frigidos potus vas petitur in nubila; cœloque proximæ rupes cauantur, vt bibatur glacie.
Petere: *Commemorare.* Virgil. libro 8, Aen. 79,

Quid cauſas petis ex alto?

Petere aliquem dextrâ, *id eſt, porrigere dextram alicui.* Virgil. 1, Aeneid. 124.
Petere blandiтijs nouercam: *Blandiri.* Quintil.
Criminibus aliquem petere. Tacitus libro 3.
¶ Petere: *Percutere, ferire,* Virg. 9, Aen. 125,

Iam cornu petat. & pedibus qui ſpargat arenam.

¶ Petere: *pro Appetere, & deſignare ictum.*
Aera petere diſco Horatius 2. Serm. Sat 2, 3.
Capillos miſeros vngue petis Ouidius 2, Amor. eleg. 7, 2.
Corpus petere ferro. Tibull lib eleg 9, 5.
Genas vngue. Ouidius 2, de Arte, 91.
Malo petere aliquem. Virg. 3, eclog. 13.
Pectora alicuius gladio, Ouidius 5, Metam. 37.
Saxis petor à populo. Ouidius de Nuce, 1.
Petere aliquem telis. Liuius 4, bel. Pun. 155.
Sacrilegæ telis me petiere manus Ouidius 3, Faſt. 140.
Vultus alicuius petere vnguibus. Horat. Epod. 5, 20.
¶ Petere: *Violenter aggredi.*
Bello petere vrbem aliquam. Virg 3, Aen. 121.
Fraude petere aliquem. Virg. 4. Aen. 135.
Fraude vel inſidijs. Liu. 10, bel. Maced. 213.
Inſidijs vitam alicuius. Plinius libro 7, 45. 3.
¶ Petere: *Manere, exſpectare.* Virg. 9, Aen. 26,

Troianos hæc monſtra petunt.

Petere: *Sequi.* Virg. 5, Aen. 46, Quem petit, & ſummis annixus viribus vrget.
Petere: *Abducere* Virg. 6, Aen. 88. Tartareum ille manu cuſtodem in vincla petiuit.
In vincula aliquem peti. Quint. lib. 7, cap. 2, 39.
Petere locum aliquem: *Proficiſci.* Suet in Veſpaſ.
Acceſſum petere. Liu 9, belli Pun. 137.
Raptim petit æquora campi. Lucretius libro 3, 204.
Altum petere. Liuius 5, bel. Pun. 118, Cuius prima claſſis petere altum viſa eſt, quò faciliùs ſuperaret promontorium.
Altum flamma petit. Ouidius 1, Faſt 22.
Antrum immane petit. Virg 6, Aen. 3.
Summam petit arduus arcem. Ouidius 2, Metam 62.
Arcem petunt Tritonidis Virg. 2, Aen. 46.
Ardua petere. Stat. 2, Achil 6.
Arua aliena. Virg. 6, Aen. 63.
Parnaſſus petit aſtra duobus verticibus. Ouidius 1. Metamorph 64.
Cœlum petere. Plinius libro 10, cap. 38, 2.
Amnis volutus per ſaxa campum petit. Virg 3, Georg. 105.
Claſſe petebat Lacedæmona. Ouidius epiſt. 1, 1.
Curru petere deſerta Virg. 6, eclog 16.
Concurſu tendunt petere littora Virg. 1, Aen. 33.
Fugam petere. Liuius 8. bel. Pun. 28.
Fugâ ſalutem. Cæſ. 4. bel Gal. 508.
Ima petunt nebulæ. Virg 1, Georg 81.
Lectum vacuum petit anxia. Ouid. 11, Metam. 95.
Loca ſecreta petere. Horatius de Arte, 61.
Montem petiui. Virg 2, Aen. 161.
Remis ventiſq; petere locum aliquem. Virg. 3. Aen. 113.
Romam petit fons ille. Plinius libro 31, cap. 3, 11.
Secretum petere. Plinius epiſt. 5, 6.
Sublime Plinius libro 10 cap. 33, 6.
Tecta diuerſa per agros. Virg. 4, Aen. 33.
Greſſu petunt tentoria Silius libro 7, 65.
Vento petere vrbem aliquam. Virg. 2, Aen. 5.
¶ Petere: *Tenere.* Virg 3, Aen 19.

Submiſſi petimus terram & vox fertur ad auras.

¶ Petit: pro Petijt. Ouidius 1, Faſt 22.

Altum flamma petit: propior locus aëra cepit.

¶ Petitur: *Imperſonale.* Plinius in Panegyr. Per hos præturæ etiam, & ſacerdotia, & conſulatus; imò & ab his petebatur.
¶ Petens. Veniam in præteritum petens. Tacitus libro 11.
Lucra petens. Tibull libro 1, eleg. 9, 2.
Turba taxis petens contundet vos Horatius Epod. 5, 21.
Reſponſum dedit petenti. Virg. 1, eclog. 9.
Reijcere petentem Ouid 9, Metam. 103.
¶ Petendus. Honos petendus. Propert. libro 3, eleg. 22, 8.
Gloria peccati nulla petenda tua eſt. Ouidius 2, de Arte, 78.
Palma petenda mea eſt Ouidius , Amor. eleg 2, 17.
Præda petenda eſt de magno grege. Tibul. lib. 1, eleg. 1, 7.
¶ Petitum. Hic petitum aliunde. Catul. in epithal. Mallij, 56, 31.
¶ Petitus: part. Dies petitus tanto ambitu. Sen. Medea, 6, 5.
Bellua petita ferro. Horatius Epod. 5, 2.
Præmia peccato nulla petita mihi. Ouidius 3, Triſt. 6, 7.
Puella petita meis votis. Ouidius 3, Amor. eleg. 6, 1.
Requies mihi petita eſt. Ouidius 4, Triſt. eleg. 1, 1.
Spiritus petitus imo latere. Horatius Epod. 11, 2.
Extra rem petita. Quint il lib. 4. cap. 2, 64.
¶ Petiturus. Lucra petiturus. Tibul. libro 1, eleg. 9, 2.
¶ Petitum. Vtriuſque petiti facta eſt copia. Catul. ad Mallium, epigr. 63, 8.
¶ Petitus: Verbale. Gellius libro 18. cap. 3, Iuſſitque eum conſenſu, petituque omnium, eandem illam ſententiam diſerti viri, cuiuſmodi poſſet verbis, dicere. Lucanus libro 3, 36.

Attamen inſequitur languor terræque petitus. Suauis.

¶ Petitio: Actio priuata. Quintil. libro 4, cap 4, Recuſatio quoque plures interim propoſitiones habet: vt contra petitionem pecuniæ: Malè petis; procuratori enim tibi eſſe non licuit.
Implere petitionem, dicitur actor: quum id quod petit, ſuum

ſuum eſſe probat. Paulus in l. Ex ſextante. §. cùm ergo. ff. de except. rei iud. Dicemus petenti ei, qui in priore iudicio victus eſt, ob ſtaturam rei iudicatæ exceptionem: quoniam de eius quoque iure quæſitum videtur; quum actor petitionem implet.

¶ Petitor. Famæ petitor. Lucanus libro 1,27.

¶ Petitorius. Iudicium petitorium. Caius in l. qui petitorio iudicio vtitur. ff. de rei vendicatione.

¶ Petitrix. Paulus in l. qui filium. ff. ad Senatuſconſ. Trebell, Contra petitricem pronuntiauit.

¶ Peteſco, ſiue Petiſco. Lucretius libro 3,

Corpore cum reliquo pugnas cædesque peteſcit.

Idem libro 5.

— fugiens humorem, aurasque peteſcens.

Petiſcere, antiqui dicebant pro Petere. Feſtus. Sed (inquit idem) vt mihi videtur, tum eo ſignificabat, ſępius petere.

¶ Peteſſens. Lucretius libro 5.

Quos vbi tempore maturo patefecerat ætas.
Infantem, fugiens humorem, aurasque peteſſens.

PETORITVM] genus vehiculi, apud Belgas repertum: vt Varro ſcribit. Gellius libro 15, cap. 30. Horatius 1, Serm. Sat. 6, 21,

— plures calones atque caballi.
Paſcendi, ducenda petorita.

Idem 2, epiſtol. 1, 39.

Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita, naues.

Plin. libro 14, cap. 17, 5.

PETRA] rupes. Plin. lib. 10, cap. 32. 3, Gauiæ in petris nidificant.

Petrarum, inquit Feſtus, genera ſunt duo. Quorum alterum, naturale, ſaxum prominens in mare: cuius Ennius meminit libro 11, Altè delata, cæterisque ingentibus tecta. Et Liuius in Centauris: Vbi ego ſæpè petris. Alterum manifeſtum: vt docet Aelius Gallus; Petra eſt qui locus dextra ac ſiniſtra fornicem expleturus aquæ ad libramentum ſummi fornicis.

¶ Petroſus. Plinius libro 17, ca. 27, 5. Caprificorum laudantur maximè nigræ, & in petroſis. Idem lib. 9, cap. 31, 1, Viuunt petroſis locis cancri mollibus.

¶ Petricoſus Mart, libro 5, 119.

— res petricoſa eſt,
Cotile, bellus homo.

¶ Petrones ruſtici (inquit Feſtus) ferè dicuntur, propter vetuſtatem. Hinc Plautus, petronem veruecem, duriorem dixit; Capt. 13, 51,

Qui petroni nomen indunt veruecí ſectario.

PETRITES] genus Aegyptiaci vini. Plinius libro 4, cap. 7.

PETRONES] Vide PETRA.

PETROSELINVM] Plinius libro 20, cap. 12. Alio genere petroſelinum quidam appellant in ſaxis natum.

PETVLANS] Feſtus: Petulantes & petulci etiam appellantur, qui proteruo impetu & crebro petunt, lædendi alterius gratia.

Amentia petulans. Claud. 1, in Eutrop. 48.
Audacia. Claud. ad Alecbium. 7, 2.
Auris petulantibus ſciſſa carbaſus. Lucretius libro 23.
Vultu petulans elegia. Stat. 1, Syl. 2, 2.
Iuuentus petulans. Claud. de nupt. Honorij, 17.
Verbis petulantibus vti Ouidius epiſt. 15, 50.
Petulantiſſimis verbis lædere vnum, laudare alium. Salluſtius in Ciceronem, 5.

¶ Petulantia. Linguæ petulantia. Propert. lib. 1, eleg. 15, 8.
Conuitia petulantiæ. Quintil. libro 4, cap. 2, 20.
Petulantia pecoris. Colum. libro 7, cap. 6, 3.
Ramorum. Plinius libro 16, cap. 30, 3.
Morbi. Gel. libro 12, cap. 3.

PETVLCVS] Virg. 4, Georg. 2,

— hœdique petulci.

Columel. libro 7. cap. 3, 4, Itaq; capri vel arietis petulci ſæuitiam, paſtores hac aſtutia repellunt.

Agni petulci. Lucretius libro 2, 74.

PETVS, ſiue PAETVS] Qui alterum oculum minorem habet. Plinius libro 11, cap. 37. 26, Vni animalium homini oculi deprauantur: vnde cognomina ſtrabonum & petorum. Horatius 1. Serm. Sat. 39,

— ſtrabonem.
Appellat petum pater.

PEVCEDANVM] Herba. Plinius libro 25, cap. 9, 13.

PEVMENE] ſpume argenteæ genus. Plinius libro 33, ca. 6.

PEXATVS] Vide PECTO. Martialis libro 2, 58,

Pexatus pulchre rides mea, Zoile, trita.

PEZICAE] Fungi, qui ſine radice aut pediculo naſcuntur: teſte Plinio libro 19, cap. 3, 2.

## P H

PHACOS] lentis genus. Plinius libro 22, cap. 25.

PHAECASIVS] Genus calcei.



Appianus, de M. Antonio, in libro de bello ciuili: Calceamenta candida, qualia Athenienſium ſacerdotes, & Alexandrinorũ, quos phæcaſios vocant, deferre cõſueuerũt.

¶ Phæcaſium. Seneca libro 7, de Beneſic. cap. 21, Pythagoricus quidem emerat à ſutore phæcaſia, rem magnam non præſentibus nummis.

¶ Phæcaſiatus. Senec. epiſt. li. 20. epi. 1, Puto quædam eſſe, quę decent phæcaſiatum palliatumque. Iuuen. Satyra 3.

Phæcaſiatorum vetera ornamenta deorum.

PHAGEDAENA] exulceratio vſque ad oſſa celeriter depaſcens. Plinius libro 23, cap 1, 11, Vtique vlcerum phagedænis & gangrenis, tibiarumque tædio, cum ſale illinuntur.

Phagedæna: putatur eſſe morbus, quem in iumentis vermem appellant; apud Columel libro 9. cap 12.

¶ Phagedænicus. Plinius libro 24 cap. 4, 2. Paronychijs ex melle & vnguibus ſcabris, pterygijs, vlceribus manantibus, condylomatis, vlceribus quę phagedænica vocantur.

PHAGER] animal eſt quoddam in aquis viuens. Plinius libro 32, cap. vlt.

PHALACROCORAX] aquaticus coruus. Plinius libro 10, cap. 48.

PHALAE] turres ligneæ quæ apud veteres propter ſpectacula è lignis erigebantur Ennius:

Malos diffindunt, fiunt tabulata, phalæque.

Iuuen Sat 6. 59,

Conſuluit ante phalas.

PHALANGA] Lignorum teretium genus; qualia ſunt quæ nauigijs, dum ſubducuntur ad litus, aut ad mare trahuntur, ſupponi ſolent. Plinius libro 7, cap. 56. 10, Prælium Afri contra Aegyptios primum fecère fuſtibus, quos vocant phalangas.

PHALANGITES] Herba: de qua Plinius libro 27, cap. 12. 18. Phalangites à quibuſdam phalangium vocatur.

PHALANGIVM] Genus aranei: quòd omnibus internodia terna ſint in cruribus. Plinius libro 29, cap. 4, 25.

¶ Phalangius: Idem. Plinius libro 11, ca. 24 ad finem: Phalangius tantùm in ipſo ſpecu incubat, magno numero: qui vt emerſerit, matrem conſumit; ſæpe & patrem.

¶ Phalangium, *etiam Herba dicitur.* Vide PHALANGITES.

PHALANX] Agmen militare, continens octo millia armatorum. Liu. ab Vrbe, libro 8, 37. Et quòd antea phalanges ſimiles Macedonicis, hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit eſſe. Virg. 2, Aen. 51.

Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat.

Idem 6, Aeneid 98,

At Danaûm proceres, Agamemnoniæq; phalanges.

Phalangem, inquit Curtius, libro 3, vocant peditum ſtabile agmen: vir viro, armis arma conſerta ſunt: ad nutũ monentis intenti ſequi ſigna, ordines ſeruare didicerunt.

Phalangem facere. Cæſar lib. bel. Gal. Ipſi conſertiſſima acie, reiecto noſtro equitatu, phalange facta, ſub primam noſtram aciem ſucceſſerunt. *Rurſus*: Ac Germani celeriter ex ſua conſuetudine, phalange factâ impetus gladiorum exceperunt.

Animoſa phalanx Virg. 12, Aen 56.
Iunctæ vmbone phalanges. Iuuen. Satyr. 2, 5.
Mœſta phalanx. Virg. Aen. 19.
Numeroſa. Valer. 1, Argon. 89.

¶ Phalangarij: milites, qui erant in phalange: quales habuit, ad imitationem Magni Alexandri, Alexander Syrus, Romanorum imperator: vt author eſt Lampridius.

¶ Phalangitæ. Liu. 7, bell. Maced. 161, Decem & ſex millia peditum, more Macedonum, armati fuère; qui phalangitæ appellantur.

PHALARICA] Machina bellica. Hæc (vt Vegetius ſcribit) ad modum haſtæ, valido præfigitur ferro, quod in longitudine habet pedes tres, vt cum armis corpus transfigat. Lucanus libro 6, 59. dixit, Phalaricam neruis mitti tortilibus. Virgilius verò ait; Turnum manu iaculari potuiſſe. 9. Aen. 141,

Sed magnum ſtridens contorta phalarica venit.
Fulminis acta modo.

PHALARIS] Herba Plinins libro 27, cap. 12, 20.

¶ Phalaris: *Genus auis.* Varro 3, de Re ruſt. cap. 11, 3. Sunt item non diſſimilia alia genera: vt querquedulæ, phalarides. De auibus Plinius libro 10, cap. 48, 1. Colum. libro 8, cap. 15. vbi Phalerides nuncupatur.

PHALERAE] Ornamenta equorum. Virg. lib. 5, Aen. 60,

Primus equum phaleris inſignem victor habeto.

Sic libro 9, 26. Liu. 2, bel. Pun 216. Præda ingens parta eſt: & præter equos viroſque. & ſiquid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat, omnis cætera præda diripienda data eſt.

¶ Phalera: Equitum nobilium ornamentum etiam dicitur. Liuius 9, ab Vrbe, 250. tradit, comitia Flauij Aedilitia tan-

tum habuiſſe indignitatis, vt plerique nobilium aureos annulos & phaleras deponerent.

¶ Phaleratus. Liu. 10, bel. Pun. 81, Munera, quæ legati ferrent regi, decreuerunt: ſagula purpurea duo, cum fibulis aureis ſingulis, & latoclauo tunicis; equos duos phaleratos. Sueton. Phalerato equo inſigne.

Phalerata dicta. Terent. Phorm. 3, 2, 15.

PHANATICVS] qui diuino ſpiritu afflatus eſt; vel cui multæ vanæ apparitiones & ludibria fiunt.

Phanaticus curſus. Liu. 4, ab Vrbe, 143.

Phanatico carmine vaticinari. Liu. 8. bel. Maced. 81.

Phanaticus error. Horatius de Arte, 92.

Senex. Iuuen. Satyr. 2, 12.

PHANTASMA] imaginatio vel viſio eius quod non eſt. Plinius libro 7, epiſt. 27, ad Suram: Igitur perquàm velim ſcire, eſſe aliquid phãtaſmata, & habere propriam figurã.

PHARETRA] Virg. 1, Aen. 66,

Succinctam pharetrã, & maculoſæ tegmine lyncis.

Pharetra, *pen. prod.* Ouidius 2, Metam. 88,

Vnde pedem referens penè eſt oblita pharetram Tollere.

Capax pharetra. Ouidius 9, Metam. 40.

Grauida ſagittis. Horat. 1, Carm. Ode 22, 1.

Habilis ad terga. Valer. 3, Argon. 123.

Intonſes pharetræ. Stat. 1, Achil. 25.

Leues. Stat. 6, Theb. 186.

Picta pharetra. Ouidius 2, Metam. 85.

Plenæ pharetræ. Ouidius 4, de Ponto, eleg. 15, 7.

Sæuæ. Stat. 1, Achil. 34.

Sagittiferæ. Stat. 1. Achil. 14.

Venatrices. Ouidius 7, Paneg. 35.

Aptare pharetras humeris. Stat. 4, Theb. 52.

Sagittam deprompſit aurata pharetra. Virg. 13 Aen. 172.

Euerſam ferre pharetram. Ouidius 3, Amor. eleg. 8, 2.

Exhauſta telis pharetra. Ouidius 1, Metam. 90.

Exſuere pharetram humero. Ouidius 2, Metam. 84.

Ferre pharetram humero. Virg. 1, Aen. 101.

Geſtare pharetram. Virg. 1, Aen. 69.

Soluere. Ouidius 5, Metam. 77.

¶ Pharetratus. Dea pharetrata; Diana. Ouidius epiſt. 19, 40.

Miles pharetratus. Silius lib. 7, 128.

Perſis pharetrata. Virg. 4. Georg. 58.

Plebs. Claud. 1, Paneg. 11.

Puer pharetratus: Cupido. Ouidius 10, Metam. 104.

Suſa pharetrata. Claud. de bel. Gildon. 7.

Virgo pharetrata. Ouidius 1, Amor. eleg. 1, 5.

PHARIA] vuæ genus apud Piſas. Vnde & Pharium vinum. Plinius libro 14, cap. 4.

PHARIAS] Serpens eſt, ſulcum, dum ſerpit, caudâ in terra faciens. Lucanus libro 9, 145.

Et contentus iter caudâ ſulcare pharias.

PHARICON] genus veneni. Plinius libro 18. cap. 10.

PHARMACVM] pro veneno, & pro medicamento accipi poteſt. Caius Iureconſ. Qui Pharmacum dicit, debet addere, bonum vel malum.

¶ Pharmacopola. Horat. 1, Serm. Satyr. 2, 1, Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ.

PHASECHINVM] oleum ex lilio, quod lirinon appellatur, renibus vtiliſſimum, ſudoribusq; euocandis, vuluæ molliendæ, concoquendoq; intus. Plinius libro 21, cap. 4.

PHASELLVS, ſiue PHASELVS] Virg. 4, Georg. 58.

Et circùm pictis vehitur ſua rura phaſelis.

Id eſt, breuibus nauiculis.

Fictiles Phaſeli. Iuuen. Sat. 15, 13.

Fragilis phaſelus. Horat. 3, Carm. ode 2, 6.

PHASEOLVS, qui & PHASELVS, aut PHASILVS, ſiue PASEOLVS, vel PASILVS] Genus leguminis. Colum. lib. 2, cap. 10, 4. Ab hoc rectè phaſelus terræ mandabitur, vel in veruacto, vel meliùs pingui & reſtibili agro. Ibidem, ca. 13, 1, Phaſeolij modij quatuor obruuntur, totidem operis.

Viles phaſeoli. Virg. 1, Georg. 46.

¶ Phaſelinus. Phaſelinum oleum. Plinius libro 23, cap. 4, 16.

PHASGANION] Herba. Plinius libro 25, cap. 11.

PHASIANVS] auis. Martial. libro 13. 72.

¶ Phaſiana: Idem. Plinius libro 10, cap 48, Rurſus phaſianæ in Colchis geminas ex pluma aures ſubmittunt, ſubriguntque.

¶ Phaſianarius. Paulus Iureconſ. Phaſianarij & paſtores anſerum non continentur.

PHASMA] Phaſma, fabula fuit cuiuſdam Catulli. Iuuenal.

Clamoſum ageres vt phaſma Catulli. (Satyr 8, 19.

PHASSACHATES] gemma Achates; ex qualitate quadam nomen id peculiare ſortita. Plinius libro 37, cap. 10.

PHENGITES] Lapis: de quo ſic Plinius libro 36, cap. 22, 7 Nerone principe, in Cappadocia repertus eſt lapis, duritia marmoris, candidus atque translucens, etiam qua parte fuluæ inciderant venæ: ex argumento phengites appellatus. Sueton. in Domitiano, cap. 14.

PHENION] Herba. Plinius libro 21, ca. 23.

PHERETRVM] Ouidius 14, Metam. 150,

Luridaque arſuro portabat membra pheretro.

Cruentum pheretrum. Silius libro 5, 34.

Ingenti ſubière pheretro. Virg. 6, Aen. 45.

Molle pheretrum. Virg. 11, Aen. 13.

Puerile. Stat. 6, Theb. 1.

PHIALA] vas plerunq; ex auro conflatum. Iuuen Sat. 5, 4, Varro tenet phialas; tibi non committitur aurum. Martial. libro 8, 45.

Quis labor in phiala? De Phiala aurea, eſt epigramma apud eundem, libro 14, 100.

PHILANTHROPIVM] liberalitas quam hominis gratiâ largimur. Vlpian. in l. 2, de Proxenitis, in P. Idem dico, & ſi aliquid philantropij nomine acceperit.

¶ Philanthropos: Lappæ genus. Plinius libro 24, cap. 19, 6, Philanthropon herbam Græci appellant hirſutam, quoniam veſtibus adhæreſcat.

PHILOGRAECVS] Qui libenter vtitur dictionibus græcis. Varro 3, de Re ruſt. cap. 10, 1. Tranſi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod vos philogræci vocatis [illegible].

PHILOLOGVS] Studioſus ſermonis. Suet. de claris Grammat. vbi de Atteio. Philologi appellationem aſſumpſiſſe videtur; quia, ſicut Eratoſthenes, (qui primus hoc cognomen ſibi vendicauit) multiplici variaq; doctrina cẽſebatur.

PHILOMELA] Ouidius 6 Metam. Mart. lib. 14, 75,

Flet Philomela nefas inceſti Tereos: & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur auis.

Mœrens Philomela. Virg. 4, Georg. 103.

PHILOMVSVS] amicus Muſarum. Mart. lib. 7. 75.

Delectas philomuſe; non amaris. Sic libro 3, 10.

PHILOSOPHVS] Scholæ Philoſophorum. Quint. in Proœm. libro 1, 14.

¶ Philoſophus: *Adiect.* Macrob. lib. 7. Satur. cap. 1. Ea cœna, quàm Callias doctiſſimus dedit, nullum verbum niſi philoſophum ſenſit.

¶ Philoſophor. Plautus Pſeud. 10, 21. (quor.

Sed ſatis eſt philoſophatum: nimis diu & longum lo-

PHILTRA] Genus veneni, amorem, & vt plurimùm inſaniam ingerentis. Ouidius 2, de Arte. 21.

Nec data profuerint pallentia philtra puellis:
Philtra nocent animis, ſpemq; furoris habent.

Iuuen. Satyr. 6, 60, Theſſala philtra.

PHILYRA] membrana tenuiſſima inter corticem & lignum tiliæ. Horat. lib. 1, Carm. Ode 38, 1.

Diſplicent nexæ philyra coronæ. Plinius de tilia lib. 16. cap. 14, Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur: tenuiſſimæ earum philyræ, coronarum lemniſcis celebres, antiquorumque honore.

In Philyris, ſiue philuris arborum antiqui ſcribebant. Martianus libro de nuptijs Philologiæ: Libri in Philyræ cortice ſubnotati. Plinius libro 13, cap. 11, 7, Præparantur ex eo chartæ diuiſæ acu in prætenues, ſed quàm latiſſimas philuras. Idem libro 21. cap. 3, 1.

PHITHARVS] piſcis quidam, apud Plin. lib. 32, cap. vlt.

PHLEGMONE] inflammatio. Celſus lib. 1, in Præfat. Et inflammationem, quam Græci phlegmonem nominant, excitat.

PHLEGONTIS] Gemmæ genus, quòd flammâ quâdam intus ardere videtur. Plinius libro 37, cap. 11.

PHLEOS] herba, Plinius libro 20, cap. 15.

PHLOX] genus floris Plinius libro 21, cap. 10. 4.

PHOCA] Bos marinus. Virg. 4, Georg. 79,

— & turpes paſcit ſub gurgite phocas.

Plinius libro 9, cap. 7, 4, Et vituli marini, quos vocant phocas, ſpirant, & dormiunt in terra.

Deformes phocæ. Ouidius 1, Metam. 61.

Magnæ. Ouidius epiſt. 10, 18.

PHOEBE] Luna. Virg. 1, Georg. 87.

— vento ſemper rubet aurea Phœbe.

Iaculatrix Phœbe. Ouidius epiſt. 19, 45. Hoc eſt, Diana.

Innupta. Ouidius 1, Metam. 96.

Nemoralis. Stat. 1. Syl. 3, 16.

PHOEBVS] pro Sole.

Ardens Phœbus. Valerius 2, Argon. 24.

Augur. Horatius in Carm. ſecul. 13.

Candentis Phœbi niueum limen. Virg. 1, Aen 144.

Decorus Phœbus fulgente arcu. Horat. in Carm. ſecul. 13.

Fatidicus. Claud. 2, in Eutropium, 10.

Fatidici penetralia Phœbi. Lucanus libro 5, 15.

Inclytus Phœbus. Stat. 6, Theb. 60.

Laurifer. Ouidius 3, de Arte, 78.

Metuendus certâ ſagittâ. Horat. 1, Carm. ode 12, 5.

Occiduus. Ouidius 14, Metam. 83.

Radians

Radiantis Phœbi ictus Lucanus libro 7,43.
Rediens fugat aſtra Phœbus. Hora.3, Carm. ode 21,5.
Serenatus. Silius libro 5,36.
Vterque Phœbus: *id eſt, oriens & occidens.* Ouid.1, Metam.68.
Digna Phœbo loqui. Virg 6, Aen.133.
¶ Phœbeus. Flammæ Phœbeæ. Seneca Thyeſte, 9,10.
Ignes Phœbei. Ouidius 5, Metam 78.
Lampas Phœbea. Virg.4. Aen.2.
Laurus Phœbea. Ouidius 4, Triſt. eleg.2,11.
Sortes Phœbeæ. Ouidius 3, Metam.26.
PHOENICIAS] ventus ab ortu ſolſtitiali, mediâ regione inter ortum brumalem & meridiem flans. Plin. lib.2, c.47.
PHOENICOBALANVS] Palmæ Aegyptiæ fructus, præ maturitate nigreſcens, veſcĕteſq; inebrians. Plin. l.12, c.22.
PHOENICOPTERVS] Auis, rubentes pennas habens. Iuuenal. Satyr.11,14.

Et Scythicæ volucres, & phœnicopterus ingens.

Plinius libro 10, cap.48, Numidicæ in parte Africæ Numidia, omneſque iam in Italia, phœnicopteri linguam præcipui ſaporis eſſe.
PHOENICVRVS] auis, à caudæ rubedine dicta. Plinius libro 10 cap.29.
PHOENIX] Auis. Plinius libro 10, cap.2,1. Aethiopes atq; Indi, diſcolores maxime & inenarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobilem Arabia phœnicem haud ſcio an fabuloſè, vnum in toto orbe nec viſum magnopere. Ouidius 15, Metam.79,

Vna eſt quæ reparet, ſeque ipſa reſeminet ales:
Aſſyrij phœnica vocant.

Et viuax phœnix vnica ſemper auis. Oui.2, Amor. eleg.6.11.
PHONOS] herba. Plinius libro 12, cap.16.
PHORMIO] Phormiones tegetes ſunt, ex iuncis aut ſtraminibus contextæ: apud Vlpianum l.12.§.12, de inſtructo & inſtrument. legat in P.
PHOSPHORVS] Lucifer. Martialis libro 8,12, Phoſphore redde diem.
PHRAGMIS] herba. Plinius libro 23, cap.10.
PHRASIS] Eloquentiæ corpus, inquit Quintil. lib.10, cap. 1, & dicendi modus.
PHRENESIS] morbus. Iuuenal. Satyr.14,14.

Quum furor haud dubius; quum ſit manifeſta phreneſis. Martial. libro 4,36.

Plinius libro 24, cap.9.7.
Semen inſtillatur in oleo decoctum capiti, in lethargia & phreneſi.
¶ Phreneticus. Mart. lib.11,29.

Inuaſit medicus ſicâ phreneticus Eucli.

PHRYGANION] animal quod ſe ignorare Plinius ait: cum tamen remedio eſſe quartanis, ex Chryſippo idem author commemoret, libro 30, cap.11.
PHRYGIO] Qui acu pingit, vel veſtes acu intexit. Plinius libro 8. cap 48,5. Plautus Aulul.19,36,

Stat fullo, phrygio, aurifex lanarius.

¶ Phrygianus. Phrygianæ veſtes: hoc eſt acu contextæ, & filis aureis decoræ. Plinius libro 8, cap.48,6.
PHRYNION] herba. Plinius libro 25, cap.10.
PHRYNOS] ranæ genus, in vepribus tantùm viuens. Plinius libro 32, cap.3.
PHTHIRIASIS] morbus pedicularis. Plinius libro 20, ca. 1,5, Sic & contra phthiriaſin bibitur, & hydropiſes.
PHTHISIS] Tabes. Colum. libro 6, cap.14,1. Iuuenal. Satyr.13,11,

Et phthiſis, & vomicæ putres, & dimidium crus.

PHTHORIVS] Plinius de ſcammonite vino, libro 14, cap. 16 9, Hoc vinum phthorium vocant quoniam abortus facit.
PHY] Interiectio mirantis. Terent. Adelph. 3,3,59, Syre, præceptorum plenus iſtorum ille.

S. Phy: domi habuit vnde diſceret?

PHYCIS] piſcis eſt verno tempore varius, reliquis anni partibus candidus. Plinius libro 9, cap 26.
PHYCITES] gemma, algæ colorem habens. Plinius libro vltimo, cap.10.
PHYCOS] Frutex. Plinius libro 13, ca.25,1.
PHYGETHLON] Tumor eſt non altus, ſed latus; in quo quiddam puſtulæ ſimile eſt. Celſus libro 5, cap.28.
PHYLACA] carcer. Plaut Capt.12,93. Illic eſt abductus recta in phylacam, vt dignus eſt.
¶ Phylaciſta: Cuſtos carceris. Plaut. Aulul.15,45. Trecenti conſtant phylaciſtæ in atrijs.
PHYLLANTHES] herba ex genere aculeatarum, ſed mitioribus aculeis; ab radice tantùm folia. Plinius lib.21, c.16.
PHYLLON] Spina eſt ſine caule, ſine flore, ſine echino, folijs longis, aculeatis & lactucæ ſimilibus. Plin. lib.22, c.16.
PHYMA] Celſus libro 5, cap.28, Phyma eſt tuberculum furunculo ſimile, ſed rotundius & planius, ſæpe etiam maius. Idem libro eodem, cap.18. Ariſtonis malagma etiam recentia phymata, doloreſque omnes diſcutit.
PHYSEMATA] ſunt conchæ, quæ audito tonitru pauent, ac repente comprimuntur. Plinius libro 9, cap.35.
PHY[illegible]ES] ſunt gemmæ, quæ ad naturalium ſimilitudinem effectæ ſunt ab artificibus. Plin. lib.37, cap.12.
PHYSETER] Genus piſcis marini, admirabili magnitudine. Plin. lib.9, cap 4. Maximum animal in Indico mari priſtes & balæna eſt: in Gallico Oceano phyſeter ingens columnæ modo ſe attollens, altioremque nauium velis diluuiem quandam eructans. Auienus in Arato.

Delphino, virides & phyſeteres anhelos.

PHYTEVMA] herba amatoria, quam ibid contemnunt, qui de herbarum viribus aliquid ſcriptum accuratiùs reliquerunt. Plin. lib.27, cap.12.

P I

PIABILIS, PIACVLARIS, PIACVLVM, PIAMEN, PIATRIX] Vide PIO.
PICA] Mart. lib. 4,81,

Pica loquax certâ dominum te voce ſaluto:
Si me non videas, eſſe negabis auē. Idem lib.1,49.
Improba Cecropias oſtendit pica querela.

Plin lib.10, cap 33,6, Pica quum diligentiùs viſum ab homine nidum ſenſere, oua transferunt aliò.
¶ Pica alia eſt, ſub ventre alba ſuperiùs nigra; quæ varia appellatur. Ouidius 5, Metam 60.

Inſtiterant ramis imitantes omnia picæ.

¶ Picæ, apud Feſtum, ſunt Sphinges: vnde & apud eum Picati. Quanquam & pici, ex ſe picatos propagare poſſunt: qui Latinis ſunt auidæ illæ volucres, feræ griphes vocatæ, aurum è cauernis penitùs egerentes.
PICARIA, PICATVS] Vide PIX.
PICEA] Arbor eiuſdem cum pinu generis. Virg.9. Aen.18,

Lucus in arce fuit, ſummâ quò ſacra ferebant.
Nigranti piceâ, trabibuſq; obſcurus acernis.

Plin. libro 14. cap 20,5, Fit è piceæ reſina. In Hiſpania autem è piceaſtris, minimè laudata. Idem libro 16, capite 10, 4. Ouidius 3, Metam.31.

Vallis erat piceis & acutâ denſa cupreſſu.

¶ Piceaſtrum. Vide in PICEA.
PICEVS, PICO] Vide PIX.
PICRIS] Genus lactucæ, ſiue cichorei agreſtis. Plin. libr.21, cap.17,4. Amara & aphace. & quæ picris nominatur, & ipſa toto anno florens: nomen ei amaritudo impoſuit.
PICTE, PICTOR, PICTVRA] Vide PINGO.
PICVS] auis vncorum vnguium: cauat arbores in quibus pullos educat, & ſcandit in ſubrectum, felium modo. Plin. lib 10, cap.18.
PIERIDES] Muſæ dicuntur, propter amœnitatem ac ſolitudinem Pierij montis, quo eæ ſecretis loci propter ſtudia liberalia delectantur. Virg.8, eclog.11.

Hæc Damon: vos, quæ reſponderit Alpheſibœus,
Dicite Pierides.

Lumen Pieridum. Ouidius 4. de Ponto, eleg 16,9.
Sacris Pieridum imponere manum. Ouidius 4. Triſt ele. 1,6.
Studio Pieridum teneri. Ouidius 2, de Ponto, eleg 5,13.
*Nominatiuus ſingularis numeri eſt Pieris; & Pieri: in caſu vocandi.*
Horat.4, Carm Ode 3,4,

— o teſtudinis aureæ
Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas.

¶ Pierius. Pierium carmen. Lucretius libro 1,193.
Chorus Pierius. Ouidius ad Piſonem.49.
Tutela chori Pierij Mecœnas. Ouidius ad Piſonem.49.
Dies Pierij: Quos impendimus literarum ſtudijs. Stat 1. Sylu.3,5.
Studijs Pierijs pollere. Claud. 5, Paneg.30.
Via Pieria. Ouidius 2, de Ponto, eleg.9,13.
PIETAS] Virg 1, Aen.31.

Tum pietate grauem, ac meritis, ſi fortè virum quem
Conſpexêre, ſilent.

Pietas: *Verus Dei cultus propriè intelligi ſolet* Virg.1. Aen.3. de Aenea.

Inſignem pietate virum.

Egregius pietate. Virg.6, Aen.154.
Mira pietate egregius parens. Catul. ad Ianuam, epig.62,6.
Magnus pietate & armis. Virg.1, Aen.110.
Potens. Propert lib.3, eleg.22,5.
Honos Virg.1, Aen.53.
Imago. Virg.6., Aen.81.
Solennia pietatis. Tacitus in vita Agricolæ.
Notæ pietatis vir. Ouidius 14. Metam.89.
Vmbra mendax pietatis. Ouidius 9, Metam 93.
Concors pietas. Ouidius ad Liuiam, 17.
Ficta. Stat.5, Sylu. ,49.
Hilaris. Ouidius 2, de Ponto eleg.1,2.

Ignaua. Stat. 12, Theb. 77.
Mitis. Ouidius 3. Triſt. eleg 4,7.
Spectata. Ouidius 4, Faſt. 8.
Spreta. Catul. Argon. epigr. 59,77.
Trepida. Seneca Medea, 7,2.
Temeraria. Stat. 3, Sylu. 3,39.
Velox. Stat. 3, Sylu. 1,3.
Euertere pietatem. Lucretius libro 5,17.
Excidit pietas. Ouidius 1, Triſt. eleg. 4,3.
Frangi pietate alicuius. Ouidius epiſt. 1,17.
Victa iacet pietas. Ouidius 1, Metam. 31.
Præſtanda pietas parentibus. Quintil lib. 5, cap. 10, 10.
Repletum pietate genus. Lucretius libro 2,234.
Victa pietas cupidine ventris. Ouidius 15, Metam. 35.
Victa metu pietas. Ouidius 13, Metam. 144.
Victa furore pietas. Horat. 3, Carm ode 27,8.
¶ Pius: Deum colens. Virg 3, Georg. 103,
Dij meliora pijs.
Piorum & impiorũ deos rationem habere. Vide Impivs.
¶ Pius: Miſericors benignus. Terent. Hecyr. 5,2,77.
Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.
Pius & caſtus amor. Quint.
Animæ piæ. Horat. 1, Carm. Ode 10,4.
Aræ piæ. Seneca Hippol. 4,29.
Cauſa pia coëgit me. Ouidius 6, Metam. 100.
Dextra pia. Horat. 2. Serm. Sat. 1,11.
Duellum pium. Liu. 1, ab Vrbe, 144.
Fraus pia Ouidius 9, Metam. 143.
Furtum pium. Seneca Agamem. 13,3.
Gens pia. Horatius Epod. 16,13.
Labor pius. Ouidius 2, Triſt 65.
Lachrymæ piæ. Ouidius 6, Metam. 167.
Lingua pia. Ouidius epiſt. 21,14.
Manus pias ſcelerare. Virg. 3, Aen. 9.
Mens pia Ouidius 8, Metam. 155.
Militia. Ouidius 7, Metam. 97.
Numina pia Virg. 4, Aen. 77.
Officium pium. Ouidius 6, Metam. 50.
Ore pio repoſcere aliquid. Virg. 6, Aen. 166.
Populus pius. Lucretius libro 6,257.
Preces piæ. Liuius 4, bel Maced.
Rem piam præſtare. Ouidius 5, Triſt. eleg. 14,3.
Sacra pia. Ouidius 2, Faſt. 50.
Vota pia. Ouidius 1, Metam. 45.
Facto pius & ſceleratus eodem. Ouidius 9, Metam. 1.
¶ Pijſſimus. Curt. libro 9. Vobis quidem, ô fidiſſimi pijſſimique ciuium atque amicorum, grates ago habeoque.
¶ Piè. Terent. Adelph. 3,4,13.
Neque faciam, neque me ſatis piè poſſe arbitror.
Piger] Tardus, Seneca de Benefic. 2, Niſi inquit, in os Senatoris ingeſſiſſet imperator pigros ſuos. ſub. pedes.
Manè piger ſtertis. Perſius. Sat. 5,14.
Piger ſcribendi ferre laborem. Horat. 1, Serm. Sat. 4,3.
Ad pœnas piger, ad præmia velox. Ouidius 1, de Ponto, eleg. 3,11.
Piger ad nandum. Ouidius epiſt. 17,41.
Piger frigore. Ouidius 2, Metam. 17.
Militiæ piger. Horatius 2, epiſt. 1,26.
Annus piger. Horatius 1, epiſt 1,5.
Bellum pigrum. Ouidius 2, Faſt. 146,
Bos piger. Horatius 1, epiſt 14,9.
Campi pigri Horat. 1, Carm. Ode 22,4.
Familia pigra. Plaut. Moſtel 3,16.
Frigora pigra hybernæ noctis. Propert. lib. 1, eleg. 2,7.
Gratia pigra. Oidius 4, de Ponto, eleg. 1,5.
Hyems. Ouidius 3, Amor. eleg. 5,19.
Humor piger. Colum. lib. 2, cap. 2,12.
Piger lapſus. Colum. lib. 1, cap. 5,2.
Manus pigra. Ouidius epiſt. 20.32.
Moles. Claud. 3, Paneg. 71.
Obliuia pigra. Stat. 10, Theb. 18.
Palus pigra. Ouidius 4, de Ponto, eleg. 10,13.
Quies. Mart. lib 12,59.
Senectus. Ouid 10, Metam. 80.
Situs piger. Ouidius 2, Amor. eleg. 3,3.
Somno pigro torpere. Stat 3, Sylu. 2,15.
Vitia pigra. Claud. 2, in Eutrop 42.
Vita pigra. Stat. 1, Sylu. 4,12.
Vultus piger. Martial. lib. 2,11.
¶ Pigrior. Horat 1, Serm. Sat. 7,4,
— diſcedet pigrior vltro Muneribus miſſis.
Arat pigerrimus. Silius libro 15.99.
¶ Pigrè. Plinius libro 10, cap. 34, 2. Pigriùs intrante fœmina ad pullos.
¶ Pigritia, Ignauia, lentitudo. Liuius 1, ab Vrbe, 136.
¶ Pigror. Lucretius libro 1,83.



Quòd ſi pigratis, paulùm ve receſſeris ab re.
¶ Pigreſco. Plinius libro 18, cap. 18, 2, Mox pigreſcit, in Virginem tranſgreſſo. Sub. Sole.
¶ Pigro. Accius Chryſi: Melius pigraſſe, quàm properaſſe eſt nefas.
Pigeo] Plautus Menæch. 24,7.
Adoleſcens quæſo loquere tuum mihi nomen; niſi piges. Terent. Phorm. 1,3,21,
— quare obſecro,
Nequid plus, minúſve faxit. quod nos poſtea pigeat. Idem in Prolog. Heaut. 19,
Neque ſe id pigere.
¶ Piget. Piget quod dolet Plaut Pœn. 18,89.
Niſi piger, conſiſtite. Terent. Heaut. 5.4,20,
Pudet dicere hac præſente verbum turpe: at te illud nullo modo
Facere piguit. Martial. lib. 2,5.
Te tamen videam, duo millia non piget ire.
Piget eſſe pium Ouidius epiſt. 14,3.
Piget, *aliquando accuſatiuum rei Patientis, cum genitiuo agentis regit.* Terent. And 5,1,6,
— ô ingentem confidentiam?
Num cogitat quid dicat? num facti piget!
Facti fortaſſe pigebit. Ouidius epiſt 12,42.
Incepti piget. Virg. 5, Aen. 136.
Laborum actorum. Ouid 2, Metam. 78.
Piguit ſceleris. Lucanus libro 4,6.
¶ Pigendus. Error nulla parte pigendus. Ouid. epiſt. 7,22.
Pigmentvm] Vnguentum, quo vtuntur puellæ ad venuſtandam faciem. Plaut. Moſtel 4.195.
Non iſtanc ætatem oportet pigmentum: vllum attingere. Plinius libro 16, cap. 43,6.
Pigmenta *aliquando dicuntur colores pictorum*: de quibus Plinius libro 35, cap 51. Plaut. Epid. 13,20,
Quem Apelles, Zeuſisque, duo pingent pigmentis vlmeis.
Pignvs] Plautus Caſin. 2,75,
Id ni fit, mecum pignus. ſiquis volt, dato
In vrnam mulſi.
Vlpianus de pignoratitia actione, vel contra. l. ſi rem alienam. Propriè pignus dicimus, quod ad creditorem tranſit. Mart lib. 12,25,
Quum rogo te nummos ſinè pignore: Non habeo, inquis:
Ponere pignori Plaut. Capt. 7,74.
¶ Pignus: pro hypotheca. Terent. Phorm. 4,3,56,
— ager oppoſitus eſt pignori ob decem minas:
Aediculæ item ob decem alias.
Excepit Tyrio venerabile pignus in oſtro Clau. 6, Paneg. 8.
¶ Pignus: indicium, ſiue documentum. Virg. 3, Aen. 122,
Ipſe pater dextram Anchiſes haud multa moratus,
Dat iuueni, atq; animum præſenti pignore firmat.
Ibidem, 5.108,
— monumentum & pignus amoris.
Curtius libro 9, Nullum erga me beneuolentiæ pignus atque indicium omiſiſtis.
Mutua pignora amoris. Silius libro 17.74.
Charitas mutuæ pignus. Quint. in Procœm lib. 1,6.
Fidei pignus. Ouid. 6, Metam. 102.
Communis filij pignus interceptum. Sueton. in Tiberio, capite 7.
Hoſpitij pignora. Curtius libro 6, Extulerat & hoſpitii pignora.
Pignus vocis. Ouidius epiſt. 19,13.
Chara pignora. Virg eclog. 8,19.
Miſerabile pignus amoris. Ouidius epiſt. 11,23.
Dare pignus Ouid. 2, Metam 8.
Petis certa pignora. Ouid. 2, Metam. 19.
Pignus tenemus ſceleris. Senec. Hipp. 5,29.
¶ Pignora *pro filijs* Ouidius.
Dulcia ſollicitæ geſtabant pignora matres.
Quint. libro 6, ca. 1, Affert in ijs momentum & ætas, & ſexus, & pignora: liberi dico, & parentes, & propinqui. Ibidem, capite 2, Obſecratio illa iudicum per chariſſima pignora.
Chariſſima pignorum. Tacitus libro 13.
Nepotes chara pignora. Ouid. 3, Metam. 27.
Adſcita pignora. Stat. 2, Sylu. 1,18.
Gemino natarum pignore fultus. Stat. 1, Theb. 79.
Inauſpicatum pignus ſanguinis mei. Senca Oedip, 14,5.
Mors mea pignus erit coniugij. Ouidius epiſt. 9,30.
Pacis pignus. Ouid 8, Metam. 10.
¶ Pignus: *Id quod deponitur ab ijs qui decertant apud ſequeſtrum.* Virg. eclog. 3,7,
— tu dic mecum quo pignore certes.
Contendere pignore. Catul. ad Fundum, epigr. 41.1.

¶ Pigneror;

¶ Pigneror: pignora capio. Liuius: Poſtea conſcientia ſibimet exilium conſciſcentes: bona tantùm, quæ publicari poterant, pigneranda pœnæ præbebant.

Pignerati animi Liu 4 bel. Pun. 4, Et quorum propinqui extra vrbem intercluſi ab hoſtibus erant, velut obſidibus datis pigneratos haberent animos.

¶ Pignerare: Dare pignus. Sueton in Vitel. cap. 7, Vtque ex aure matris detractum vnionem pignerauerit ad itineris expenſas.

¶ Pignoratio. Caius in l ſed & D. de pign. & hypothec.

¶ Pignoriſcapio. Gellius ex Catone: Pignoriſcapio ob æs militare, quod æs à Tribonio ærario miles accipere debebat, vocabulum ſeorſum fit.

¶ Pigneratitius. Pigneratitius creditor: Cui pignus capere licet. Vlpian. Quæritur in pigneratitio creditore, an pignoris perſecutio denegetur?

PIGRESCO, PIGRO, & PIGROR] Vide PIGER.

PILA] Vas concauum, quo antiqui ſiccata frumenta pinſebant ac contundebant. Cato cap. 14, 12, Paululùm latam pilam, vbi triticum pinſant, vnam. Idem cap. 10, 4, Pilam ligneam vnam.

Pila: *Columna ſtans*, Apul lib. 3, Metam. Pila media, quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat. Plin. lib. 11, Ruentes ceras fulciunt pilarum inſtar, interiùs à ſolo fornicatas; vt ſit aditus ad ſarciendum. Horat. 3, Serm. Satyr. 4, 15.

¶ Pilæ: *opera informia quæ in aqua conſtruuntur.* Virgilius libro 9, Aeneidos, 142,

Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit.

¶ Pila: inſtrumentum luſorium. Plaut Bacchid. 8, 24,

Ibi curſu, luctando, haſta, circo, pugillatu, pila,
Saliendo ſe exercebant magis. Martialis, de pila trigonali, lib. 14. 31,

Si me mobilibus ſcis expulſare ſiniſtris,
Sum tua: ſi neſcis, ruſtice redde pilam.

Pila paganica. Mart. lib. 14, 50,

Hæc quæ difficilis turget paganica pluma,
Folle minùs laxa eſt, & minùs arcta pila.

Terra pilæ ſimilis. Ouid. 6, Faſt. 54.
Iactus pilarum. Ouid. 2, Triſt. 97.
Pila luſoria. Plin. lib. 7, cap. 56, 15.
Perpictæ pilæ Ouid. 10, Metam. 53.
Velox pila. Horat. 2, Serm. Satyr. 2, 3,
Pilam ſcitè ac diligenter excipere; & Aptè & expeditè remittere. Senec de Benefic. lib. 2, cap. 32.
Pilâ ſe exercere. Celſus lib. 1, cap. 6.
Volantem pilam geminare. Ouid. ad Piſonem, 38.
Tollere, & mouere pilam. Ouid. 3, de Arte, 73.
Mea pila eſt, ſi repudiatur miles Plaut. Trucul, 15, 6.
Pila lanuginis Plin. lib. 12, cap. 10, 2.

¶ Pilula. Plinius libro 16, capite 7, 2, Naſcuntur in eo & pilulæ, nucibus non abſimiles. Pilulæ: ſunt etiam pharmaca illa in globulos conformata. Plin. lib. 28, cap. 9, 14, Vetus axungia phthiſim in pilulis ſumpta ſanat.

¶ Pilarius: præſtigiator. Quintilian. lib. 10, cap. 7, Quo vſu conſtant miracula illa in ſcenis pilariorum ac ventilatorum, vt ea quæ emiſerint, vltrò venire in manus credas, & qua iubentur decurrere.

¶ Pilatim, Vitruuius; Pilatim ſtruuntur ædificia.

¶ Pilicrepus: apud Senec. libro 8, epiſtol. ad Lucilium, eſt is qui pilas, hoc eſt, ſphæras aut glomos pice illitos, in ignem balneorum ſiue vaporarij conijceret, ſicubi fortè reſtingueretur.

PILATES] Genus lapidis candidiſſimi. Cato: Lapis candidior, quàm pilates.

PILATVS] Vide PILVM.

PILENTVM] Vehiculi genus, quo matronæ ferebantur. Virg lib. 8, Aeneid 134.

—caſtæ ducebant ſacra per vrbem
Pilentis matres in mollibus. Liu. 5, ab Vrbe, 116, Honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum: vt pilento ad ſacra ludosq;, carpentis feſto profeſtoq; vterentur. Horat. 2, epiſt 1, 39,

Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita, naues.

Sacra pilenta. Claud. de nupt. Honorij 58.

PILEVS, vel PILEVM] Tegmen capitis. Perſ. Satyr. 5, 9,

— hæc nobis pilea donant.

Suta pilea de cæſis lacernis Stat. 4, Sylu. 9. 5.

Pileus: *pro libertate*. Liuius 4, bell. Pun. 148, Poſtero die ſerui ad pileum vocati & carcere vincti emiſſi.

¶ Pileolus. vel Pileolum. Horat. 1, epiſt. 13, 8,

Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis. Columel. de Arboribus, cap. 25, 2, Pileolos induere. Ouidius 1, de Arte, 148,

—nec turpe putaris
Pileolum nitidis impoſuiſſe comis,



¶ Pileatus. Liuius 4, bell Pun 73, Pileati, aut lana alba velatis capitibus Volones epulati ſunt. Martial. lib. 10, 72,

Ad Parthos procul ite pileatos.

Pileati ſerui. Gellius lib. 7, cap. 4, Pileatos ſeruos vænum irè ſolitos, quorum nomine venditor nihil præſtaret, Cælius Sabinus iuriſperitus ſcriptum reliquit.

Fratres pileati. Catull ad Contubernales, epigram. 35, 1.

PILICREPVS, PILVLA] Vide PILA.

PILVM] Armorum genus, haſtile, pedum quinque & ſemis, ferro triangulo vnciarum nouem. Vegetius, libro 2, capite 15, Generaliter, authore Varrone, pila, tela Romana ſunt. Plinius libro 15, capite 30, 6, Romanis præcipuè lætitiæ, victoriarumq; nuntia additur literis, & militum lanceis, pilisq; Lucan. lib. 1, 119,

Pila ſed in medium venère trementia pectus.

Aduigilantia pila regum ſomnis. Stat. 1, Thebaid. 30.
Excubiæ, & circumſtantia pila. Claud. 7, Paneg. 57.
Curuata pila cuſpide Lucan. lib. 1, 50.
Exeſa rubigine. Virg 1, Georg 102.
Agmina horrentia pilis. Horat. 2, Serm Satyr. 1, 3.
Pila minantia pilis. Lucan. lib. 1, 2.
Sæua. Stat. 10, Thebaid. 30.
Torquere. Lucan lib. 1, 74.
Primum pilum, vocabatur prima centuria in exercitu apud Romanos. Cæſar 5, bel. Gallic. 133, Tum T Baluentio, qui ſuperiore anno primum pilum duxerat, viro forti, & magnæ authoritatis, vtrumq; femur tragula traijcitur.

¶ Pilum: Inſtrumentum quo aliquid pinſitur, ſeu tunditur in pila Plinius lib. 18, cap. 10, 7, Hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo præferrato, fiſtula ferrata, & ſtella intus denticulata. Cato de re Ruſtic. cap 12, Pilum fabarium vnum: farrearium vnum; ſeminarium vnum; qui nucleos ſuccernat, vnum.

¶ Pilatus: Pilo armatus. Martial lib. 10, 48,

Et pilata redit iamq;, ſubitq; cohors.

¶ Pilanus: aliquis qui ordinem ducit in militia. Ouidius 3. Faſt. 26,

Et totidem princeps, totidem pilanus habebat
Corpora, legitimo quiq; merebat equo.

PILVS] Plin. lib. 11, cap. 37, 9, In capite cunctorum animalium, homini plurimus pilus. Idem lib. 8, cap. 21, 3, Pilo in contrarium verſo. De tauris.

Pilus frequens. Celſus lib. 6, cap 4.
Fruticante pilo neglecta & ſqualida crura. Iuuenalis Satyra, 9, 2.
Vellere pilos caudæ equinæ Horat 2, epiſt. 1, 9.

¶ Pilo: Pilos emitto. Accius: Tum primùm pilabant genæ.

¶ Pilare: *Pilos detrahere*. Martial. lib. 6, 56,

Exſtirpa (mihi crede) pilos de corpore toto:
Teq; pilare tuas teſtificare nates.

¶ Piloſus. Piloſiora folia. Plin. lib. 20. cap. 16, 3.

PINACOTHECA] Tablinum. Plin. lib. 35, cap. 2, 1, Et inter hæc pinacothecas veteribus tabulis conſuunt, alienasque effigies colunt. Varro 1, de re Ruſt cap. 2, 9

PINASTER, PINETVM, PINEVS] Vide PINVS.

PINGO] Plin. lib 35, cap. 8, 5, Adeò iam colorum vſus increbuerat adeò ars perfecta erat, vt in eo prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur.

Moris ſanguineis pingit frontem Virg. 6, eclog 5.
Caſtra pingere mero in menſa. Tibull lib. 1, eleg. 10, 7.
Pingere humum varijs floribus: Plaut. Sticho, 6, 19.
Iuuenile decus mihi pingere malas Cœpit. Ouid. ad Piſon. (53.
Membra pingere ferro. Claud 1, in Ruffin. 63.
Palloribus omnia pingunt. Lucret. lib 4, 64.
Tempora pingebant viridantes floribus herbas. Lucretius libro 5, 280.
Tempora ſutilibus pingũtur tecta coronis. Ouid 5, Faſt. 67.
Mollia lutheola pingit vacinia caltha. Virg. 2, eclog. 10.
Acu pingere. Ouid. 6, Metam. 5.

¶ Pictus. Pictæ tabulæ. Plaut. Menæch. 4, 32.

Arma picta. Virg. 8, Aeneid. 18.
Cauda picta. Horat. 2, Serm. Satyr.. 2, 6.
Picta ad eximiam pulchritudinem forma. Plinius epiſt. 101, cap. lib 5.
Frigora picta Mart. lib. 1, 51.
Lacerti picti terga ſqualentia. Virg. 4, Georg. 3.
Pantheræ pictæ. Ouid. 3, Metam. 134.
Prælia picta rubrica. Horat. 2, Serm. Satyr. 7, 20.
Purpura picta. Virg 7, Aeneid. 51.
Strata picta. Ouid. 8, Metam. 7.
Tabellæ pictæ. Horat. 1, Serm. Satyr. 1, 15.
Tapeta picta. Virg. 7, Aeneid. 56.
Toga picta. Propert lib 4, eleg. 4, 11.
Veſtes pictæ vnde triumphales natæ. Plinius libro octauo, capite 48, 5.
Volucres pictæ. Virg. 3, Georg. 49.

¶ Pictura. Plinius lib.35,cap.9, Quinimò certamen picturæ etiam florente eo, inſtitutum eſt Corinthi.

Textilis picturæ. Lucret.lib.2,7.

Inani pictura paſcit animum. Virg.1,Aeneid.94.

¶ Picturatus. Opus picturatū metallis. Claud.7,Paneg.118.

Agger picturatus morituris floribus. Stat.6,Thebaid.12.

Limbus picturatus. Stat.1,Achil.66.

Veſtes picturatæ. Virg.3,Aeneid.97.

Volucres picturatæ. Claud.ad Serenam,17,1.

¶ Pictor. Plin.lib.13,cap.11,2, Fit & ex ſarcocolla gummi, vtiliſſimum pictoribus ac medicis.

PINGVIS] Plinius libro 10,capite 50,2, Fœminæ quidem ad ſaginam non omnes eliguntur; nec niſi in ceruice pingui cute.

Pingue: *Fœcundum.* Virg.4,Georg.24. Et pingues hortos.

Agri pingues. Lucret.lib.5,251.

Pinguis ager ac putris. Col lib.2,cap.2,4.

Agni pingues. Virg.1,Georg.69.

Amnis pinguis. Valer.5,Argon 85.

Aruum pingue. Virg.5,eclog.7.

Campus pinguis. Virg.2,Georg.55.

Campus pinguior ſanguine Horat.3,Carm.ode 1,6.

Corpus non pingue. Ouid.1,de Ponto,eleg.5,11.

Culta pinguia. Virg 4,Aeneid.75.

Digiti pingues. Ouid.3,de Arte,56.

Equi pingues ſanguine humano. Ouid.9,Metam.39.

Ferina pinguis. Virg.1,Aeneid.44.

Fici pingues Horat 2,Serm.Satyr.8,18.

Fimo pingui ſaturare ſola. Virg.1,Georg.16.

Flammæ pingues Ouid 5,Triſt.eleg.6,3.

Flumen pingue Nili Virg.9.Aeneid.7.

Fumus pinguis. Lucan lib.8,143.

Horti pingues. Virg 4,Georg 24.

Humus pinguis. Virg 2,Georg 37.

Lardum pingue Horat.2,Serm.Satyr.6,13.

Menſæ pingues Catul in Carm.Nupt.57,1.

Merum pingue Horat.2,Serm.Satyr.4,13.

Muſta pinguia. Tibull lib 1,eleg.1,2.

Oliuum pingue. Stat.6,Thebaid.116.

Omaſo pingui tentus. Horat.2,Serm.Satyr.5,9.

Oues pingues. Virg.eclog.6,1.

Pabula pinguia. Lucret.lib.1,52.

Rami pinguiſſimi. Horat Epod.2,11.

Solum pingue. Virg.1,Georg.13.

Terræ pingues. Virg.2 Georg.19.

Toga pinguis *pro Craſſa*, apud Sueton.

—pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ. Iuuen Satyr.9,3.

Vapor pinguis. Senec.Herc.fur.11,4.

Vitijs pinguis Horat.2,Serm.Satyr 2,5.

Pingui Minerua aliquid facere Colum.in Præfat.lib.1,28.

Pinguiores ruſticorum literæ. Colum lib.9,cap.14,10.

Pinguis doctor. Quint lib.1,cap.10.

Ingenium pingue. Ouid.11,Metam.30.

Amor pinguis. Ouid.2. Amor.eleg.19,6.

Pingue otium. Plin.epiſt.101,p, Nam ſuper illa, quæ retuli, altius ibi otium & pinguius, eoq; ſecurius.

Somni pingues. Ouid.1,Amor.eleg.13,2.

¶ Pingue: Subſtantiuum, quod inter carnem & cutem eſt, ſucco liquidum. Plin.lib.11,cap.37,79. Virg.3,Georg.25.

—& omnes
Impendunt curas, denſo diſtendere pingui. Plin.lib.11,cap.37,80, Omnibus animalibus eſt quoddam in oculis pingue.

¶ Pinguiter. Colum. libro 2, capite 2,4, Proximum deinde huic pinguiter denſum. Sub.ſolum. Plinius lib.12, cap.25, 1.., Colos in quacunque natione præfertur ruffus, & pinguiter lentus.

¶ Pinguiùs, pleniùs & largius. Vlpian.in l.& an eadem.§.1. ff. de except.rei.iudic. Sed pinguiùs pro communi vtilitate accipitur. Paulus in l. & exhæredatum ff. de re iudic. Pinguiùs enim donatori ſuccurrere debemus, quàm ei qui verum debitum perſoluere compellitur.

¶ Pinguedo. Plin lib.23,cap.8.8, Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt; inflationem ſtomachi; & pinguedini corporis conferunt plus, quàm ſit veriſimile.

¶ Pinguitudo. Varro 3, de Re ruſt.cap 9.14, Et lux pinguitudini inimica. De gallinis. Columel.libro 2, capite 15, Ea res admonet nos, ineſſe tali materiæ naturalem pinguitudinem & ſuccum.

Laborare nimia pinguitudine. Quintil.lib.1,cap.11,3.

Literarum nimia pinguitudo. Quint.lib.1,cap.11,3.

¶ Pinguiarius: Qui pinguia amat. Martialis, libro 11,94,

Carnarius ſum: pingularius non ſum.

¶ Pingueſco. Pinguis fio. Columel.lib 2.cap.11,1, Omne emaciatum armentum ex medica pingueſcit.



Campi pingueſcunt. Virgilius 1, Georgic.99, Ouidius 15, Metamorph.18,

Congeſtoq; auidum pingueſcere corpore corpus.

¶ Pinguefacio. Plinius libro 10, capite 44, 11, Dein ea pinguefacit.

PINIFER] Vide PINVS.

PINNA] Varro libro 3, de Re ruſt.capite 7,8, de columbis: Qui iam pinnas habere incipiunt, in nido relinquunt illiſis cruribus.

Breuibus inſurgere pinnis. Valer 7,Argon 36.

¶ Pinnæ: *Quibus innatant piſces.* Plinius libro 9, capite 20,1, Pinnarum quoq; fiunt diſcrimina, quæ pedum vice datæ ſunt piſcibus.

¶ Pinna: *Acutum quiddam.* Liuius 10,bel.Maced.183, Muri pinnæ aliquot locis decuſſæ. Virg.7,Aeneid.32,

—primasq; in littore ſedes
Caſtrorum in morem pinnis, atq; aggere cingit. Lucanus lib.3,78.

Summas prenſabat in aggere pinnas. Silius lib.7,122.

Virens pinna Sil.8,103.

¶ Pinna: *Conchæ genus.* Plin.lib.9,cap.42,1, Concharum generis & pinna eſt.

¶ Pinnula: *Qua innatant piſces.* Plinius lib 9 cap.57,1, Quoſdam inde exire ad pabula, pinnulis gradientes, crebro caudæ motu.

¶ Pinnula: *parua penna.* Columel.libro 8,capite 5,4, Inhibeturque cupiditas incubandi, pinnula per nares traiecta. Plaut.Amphit.3,143.

¶ Pinnatus. Pinnata folia modò conciſa. Plinius libro 27, capite 7.

Pinnatus fulgor. Plin.lib.17,cap.7,2.

¶ Pinniger. Piſcis pinniger. Ouid 13,Metam 204.

¶ Pinnirapus. Retiarius qui pinnam, id eſt, galeæ ſummitatem aduerſario rapiebat Iuuen.Satyr 3,16,

Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapis cultos iuuenes.

PINSO] pinſis. Colum.lib 2.cap.9,17, Panicum pinſitum, & euolutum ſurfure, ſed & millium quoq; pultem, quauis inopia, maxime cum lacte nō faſtidiendam præbet. Pomponius: Quum neque molis molui, neque palmis pinſui. Perſius Satyra,1,8,

O' Iane, à tergo quem nulla ciconia pinſit.

Hordea pinſere. Ouid.ad Piſonem,4.

¶ Piſtus. Plin.lib.18,cap.10,4, Si piſtæ ſerantur.

¶ Pinſo, pinſas. Varro lib 1,de Re ruſtic.cap 6,3, Promendo diem; vt in piſtrino pinſetur, ac torreatur.

¶ Pinſito. Plaut.in Aſin.5,18,

Qui polentam pinſitant: quum ibi legatur, pranſitant.

¶ Pinſor. Varro: Nec pinſorem vllum noſſent, niſi cum qui in piſtrino pinſeret farinam.

¶ Piſtor. Plinius lib.18, cap.11,5. Piſtores Romæ non fuerunt ad Perſicum vſque bellum, annis ab Vrbe condita ſuper quingentos octoginta. Plautus Aſin.5,49,

Quum à piſtore panem petimus.

Piſtor dulciarius. Martial lib.14,228.

¶ Piſtoricus. Iureconſultus: Siquis ſeruos habuerit proprios, ſed quorum operas locabat, vel piſtoricas, vel hiſtrionicas, ſeruorum appellatione hos legaſſe videtur.

¶ Piſtorius. Plinius lib.18,cap.11,4, Ad operis piſtorij genera tranſeunte cura.

¶ Piſtura. Plin.lib.18,cap.10,6, Piſtura non omnium facilis. Ibidem. 8, Et ipſa autem, quæ euelluntur, variam piſturarum rationem habent.

¶ Plumarius: Qui acu aliquid depingit ſuper culcitris plumeis aut puluinaribus plagis. Cato de liberis educandis: Etenim nulla, quæ non didicit pingere, poteſt bene iudicare, quid ſit bene pictum plumario, aut textore in puluinaribus plagis. Firmicus lib.3, cap.7.

¶ Plumatilis. Plaut. Epid.5, 0,

Cumatile, aut plumatile, aut cerinum.

¶ Plumo. Gell. libro ſecundo, capite 29, Pullis iamiam plumantibus.

Plumare: *Acu pingere*. Flauius Vopiſcus: Laneas tunicas purpurâ micantes, & plumanti difficultate pernobiles.

Pars auro plumata nitet. Luc. lib 10 25.

¶ Plumeſco. Plin.lib.10, cap.53,3, Pullus ab eodem tempore plumeſcit.

¶ Plumoſus. Pectora plumoſa plangere pennis. Ouidius ad Liuiam, 22.

Aucupium plumoſum. Propert lib.4, eleg.2,7.

¶ Plumipes. Catull. in Camerium, epig.51,6, Adde huc plumipedes, volatileſq;.

PLVMBVM] Plin libro 34, capite 16, Sequitur natura plumbi. Eius duo ſunt genera: nigrum atque candidum. Horat. 1, epiſt.10,4,

Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum.

Liquidum plumbum. Horat.1, Carm. ode 35,4.

Vitiatum. Ouid.4 Metam.25.

¶ Plumbum: *pro Pila plumbea*. Ouid.2, Metam.146,

—quàm quum balearica plumbum
Funda iacit. Virg.5, Aeneid.81.

Audax plumbum. Stat 1, Sylu.3,14.

Vulnificum. Valer.1, Argon 85.

¶ Plumbum: *Genus vitij in oculis*. Plin.lib.25, cap.13,11, Hac commanducata, ſi oculus ſubindè liniatur, plumbū, quod eſt genus vitij, ex oculo tollitur.

¶ Plumbeus. Plaut. Trin.13,117,

Cui, ſi capiti res ſiet, nummum nunquā credam plumbeum.

Canalis plumbeus. Columel. lib 8, cap.3,7.

Color. Plin. lib 11, cap 52,2, Igitur vitæ breuis ſigna ponit Ariſtoteles raros dentes, plumbeum colorem.

Glans plumbea. Lucret. lib 6,36, Ouid.14, Metam.166.

Mortarium plumbeum. Plin.lib.34, cap.18,3.

Pondera plumbea. Propert. lib.4 eleg.3,13.

Plumbeus thorax. Plin.lib.7, cap 20,3.

Auſter plumbeus Horat 2, Serm. Satyr. 6,4.

Plumbeum hominem, Plautus appellat liuidum. Terentius verò, obtuſum & ſtupidum: in Heaut 5,1,4,

In me quiduis harum rerum conuenit,
Quæ ſunt dicta in ſtultum: caudax, ſtipes, aſinus plumbeus.

Plumbeæ iræ. Plautus Pœnulo, 12,18.

¶ Plumbago: Metalli genus, plumbi & argenti naturam referens. Plin. lib.34, cap.18.

Plumbago: *Vitium gemmarum*. Plin.lib.37, cap 5,7, Hæc coloris vitia: illa corporis, capillamentum, ſal, plumbago. *Paulò pòſt*, 9. Frequens & iis plumbago, hoc eſt, vt in ſole plumbei videantur.

Plumbago: *Herba* Plin.lib.25, cap.13,11.

¶ Plumbarius. Plumbaria officina. Plinius libro 34, capite 18,9.

¶ Plumboſus. Plin.lib.34, cap.18,7, Eſt & molybdena, quam alibi galenam vocauimus, plumbi & argēti vena communis. Melior hæc, quantò magis aurei coloris, quantoq; minus plumboſa, friabilis, & modicè grauis. Idem lib.33, cap. 6,8, Fæx eius intelligitur plumboſiſſima.

 ¶ Plumbo:

¶ Plumbo: plumbo conglutino Plin.lib.10,cap.33,3. Plumbaris eos ſagittis decutiunt indigenę. Cato cap.21,3, Plumbet operas fabri duntaxat octo.

¶ Plumbatura. Caſſius apud Paulum in l in rem actio. §. itē quæcunq; ff. de rei vendicatione. Ferruminatio per eandē materiam facit confuſionem: plumbatura non efficit.

¶ Plumbata: Pila plūbea. Vegetius de Re militari lib.1,cap.17. Plumbatarum quoq; exercitatio, quas martiobarbulos vocant, eſt tradenda iunioribus.

Plvo] Plin.lib 16,cap 26,5, Etiam ſi non pluat.

Nec de concuſſi tantum pluit ilice glandis. Virgilius 4, Georgicorum, 16.

In terris pluere Virg 10, Aeneid 162.

Pluit, *cum accuſatiuo.* Valerius Maximus, lib.1,cap.6, de Caio Volumnio: In Piſceno agro lapides pluiſſe.

*Cum ablatiuo.* Liu lib 6, de bello Maced. Tarracinæ & Amiterni nuntiatum eſt aliquando lapidibus pluiſſe.

Pluit terra. Liu.10, ab Vrbe,153. Nam & terra multifariàm pluuiſſe & in exercitu Appij Claudij pleroſq; fulminibus ictos, nuntiatum eſt.

¶ Pluuia. Ingens pluuia. Virg 1, Georg.66.

Tenues pluuiæ. Virg.1, Georg.19.

Nox pluuiam colligit. Virg.9, eclog.12.

Cæruleus pluuiā denuntiat, igneus Euros. Virg.1, Georg.91.

Fiunt pluuiæ. Lucret.lib 6, 47.

Grauari pluuia Virg.9, Aeneid 87.

Impendet pluuia. Virg 4 Georg 39.

Nubila rareſcunt pluuijs Stat. ,Sylu.2,38.

¶ Pluuius. Aqua pluuia. Plin lib.10,cap.43,5.

Aer pluuius. Stat.5, Sylu 12,1.

Arcus pluuius: Iris. Horat.de Arte,4.

Auſter pluuius. Ouid ,Metam 14.

Cælum pluuium. Varro 1, de re Ruſt, cap,13,2.

Frigus. Colum.lib 6,cap.27 6.

Hyades pluuiæ. Virg.12, Aeneid,150.

Imber pluuius. Ouid.6.Faſt.

Rores pluuij. Horat.3, Carm ode 3.14.

Status cæli pluuius. Colum.lib 2.cap.10,17.

Venti pluuij. Horat 1, Carm.ode 17, , Ver pluuium. Col.in Præfat.lib.1.20

¶ Pluuialis. Aqua pluuialis Colum lib.1,cap.5,1.

Auſtri pluuiales. Virg. ,Georg 86.

Dies pluuiales. Colum lib 2.cap.13,7.

Frigus pluuiale Claud de Nilo 6,1.

Fungi pluuiales Ouid. ,Metam 79.

Signum pluuiale Capellæ Ouid 5, Faſt 23.

Vndis pluuialibus auctus torrens. Ouid.2, Faſt.44.

Hœdi pluuiales Virg 9, Aeneid.136.

¶ Pluuiatilis Columel. lib 9, cap.1,2. Infoſſi lacus ſignino conſtruuntur, qui receptam pluuiatilem contineant.

¶ Pluuioſus. Plin lib 18, cap.25,15, Nubilo occaſu pluuioſam hyemem denuntiat.

Plvs] Vide Mvltvs.

Plvtevs] Machina ad expugnandos muros. Cæſar: Semperque hoſtibus ſpes victoriæ redintegrabatur, eò magis, quòd deuſtos pluteos turrium videbant Sic.lib 2,30, Liu. 1, bell. Punic 244, Per quos ra ò vnquam nix minùs quatuor pedes alta iacuit: adeoque pluteos ac vineas Romanorum operuerat.

Expedire pluteos. Tacit.lib 18.

¶ Plutei: *tabulæ quibus aliquid præſepiretur.* Liuius: Cratibus, pluteiſq;, & linteis contectus.

¶ Pluteum. Suetonius in Caligula, cap.26, *accipere videtur pro fulcro tori diſcubitorij, quum inquit:* Quoſdam ſummis honoribus functos, ad eſſedum ſibi occurrere togatos per aliquot paſſuum milia: & cœnanti, modò ad pluteum, modò ad pedes ſtare ſuccinctos linteo, paſſus eſt. Martialis libro ,49,

Exciduntq; ſenem, ſpondæ qui parte iacebat:
Namq; puer pluteo vindice tutus erat.

¶ Plutei: *Librorum & tabularum, ſignorumque repoſitoria.* Iuuenal Satyr.2,1,

Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleanthas.

¶ Pluteus: *Tabula, qua vtuntur ij qui literis dant operam, & ſcribunt.* Perſius Satyr.1,

Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit vngues.

¶ Pluteum *etiam dicebant ſpatium id, quod inferioris columnas à ſuperioribus pro longitudine in fronte diſcernebat* Vlpianus, in l.Fundi n hil § quæ pictæ. ff de actionibus.empt Reticuli circa columnas, plutei circa parietes, item cilicia vela, ædium non ſunt.

Plvvia, Plvvialis] Vide Plvo.

P N

Pnevmaticvs] Organa pneumatica, quæ vi flatus vel ſpiritus aliquid hauriunt, & attrahunt. Plinius lib 19 cap 4. E puteo pertica, organiſue pneumaticis, vel tollenonum hauſtu rigandos. Idem libro ſeptimo, capite 37,4. Cteſibus laudatus, pneumatica ratione & hydriaulicis organis repertis.

P O

Pocvlvm] Menſæ plenæ pocula. Virg.11, Aeneid.148.

Poculum: *pro eo quod bibimus.* Virg.2, Georg 62.

Pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ. Virgilius 3, Georgic.106,

Pocula ſunt fontes liquidi, atq; exercita curſu
Flumina.

Et ſedare ſitim prius eſt, quàm pocula, natum Lucretius libro 4,171.

Amoris poculum Horat Epod.5,8.

Deſiderij poculum. Horat Epod.17,17.

Aurea pocula. Horat.1 Serm.Satyr 2,23.

Blanda. Valer.2, Argon 84

Ducentia ſomnos. Horat. Epod.14,1.

Fagina. Virg 3, eclog 8.

Fictilia. Tibul lib 1, eleg.1,8.

Inſidioſa Circes pocula. Ouid.14, Metam.

Lactea. Stat.1, Achil.62.

Læuia Virg 5, Aeneid.19.

Marcentia. Stat.4.Sylu.6,12.

Plena. Virg.4 Georg 76.

Plena meri Ouid.9, Metam 84.

Sobria pocula ſuppoſitâ aquâ Tibul.lib.1, eleg 6,6.

Vitea Virg.3, Georg 76.

Collucent pocula menſæ. Catul. Argon epigr 599.

Componere pocula de luto Tibul.lib.1, eleg. ,8.

Oras circùm pocula contingere liquore aliquo Lucretius libro 4,3.

Fabricata fago pocula Ouid.8, Metam 115.

Finguntur pocula de humo. Ouid.2, Triſt 98.

Ducere pocula Horat 1, Carm ode 17,5.

Infundere poculum Horat Epod.5,17.

Poculaq; Eoa luxum irritantia gemma. Silius lib.13,71.

Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Virg.3, Aeneid.78.

Miſcere pocula Ouid 10.Metam.32.

Lactis pocula miſta mero. Tibul.lib.3, eleg 5,7.

Negare porrecta pocula. Horat. ,epiſt.19,1.

Perfecta argento atq; aſperſa ſignis pocula. Virg 9, Aen.53.

Ponere pocula Virg.1, Aeneid.143.

Reponere pocula menſis. Virg 4, Georg.76.

Reſtinguere pocula ardentis Falerni lymphâ. Hor.2, Carm ode 11,4.

Spumantia lacte pocula. Virg.eclog.5,14.

Sumere pocula. Ouid.1, Amor.eleg.4,7.

Tangere labellis pocula. Ouid.1, de Arte,116.

Temperare pocula. Horat.1, Carm ode 20,3.

Tingere aliquem poculis. Horat.4, Carm ode 12,5.

Pocula adorandæ rubiginis Iuuen. Satyr.13,15.

Torquere pocula. Iuuen. Satyr.5,3.

Trahere pocula arenti fauce. Horat Epod.14,1.

Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Virgilius 8, eclog.6.

¶ Pocillum. Cato cap.156,2, Per linteum exſugito ſuccum, quaſi hominem, in pocillum fictile. Liu. o ab Vrbe.2 3.

¶ Poculentus Gell lib.4.cap.1, Penus eſt, inquit, quod eſculentum aut poculentum eſt.

Podagra] Mart l b 1,9 .

Litigat & podagra Diodorus, Flacce laborat. Plin. lib 26, cap.1 , Podagra morbus rarior ſolebat eſſe, non modo patrum auorumq; memoria; verùmetiam noſtra: peregrinus & ipſe.

Corpora fœda podagrâ. Tibul.lib.1.eleg.9,15.

Locuples podagra Iuuen.13, Satyr.10.

Nodoſa. Ouid.1, de Ponto, eleg 4,5.

Tarda. Horat.1, Serm Satyr.9,7.

Turpes podagræ. Virg 3, Georg.60.

Fomenta iuuant podagram. Horat.1, epiſt.2,11.

¶ Podagricus. Plin.lib 20,cap.8,7, Omnes hæ & podagricis vtiles, & ſanguinem reijcientibus.

¶ Podagroſus Plaut Merc.12,8, Sed tandem ſi podagroſis pedibus eſſet Eurycus.

¶ Podager. Atque nihil prorſus ſtare putat podager. Claud. epigr.19,2.

Podex] Iuuenal. Satyr 2,

—ſed podice læui,
Cæduntur tumidæ, medico ridente, mariſcæ.

Turpis podex Horat.8,1.

Podismvs] dimenſio pedibus facta. Veget. libro ſecundo, capite 7.

Podivm] Locus ad ſpectandum habilis Iuuen. Satyr 2,15,

Omnibus ad podium ſpectantibus. Suet.de Nerone, cap.12, Cæterùm accubans primùm paruis foraminibus, deinde toto podio adaperto ſpectare conſueuerat.

Podio

Podio tenus. Plinius iunior lib.5, epiſt.101, Apollinari: Eſt & aliud cubiculum à proxima platano, viride & vmbroſum, marmore excultum podio tenus.

POEMA] Vide POETA.

POENA] Vlpianus in l.ſi quis forte ff. de pœnis. Et ſunt pœnæ, quæ quidem vitam aut adimant, aut ſeruitutem adiungant, aut ciuitatem auferant, aut exſilium, aut coercitionem corporis contineant.

Scelerum pœnæ. Virg.8, Aeneid.134.
Arbiter pœnarum alicuius. Seneca Thebaid.1,34.
Cauſa pœnæ cruenta. Ouid.3, Triſt.eleg.5,9.
Amara pœna. Iuuenal Satyr.13,26.
Debitæ pœnæ. Senec.Herc.fur.9,6.
Ingens pœna. Senec.Thyeſte,1,19.
Lætæ pœnæ. Ouid.epiſt.12,16.
Leuis pœna. Quintil.lib 7.cap.3,33.
Meritæ pœnæ. Ouid.4, Faſt.48.
Pœna minor merito, nocuit mala lingua duobus. Ouidius 2, Amor.eleg.2,10.
Mitior pœna. Quint.lib.6, cap.4,13.
Præſens. Senec.Hippol.4,16.
Tardior. Quintil.lib.7, cap.3,33.
Triſtis. Ouid.2, Triſt 99.
Vehemens. Iuuenal Satyr.13,20.
Accipe, quas merui pœnas: en ora fatiſcunt. Claudian.3, de raptu Proſerp.85.
Audere pœnam. Tacit.lib.2.
Capere pœnas. Salluſt. in Iugurtha: Dum pro ciuibus ſuis, viris fortiſſimis atq; miſerrimis, pœnas caperent.
Capere pœnas verborum. Ouid.2, Metam.167.
Capere pœnam in hoſtem. Curtius lib.4.
Cogere in pœnam. Plin lib 8.cap.16,8.
Commeruiſſe pœnam. Ouid.2. Triſt 1.
Committere pœnam. Quintil lib.7, cap.5.
Compeſcere aliquem pœnis. Horat.1, Serm.Satyr.8,7.
Conſurgere in pœnam. Plin lib.8, cap.16,2.
Decerni potuit pœna decentior. Senec. Thyeſte,2,6.
Differre pœnas Ouid.2, Metam 94.
Crudeles pœnas dare. Virg.6, Aeneid.117.
Dare pœnas meritas ſanguine. Ouid lib.6, Faſt.48.
Morte dare pœnas alicui. Ouid.9, Metam.117.
Dare pœnas, quas pati meruimus. Ouid.1, Metam.49.
Dedi ſatis ſuperq; pœnarum tibi. Horat.Epod.17,4.
Heu quantum pœnæ miſero mens conſcia donat. Lucanus, libro 7,159.
Ire in pœnas. Ouid.5, Metam.134.
Exerceri pœnis Virg.6, Aeneid.148.
Exhauſtum eſt ſatis pœnarum. Virg.9, Aeneid.72.
Exigere pœnas de aliquo. Ouid..8, Metam.107.
Exigere pœnam. Plin.lib.7, cap.44,9.
Exſoluere pœnas. Catul Argon epig.59,16.
Exſoluere aliquem pœna. Tacit.lib.14.
Finire pœnas. Ouid 1, Metam.148.
Grauior fit pœna longâ mora Ouid.1, de Ponto, eleg.2,8.
Frangere pœnas. Lucret.lib.4,818.
Imponere pœnas ſontibus. Ouid.2. Metam.102.
Inire pœnam. Ouid.lib.1, Amor.eleg.7,5.
Factorum pœnæ inſtant Ouid.8, Metam.156.
Irrogare pœnam alicui. Quint lib.6, cap 4,13.
Nemo nocens ſibi ipſe pœnas irrogat. Seneca Herc. Oeth. 7,31.
Irrogare pœnas æquas peccatis. Horat.1, Serm.Satyr.3,24.
Luere pœnas. Suet.in Veſp. Auguſto, cap.1.
Luere pœnas iuſtas. Horat Epod.17,8.
Luere pœnas facinorum. Senec.Octau 5,6.
Manet cunctos generis pœna vna. Claud.2, in Eutrop.96.
Mouere pœnas immeritas. Claud.2, de raptu Proſerp.28.
Offerre pœnam. Liuius libro 6, Decad.1, Pœnam oblatam oculis deorum.
Omitte pœnas languidas longæ moræ Senec.Theb.1,10.
Patior ſine crimine pœnam. Ouid 9, Metam.75.
Pati pœnam culpâ. Ouid.3, de Ponto, eleg.6,6.
Genus nouum pœnæ pati. Ouid.in Ibin,66.
Pendere pœnam exſilio. Ouid.10, Metam 47.
Pendere pœnas pro ſcelere Lucret.lib.5,24.
Perpeti pœnas pro crimine. Valer.4. Argon 85.
Perſoluere pœnas capite ſuo. Senec Agamemn.13,10.
Petere pœnas in imperatorem Salluſt.in Iugurtha.
Placere pœnæ Senec.Troade,11,2.
Pœnitere crudeles pœnæ Ouid.2, Metam.120.
Poſcere pœnas cum ſanguine. Virg.2, Aeneid.15.
Magnas pœnas præcepit. Sil.lib.6,62.
Culpam pœna premit comes. Horat.4, Carm.ode 5,5.
Promere pœnam. Ouid.1, Triſt eleg.2,13.
Proponere pœnam alicui. Catul epig 94,3.
Nouamq; pœnam ſceleribus quærit parē. Senec.Theb.1,49.
Recipere pœnas ab aliquo. Virg.4, Aeneid.131.
Recuſare pœnam. Quint.lib.4, cap.2,51.
Reddere pœnas. Saluſt in Iugurth.
Relictus pœnæ. Ouid.1, Metam.44,

Solus, inops, exſpes, letho pœnæq; relictus.

Remittere pœnam Quint lib 7, cap.2,43.
Repoſcere aliquem ad pœnas. Virg.2, Aeneid.28.
Pœna recurſura eſt in caput iſta tuum. Ouid.1, de Arte,69.
Ruere in pœnam ſuam Senec. Octauia,17,14.
Veterum malorum pœnas ſancire aliquibus. Statius 3, Thebaidos 49.
Seruare pœnam. Ouid.lib.2, de Arte,58.
Soluere pœnas. Ouid.1, Metam.43.
Soluere pœnas breues tam magnis ſceleribus. Seneca Oedip.12,5.

—magnis iniuria pœnis
Soluitur. Ouid ,Faſt.61.

In pœnas non ſatis vnus eris. Ouid epiſt.2,9.
Sumere merentes pœnas. Virg.2, Aeneid.118.
Sceleratas pœnas ſumere Virg.2, Aeneid.116.
Suſcitare pœnas alicui. Virg 4, Georg 91.
Trahere aliquem per omnem pœnam. Virg.5, Aeneid.158.
Transfigere aliquod ſcelus leui pœnâ. Quintilianus libro 7, capite 3,33.
Quæ venit indignè, pœna dolenda venit. Ouid.epiſt 5,2.
Viuere in pœnas alicuius. Seneca Troade,10,19
Vrgeri pœnis. Virg.6, Aeneid.112.
¶ Pœnalis, Pœnalis opera. Plin.lib.18, cap.11,9.
¶ Pœnarius Pœnaria actio Quint lib.4, cap 3,6.

POENITET] Terent.Phorm.1,3,20,

Ita plerique ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet pœnitet. Virg.eclog.2,7.
Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum.

Me haud pœnitet eorum ſententiæ eſſe, quibus & apparitores. Liu.1, ab Vrbe,32.
Iuraſſe pœnitet Ouid.2, Metam.10.
Acti vos pœnitet. Valer 5. Argon.136.
Belli iniuſti pœnitet. Ouid 5, Metam.42.
Conuiuiorum. Horat Epod.11,2.
Facti pœnitere aliquem. Catul.epigr.28,3.
Muneris ſui pœnitere. Senec.de Benefic.lib.1, cap.1.
Pacis pœnitet. Liu.5 bell. Maced 90.
Pœnitet me pecoris Virg.10, eclog.3.
Scelerum pœnitet. Horat.3, Carm.ode 24,10.
Virium. Liu.1, ab Vrbe,34.
¶ Pœnitet: *Parum videtur*, Terentius Heauton.1,1,20. Idem Eunucho,5,7,11,

An pœnitebat flagitij, te authore quod feciſſet
Adoleſcens; ni miſerum inſuper etiam patri indicares?

Cæſar lib.2, belli Ciuil. An pœnitet vos, quòd ſaluum atq; incolumem exercitum, nulla naue deſideratâ, traduxerim.
¶ Pœnitens. Sueton.in Vitell.cap.15, Non multo pòſt pœnitens facti.
Pœnitens de matrimonio. Suet.in Claud. Cæſare, cap.43.
¶ Pœnitendus. Liuius 1, ab Vrbe, 159, Sub haud pœnitendo magiſtro. Colum.lib 2, cap.2,5, Itaque hic ager, ſiue exercetur, ſeu ceſſat, colono eſt pœnitendus, ac tanquam peſtilens refugiendus.
¶ Pœnitendum. Salluſt, In Iugurth. Num eorum pœnitendum ſit.
Ad pœnitendum. Tacit.lib.1.
¶ Pœniturus Accius: Quod ſi procedit, neque te neq; quenquam arbitror pœniturum laudis: quam vt ſerues, vide. Quint lib.9, cap 3, Eouſq; proceſſum eſt, vt non pœniturum, pro, non acturum pœnitentiam; & viſuros, ad videndum miſſos, Salluſtius dixerit.
¶ Pœnitentia. Plinius auunculus lib.17, cap.12,6, Nihil eſt fœdius agricolis, quàm geſtæ rei pœnitentia. Liuius ., bel. Maced Celerem enim pœnitentiam, ſed tandem feram & inutilem ſequi.
Pœnitentia: *pro Contemptu & aſpernatione*. Plin.lib.5, ca.17,1, de Eſſenis: Gens æterna, in qua nemo naſcitur: tam fœcunda illis aliorum vitæ pœnitentia eſt.
¶ Pœnitudo. Pacuuius Teucro:

Quæ deſideria alumnûm, pœnitudines,
Squales, ſcapreſq; & incultas vaſtitudines.

POETA] Horat.in Arte,2,

—pictoribus atq; poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Manus multa poetarum. Horat.1, Serm.Satyr.4,29.
Arguti poetæ Horat.2, epiſt 2,18.
Caſtum eſſe decet pium poetam. Catull.ad Aurelium, epigrammate 16,1.
Clariſſimi poetæ. Quintil.lib.1, cap.10,11.
Creſcens poeta. Virg 7, eclog.5.
Disiecti membra poetæ. Horat.1, Serm.Satyr.4,13.

Diuinus poeta Virg.eclog.5,9.
Docti veteres poetæ Graium. Lucret.lib.2,121.
Illuſtres poetæ. Quintil lib.5,cap.11,28.
Secli incōmoda peſſimi poeta. Catul.ad Caluum,epig.14,5.
Seniorum poëtarum turba. Horat 1,Serm.Satyr.10,14.
Tener poeta. Catul.ad Libellum,epig 35,1.
Veſanus. Horat.de Arte,92.
Alere & formare poetam Horat.de Arte,62.
¶ Poema. Plin.lib.7,cap.56, De poematum origine magna quæſtio eſt.
Auſtera poemata. Horat.de Arte,69.
Dulcia Horat.de Arte,21.
Immodulata Horat de Arte,54.
Lachrymoſa Horat.1,epiſt 1,14.
Pulchra. Horat.de Arte,21.
Ridenda. Iuuen Satyr.10,13.
Ridiculum poema. Horat 2,epiſt.1,48.
Sanctum poëma. Horat 2,epiſt.1,11.
Attingere poëmata. Catul.ad Varum,epigr.19,3.
Tenui deducta poemata filo. Horat.2,epiſt.1,46.
Facere bona poëmata Horat.de Arte,62.
Natum inuentumque poema iuuandis animis Horatius de Arte 76.
Mira poëmata pangere. Horat.de Arte,84.
¶ Poëſis. Lucil.Satyr.lib.8.
¶ Poëticus. Quint lib 1, At in eadem vitij geminatione, Metier, Sufficiet, dicens Ennius poëtico iure defenditur.
Licentia poetica Quint lib 2,cap 4,3.
Mella poetica manare. Horat.1,epiſt 20,9.
Themata poetica Quint.lib.2,cap.10,4.
Voluptates poëticæ. Quint.lib.1,cap.8,8.
¶ Poëtor Ennius:
Nunquam poëtor. niſi podager.
¶ Poëtria, Poetis Perſius in Proœm.3.
¶ Poëtificus. Ennius, Caballinum fontem poëtificum nominauit.
Pogonia] Genus cometæ. Plin.lib.2,cap 25, Pogonias vocant, quibus inferiore ex parte in ſpeciem barbæ longe promittitur iuba.
Pol] Aduerbium iurantis Horat.1,epiſt 7,19,
—pol me miſerum patrone, vocares.
Certè pol. Terent.Eunuch.4,5,5,
Certe tu quidem pol multò hilarior.
Polea] fimus pulli aſinini, quem equa initio partionis ante fœtum effundit. Plin lib.28,cap.13,5.
Polemonia] Herba. Plinius libro 25, capite 6,2, Polemoniam, alij philetæriam, à certamine regum inuentionis, appellant.
Polenta] Cato de Re ruſt. cap.108, Tum id percolato; polentam adiicito Ouid.5,Metam.91,
—neq; adhuc epotâ parte, loquentem
Cum liquido miſtâ perfudit diua polentâ.
Grandis polenta Perſius Satyr 3,56.
¶ Polentarius Plaut.Curcul.7,11,
Eijciam crepitum polentarium.
Polia] Gemma Plin.lib 37,cap.11.
¶ Polia: *Grex equorum*. Vlp.in l.ædiles aiunt D.de ædil.edict. Nam ſi polia venierit, dicemus vnum equum, qui vitioſus eſt, non omnem poliam redhiberi oportere.
Polimenta] Teſticuli porcorum, quum caſtrantur. Plautus Menæch.5,29,
—pernam itidem, aut ſinciput,
Aut polimenta porcina.
Polio] Virg 8,Aeneid.88,
Certatim ſquamis ſerpentum, auroq; polibant.
Arma polire deorum Stat.4,Sylu.6,10.
Signa Dædala Lucret lib.5,281.
Tigna Claud.. Paneg 65.
Pumice poliantur geminæ frontes Ouid 1,Triſt eleg.1,2.
Carmina polire ſollicitâ curâ. Ouid.1,de Ponto,eleg.6,13.
¶ Politus. Plin.lib.13,cap.4,11.
Fronte politus. Perſius Satyr.5,12,
Pelliculam veterem retines, & fronte politus
Aſtutam rapido ſeruas pectore vulpem.
Doctrina politus conſtituit quoſdam pariter. Lucretius libro 3,62.
Politus omnibus virtutibus. Varro 1,de re Ruſt cap.2,9.
Sermo politus. Claud 8,Paneg.50.
¶ Politor Vlpian in l.cū duobus.D.pro ſocio. Veluti quum pecus in commune paſcendum, aut agrum politori damus in commune quærendis fructibus.
Politores *gemmarum*. Firmicus lib 4,cap.7,ad finem.
¶ Politio: cultura, quæ pactione certæ frugis pro mercede fit. Cato de re Ruſtica: Pollitionem quo pacto dari oporteat?
¶ Politura. Plin.lib.11,cap.24,3, Quàm non ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quadam polituræ arte, ipſa per ſe tenax ratio tramæ? Idem lib 36, cap 6,9, Thebaica polituris accommodatur.
Polio] Qui arma polit. Firmicus libro ſecundo, Mars & Mercurius, in decimo ab horoſcopo loco, poliones faciunt. Meminit Calliſtratus libro 50.ff.de iure immunit.l. quibuſdam.
Polion, ſiue Polium] herbæ nomen, quam Plinius deſcribit lib.21,cap.7,8.
Pollen, vel Pollis] Flos tritici. Terent.Adelph.5,3,60,
—ego iſtuc videro:
Atq; illi, fauillæ plena, fumi, ac pollinis
Coquendo ſit faxo, & molendo. Colum.libro 6, capite 30,5, Et thuris polline cum eo, qui profluit, ſanguine immiſto, armi linuntur.
Pollis polentæ. Cato cap.157,8.
¶ Pollinarius. Plinius libro decimooctauo, capite 11,6, Plautus Pœn 7,10.
Nam iſte quidem gradus ſuccretus eſt cribro pollinario.
¶ Pollintor. Cato cap.5,3, Operarium mercenarium, pollintorem, diutiùs eundem ne habeat die.
¶ Pollintio Cato cap.136, Pollintionem in agro Caſinate & Venuſio ſic dare oportet.
Polleo] Pollere quæſtu. Plinius lib.19, cap.3,9, Sunt etiamnum duo genera, non niſi ſordido nota vulgo; cùm quæſtu nullo polleant.
Poſſe & pollere Liu 1,ab Vrbe 100.
Pollere ad Plin,lib.16,cap.22,2, Cur ergo non eadem cauſa aduerſùm omnes polleat, iure miremur.
Pollet contra. Plinius lib 24, cap 19,2. Herba, quæ gignitur ſupra fimeta ruris, contra anginas efficaciſſime pollet, ex aqua pota.
Pollere in remedij aurum. Plin.lib.33,cap.4,17.
Pollere in Rep. Cæſar 1,bell.Ciuilis, 4.
Pollet eius authoritas. Salluſt.in Iugurtha.
Facundia pollet tuis ingenijs. Claud.4,Paneg.99.
Pollere: *Præſtare, vtilem eſſe*. Plin.lib 36,cap.22,8, de cotibus: Ex oleo & aqua Ciliciæ pollent.
¶ Pollens Plaut.Capt.6,28.
Quod genus illic vnum eſt pollens atque honoratiſſimum.
Auis pollens. Silius lib 8, 6.
Hoſtis equo pollens Ouid 3,Triſt.eleg.10,11.
Fulmine pollens regia Iouis Ouid.ad Liuiam,43.
Opibus pollens. Lucret lib.1,12.
Venenis gelidis pollens Ophiuſa. Valer 6,Argon.18.
Matrona pollens Ouid.5,Metam.102.
Herbæ pollentes Ouid.7,Metam.40.
Pollens vini Plaut Curcul.3,20.
¶ Pollentia. Plaut.Rud.16,4,
Vindicate, ne impiorum potior ſit pollentia. Idem Caſina,21,3.
Pollex] Plinius libro vndecimo, cap.43,1, Hominis pollex articulos habet binos. Ictus pollicis. Horat.4, Carm. ode 6 8.
Feſtiuus pollex. Claudianus in Præfat. libri ſecundi, de raptu Proſerp.1.
Honeſtus Perſius Satyr.6,1.
Ignauus Stat.4,Sylu 4,11.
Sollicitus. Claud 8,Paneg 26.
Tener. Ouid.1,Amor eleg.4.5.
Leui deducens pollice filum. Ouid.4,Metam.8.
Et reliquum nitido deterſit pollice ſomnum. Claud.in Epithalamio Palladij,6.
Artificemq; tuo ducit ſub pollice vultum. Perſius Satyr.5,4.
Pollice primo metere. Mart lib.10 92.
Mouere chordas pollice. Stat.1,Achil 38.
Impreſſo pollice nentes ſtamina Ouid.8,Metam 91.
Habili pollice prætentat chordas Ouid.1,Amor.eleg.4.6.
Irreſectum pollicem dente rodere Horat.Epod. ,19.
Tremulo pollice ſiccare lachrymas Ouid.epiſt 18,6.
Docto pollice ſollicitat ſtamina. Ouid.11,Metam.35.
Tentauit impulſas chordas pollice. Ouid.10,Metam 29.
Pollex: *etiam in pede*. Plin.lib 7,cap.53,3, Qu. Aemylius Lepidus, iam egrediens incuſſo pollice limini cubiculi.
Premere, & vertere pollicem. Plin.lib 28,cap 2,15, Pollices, cùm faueamus, premere etiam prouerbio iubemur. Iuuenalis Satyr.3,4.
—& verſo pollice vulgi,
Quemlibet occidunt populariter. Horatius vtroque pollice dixit: pro ſummo fauore: 1,epiſt.19,14,
Conſentire ſuis ſtudijs, qui crediderit te,
Fautor vtroq; tuum laudabit pollice ludum.
¶ Pollex: *in arborum corticibus*. Plin.lib 13,cap.4,3, de palmis arboribus: Reliquæ teretes atque proceræ, denſis gradatiſq; cor-

tisq; corticum pollicibus, vt orbibus, facilesq; ſe ad ſcandendum Orientis populis præbent.

¶ Pollicaris. Plinius libro 1:,cap.24,1, Digitorum hominis longitudo illis,& interim falcata pollicari latitudine.

POLLICEOR] Terent. And.

Negabón' velle me; modò qui ſum pollicitus ducere?

Se memorem alicuius facti polliceri, Cæſar 1,bel. Ciuil. 52.

Reduci aliquid polliceri Virg.9,Aen.61.

Bene polliceri. Salluſt. in Catilin.

¶ Pollicitus. Fidem pollicitam dictis addere. Ouidius 3.Faſtor.74.

Torus pollicitus. Ouidius epiſt.20,28.

¶ Pollicitum. Colum. libro 11,cap.3, Memores polliciti noſtri,ſubiungemus cultus hortorum.

Diues pollicitis. Ouidius 1,de Arte,89.

Pignora pollicitì dare Ouidius epiſt.17,39.

¶ Pollicitor. Plaut. Milit 12 6.

— inſipientia,non fallacia hæc ſit,

Me ire in opus alienum; aut tibi meam operam pollicitari. Terent. And. 1,4,9,

Sollicitando & pollicitando,eorum animos lactas?

Idem Phorm.3,2,36.

¶ Pollicitatio. Plin ad Traianum, lib. 10,epiſt.39, Huic theatro ex priuatorum pollicitationibus multa debentur, vt baſilicæ circa, vt porticus ſupra caueam. Cæſar in fine Comment Hunc incitatum ſuis,& regis inflatum pollicitationibus, quæ fieri vellet Photinus,nuntijs literisque edocuit Vlpianus in l pactum.ff.de pollicitat Pactum eſt duorum conſenſus atque conuentio: Pollicitatio verò offerentis ſolius promiſſum. & ideo illud eſt conſtitutum, vt ſi ob honorem pollicitatio fuerit facta, quaſi debitum exigatur.

POLLINARIUS] Vide POLLEN.

POLLINCIO] curo,vngoque cadauera. Plautus in Prologo Pœnuli, 63,

Eorum alter viuit; alter eſt mortuus.

Propterea apud vos dico confidentiùs,

Quod mihi pol inctor dixit,qui eum pollinxerat.

¶ Pollinctor. Apul. Pollinctor eius funeri dum vnctionem parauit. Plaut. Aſin. 16,60,

Ecquis currit pollinctorem acceſſere?

Martial. libro 10,56.

¶ Pollinctura. Plautus Sticho,14,6.

— nam hinc quidem

Hodie pollinctura,præter nos,iam dabitur nemini.

POLLINTOR] Vide POLLEN.

POLLUCEO] Verbum ad ſacra pertinens. Cato cap.132, Ioui dapali culignam vini quantumuis polluceto.

Ibidem: Dape pollucenda.

Pollucere: *pro Pellucere*. Colum. libro 10,28,

Quàm nitidis hilares pollucent fœtibus horti.

¶ Polluctus. Polluctus virgis, apud Plautum. id eſt, virgis expoſitus. Plautus Rudente:

Non ego ſum polluꝺa pago.

¶ Pollucibilis, Pollucibilis cœna, à Macrobio,pro opipara, & ſplendida vſurpatur.

¶ Polluctum: Cœna pollucibilis & opipara. Plinius libro 32,cap 2,9. Numa conſtituit,vt piſces, qui ſquamoſi non eſſent,ni pollucerent patrimonia, commeatus,vt conuiuia publica & priuata, cœnæque ad puluinaria faciliùs cōpararentur; ni quid ad polluctum emerent, precio minùs parcerent,eaque præmercarentur. Plaut. Rud.

Spectatores vos quoque ad cœnam vocem, ni daturus nihil ſum,neque ſit quicquam pollucti domi.

¶ Pollucibiliter: Laute & ſplendidè. Plaut. Moſtel. 2,24,

— paſcite

Paraſitos; opſonate pollucibiliter.

POLLULUS] Paruus. Varro 4,de Ling, Lat. Puluinar vel à pluribus,vel à pollulis declinatum. Puluinaria enim pollula & exigua ſunt culcitris comparata: ſed & ea habere plura patresfamiliâs ſolent. Cato, Labellum pollulum, pro paruo dixit.

POLLUO] Ouidius 2,Metam.79,

Afflatuque ſuo pupulos vrbesq; domosq; Polluit.

Aquas caſtas polluere. Ouidius 2,Faſt.35.

Dapes ore polluere. Virg.3,Aen.47.

Domus caſta polluitur ſtupris. Horat.4, Carm.ode 5,5.

Fœdus naturæ polluere concubitu vetito. Ouidius 10,Metamorph.70,

Formam auro. Tibul libro 1,eleg.9,4.

Macula pollui. Claud.2,Paneg.60.

Ora cruore polluit. Ouidius 15,Metam.20.

Sacra marita polluere nouo toro. Propert. lib.3, eleg.20,6.

¶ Pollutus. Sanguine pollutus. Lucanus libro 1,86.

Amor pollutus. Virg.5,Aen.1.

Corpus pollutum. Catull.in Carm. Nupt.57,10.

Dextra polluta. Lucanus libro 2,23,

Domus. Lucanus libro 2,51.

Enſes polluti Lucanus libro 2,107.

Fœdera polluta dolis. Silius libro 11,65.

Hoſpitium pollutum Virg.3,Aen.13.

Licentia polluta. Salluſt in Iugurtha.

Menſa nullo cruore polluta. Silius libro 7,37.

¶ Pollutus: *Abſolutè* Salluſt in Iugurtha. Nouus nemo tam clarus,neque tam egregius factis erat, quin is indignus illo honore,& quaſi pollutus haberetur.

¶ Pollutum Varro de Ling Lat libro 5. Pollutum, quod à porriciendo eſt fictum. Quum enim ex mercibus libamenta porrecta ſunt Herculi in ara, tum pollutum eſt.

POLUBRUM] polubri: Vas pelluuium. Liuius: Argenteo polubro, & aureo gutto. Fabius Pictor libro 16, Aquam manibus pedibusq; dato. polubrum ſiniſtra manu teneto; dextera vas cum aqua.

POLULUS] Paululus. Cato cap 10,2, Vrceos tres, labellum polulum, amphoras olearias duas Idem cap.21,2, Sublaminas polulas minutas ſupponito.

POLUS] cœli cardo. Plinius libro 2,cap.15,6 Quoniam terra à verticibus duobus,quos appellauerunt polos centrum cœli eſt; necnon ſigniferi, obliquè inter eos ſiti.

Regna poli. Seneca Octauia,7.4.

Polus ardens flammis. Lucanus libro 1,105.

Ater. Seneca Herc.furen 13,9.

Auſtralis. Ouidius 2.Metam.27.

Calidus. Lucanus libro 1,11,

Deuius. Seneca Hippol.10.21.

Extremi poli. Senec Agam.6,15.

Gelidus polus. Ouidius epiſt.17,31.

Glacialis. Ouidius 2. Metam.35.

Lucidus. Virg 3.Aen.118.

Nigrans. Senec. Agam.8,34.

Nitidus Seneca Herc.furen.9,41.

Niualis Seneca Agam.2,3.

Occultus & conſpicuus. Ouidius 4, Triſt.eleg.9,22.

Intelligit Arcticum polum & Antarcticum: de quibus Virgil 1 Georg.49.

Rotati poli. Ouidius 2,Metam.15.

Rotundus polus Horat.1,Carm.ode 28,2.

Signifer. Lucanus libro 3,51.

Stellifer. Seneca Hippol.6.10.

Stelligeri iubar poli. Stat.12. Theb.113.

Sidereus polus Valer.3,Argon.128.

Vmbrans Senec. Hippol.7,1.

Humentemque aurora polo dimouerat vmbram. Virgil. 3,Aeneid 118.

Picei fulsére poli. Valer.1,Argon.125.

Inhorreſcit polus atra nube. Senec Herc Oetæo,9,1.

Intonuêre poli,& crebris micat ignibus æther. Virgilius 1, Aeneid 51.

Inuoluens vmbra magna terramq; polumq; Vir 1.Aen.51.

Nube polum pater occupato. Horat.3,Carm.Ode 29,9.

Paſcit ſidera conuexa polus. Virg.1,Aen.123.

Percurrere polum animo Horat. ,Carm.Ode28,2.

Subtexit nox atra polos Stat.1 Theb 68.

Et nox atra polum bigis ſubuecta tenebat. Virgilius 5,Aeneid.745.

Auſtrinum polum Indi Dramaſa vocant. Plinius libro 16, cap 19,5.

POLYACANTHOS] Herba: cuius Plinius meminit libro 21,cap.16.

POLYANTHEMUM] Herba. Plinius libro 27,cap.12,7.

POLYCHRONIUS] longæuus Firmic.libro 8.cap.28. In coniunctione ſpinæ & colli Sagittarij qui nati fuerint,nobiles erunt,polychronij quoque,ſed qui biothanati moriantur. Et capit.29, Prima pars Aquarij ſi in horoſcopo fuerit inuecta,reges magnos faciet & glorioſos; polychronios quoque.

POLYCNEMON] Herbæ nomen: de qua Plinius libro 26, cap.14,8.

POLYGALON] Herba palmi altitudine, in caule ſummo folijs lenticulæ,quæ potata lactis vbertatem inducit. Plinius libro 27,cap 12.

POLYGONATON] Herba ſine folijs, aſparagi caule, in cacumine aculeum habens. Plinius libro 27,cap.12.8.

POLYGONOIDES] Herba folio lauri, longa tenuisque, aduerſus ſerpētes, ac priuatim aſpides, ex aceto pota efficax. Plinius libro 24,cap.15.

POLYGONUM] Herba. Plinius libro 27,cap.12,7. Colum, lib. ſeptimo, Sangiunalis herba, quam Græci polygona appellant.

POLYGRAMMOS] Gemma ſmaragdo ſimilis, per tranſuerſum multis albis lineis diſtincta. Plinius libro 37,ca.9.

POLYMITUS] vel coloribus licijs contextus. Plinius libro

libro 8,cap.48,7.Plurimis verò licijs texere,quæ polymita appellant,Alexandria inſtituit. De polymita cubicularia,eſt epigramma Mart.lib.14.155.

POLYMYXOS] Lucerna quæ multos habet angulos,& in his funiculos,illuſtrandis conuiuijs accommodata. Martial.lib.14,41,

Illuſtrem quum tota meis conuiuia flammis,
Totq; geram myxos,vna lucerna vocor.

POLYPLVSIOS] bene nummatus. Plaut.Capt.6,27.

Quo de genere natus eſt illic Philocrates? P. Polypluſio.

POLYPODIVM]Herba.Plinius libro 26,cap.8,14.

POLYPTICA]in l.13 de indulg debit in C.Theod.Caſſiodorus libro 5. Varro epiſtola adScucrianum, & epiſtola ad Aurelium.

POLYPVS] Piſcis ex mollium genere,à multis pedibus ſic appellatus Plinius libro 9,cap.29,1.

¶ Polypus: *Genus morbi.* Celſus lib.6,cap 8,Polypus eſt caruncula modò alba, modò ſubrubra, quæ narium oſſi inhæret. Horat Epod. 2,1.

Polypus,an grauis hirſutis cubet hircus in alis.

Idem 1.Serm.Sat 3,8.

¶ Polypoſus. Mart.lib.12,33.

POLYRRHIZON]Herba.Plinius de ea eiusque viribus, libro 25 cap.5.

POLYTRICHON]Herba.Plinius libro 22,cap.21,11.Dicitur etiam polytrix. Plinius libro 29,cap.12,3, Polytrix in vino data.

POLYTRIX]Gemma: quæ quum in viridi capilletur, defluuia tamen capillorum facere ea dicitur. Plinius libro 37.cap.11.5.

POLYZONOS]Gemma nigra, à multiplicitate zonarū ſic dicta: candicat enim zonis Plinius libro37,cap 11.

POMARIVM] Vide POMVM.

POMERIDIANVS] Scholæ pomeridianæ. Quint.li.3,c.1,10

POMIFER] Vide POMVM.

POMILIO] homo paruæ ſtaturæ, paulùm ſupra terram extans. Habet quandoque membra enormia: qualem Martialis deſcribit in illo diſticho, cui eſt nomen Pomilio, lib.14,211,

Si tantum ſpectes hominis caput;Hectora credas:
Si ſtantem videas; Aſtyanacta putes.

Plinius libro 11,cap.49. Pomilionum genus in omnibus animalibus eſt.atque etiam inter volucres.

¶ Pomilius; *Adiectiue* dixit Martialis, quum titulum fecit epigrammati, Pomiliæ mulæ: libro 14,202.

POMOERIVM] tam intra quàm extra murum eſt: dictum quaſi poſt mœrium,hoc eſt poſt murum: vt inquit Varro de ling Lat. Liu.1,ab Vrbe,194. Lucanus libro 1,118,

Longa per extremos pomœria cingere fines.

POMPA] Terent.Heaut.4 4, 7.

Transcundum eſt nūc tibi ad Menedemum, & tua pompa Eo traducendo eſt.

Bellorum pompa Iuuen.Satyr.10,29.

Circus erit pompa celebris,numeroque deorum. Ouidius 4,Faſtor. 9.

Decus pompæ. Ouidius 2,Metam.146.

Aurea pompa Ouidius 3,Amor.eleg 2,9.

Eximiæ pompæ Ouidius epiſt 9,17.

Feralis pompa Lucanus libro 8,144.

Flebilis.Ouid.14 Metam.150.

Nigræ ſolennia pompæ.Stat.2,Sylu.1,4.

Solennes pompæ Virg.3,Georg.5.

Ducere pompam.Ouidius epiſt.12,31.

Exſequi ordine ſolennes pompas.Virg.5,Aen.11.

Parare pompam triumphis Ouidius 3,de Ponto, elc.4,19.

Detrahere pompam muneri ſuo. Seneca de Benefic.libro 2,cap 12

POMPHOLYX] ſpecie ſolà, non genere, à ſpodio diſtat. Plinius libro 34,cap.13.

POMPILVS] Piſcis genus.Plinius libro 9,cap.29.

POMVM] Fructus, qui ex arboribus eſui aptus prouenit. Plinius libro 15.cap.22.Solum,hoc pomum natura com pactili operimento clauſit. De nuce iuglande.

*Nuces pineæ*,apud Martialem,libro 13,25.

Poma ſumus Cybeles.&c.

*Mora*,etiam Plinius appellat poma,libro 15,cap.24,2. glandes non item.

Mitibus pomis decorum caput Autumni. Horat.Epod.2,4.

Arbor fertilis pomis aureis.Senec.Agamem.9,9.

Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos. Virgilius 2, Georg.30.

Acerba poma Ouidius 2,Amor.eleg.14,5.

Agreſtia Virg.7.Aen 23.

Annua Ouidius de Nuce,2.

Decerpta.Ouid.10,Metam.129.

Diuitia.Senec.Herc.furente,7,2.

Dulcia.Horat 2, Serm. Sat 5,3.

Fœlicia.Ouid.9,Metam.19.

Generoſiſſimum pomum. Quin.lib.5,cap.11,3.

Gregalia poma.Senec.de Benefic.lib.1, cap.12.

Mitia.Horat.Epod.2,4.Virg 2,eclog.16.

Nitidum pomum.Ouid.10,Metam.152.

Punica poma.Ouidius 4.Faſt.122.

Putria.Ouid.7,Metam.120.

Rubens pomum.Ouid.10,Metam.21.

Vilia poma.Virg.1,Georg.55.

Poma cadunt menſis non interdicta ſecundis, Ouidius de Nuce,15.

Carpere poma.Virg.9,eclog.9.

Puniceum curuâ decerpſerat arbore pomum. Ouid.5, Metam.108.

Demptum pomum arbore.Ouid.11,Metam.25,

Detrahere poma arboribus.Tibul.lib.1,eleg.5,7.

Excuſſa ſyluis poma Senec.Hippol 4,32.

Annus exuberat pomis.Virg.2.Georg 104.

Grauantia poma ramos.Ouid.13,Metam.174.

Arbos induit ſe pomis,Virg.4,Georg.29.

Naſcentia poma & florentia.Ouid 14.Metam 3.

Rubenti pomo onerata arbutus,Ouid.10,Metam.21.

Cui pendere ſua patereris in arbore poma. Virg. 2,eclog.8.

Strata iacent paſſim ſua quæque ſub arbore poma. Virg. 7, eclog.11.

Pomum vnde dictum,docet Varro libro 1, de Re ruſt. capite 31,5.

¶ Pomum, *pro ficu.* Colum.libro 8, cap.17, Facit etiam ex pomis viridibus adaperta ficus.

¶ Pomus: Arbor pomifera. Plinius libro 17,cap.1,7. Nec minus miraculum in pomo eſt,multarum circa ſuburbana fructu annuo addicta binis millibus nummûm.

Conſita pomus.Tibul lib.2,eleg.1,9.

¶ Pomarium: locus arboribus pomiferis conſitus. Colum. libro 1,cap.6,10, Pomaria quoque & hortos oportet ſepto circundari,& eſſe in propinquo.

Locum pomarij, priuſquam ſemina ſeras, circummunire macerijs oportet,vel ſæpe,vel foſsa præcipiti. Colum.libro 5,cap.10,1.

Vda pomaria mobilibus riuis.Horat,1,Carm.ode 7,3.

Eſt aliquid plenis pomaria carpere ramis. Ouidius epi.4,6.

Pomarium oleagineum.Cato cap.48.1.

Ponere pomaria.Plinius libro 34,cap.14.1,

¶ Pomarium: *Locus in quo poma reponuntur.* Plinius libro 15. cap.16.In vniuerſum verò de pomis ſeruandis præcipitur: pomaria in loco frigido ac ſicco contabulari.

¶ Pomarius: pomorum venditor. Horatius 1.Serm. Satyr. 3,.

Edicit piſcator vti,pomarius,auceps
Vnguentarius,&c,

¶ Pomifer.Arbor pomifera. Columel. libro 5,cap.9,15.

Annus pomifer Horat.3,Carm.ode 23,2.

Autumnus.Ouidius ad Piſonem,31.

Montes pomiferi.Ouidius 1,de Ponto,eleg 9,9.

Rami Seneca Herc.furen 9,17.

¶ Pomoſus.Pomoſa corona.Propert lib.3,eleg.2,4.

PONDERO,PONDEROSVS] Vide PONDVS.

PONDO] libra.Plaut.Aſin.7,33,

Quot pondo te eſſe cenſes nudum?

Duo pondo Liuius 5,Decad lib.4,53. Quint.lib.6,cap.4, Torqueum aureum centum pondo.

Pependêre pondo DCC.Plinius libro 9,cap.30,5.

Mellis pondo decem Colum.lib.12,cap 41.Ibidem,cap.51 Cum olei pondo octoginta.

¶ Pondo: *Pondus duodecim librarum.* Liu.Decad.1,lib.2, Argenti pondo bina,& ſex libras,in militem præſtaret.

¶ Pondo: *Idem quod pondus.* Liu.4,ab Vrbe,86.Scribitur,coronam auream libræ pondo Ioui dicatam fuiſſe. Plautus Menæch 12.18.

Pondo ducentûm.Varro de vita populi Rom. Delphos Apollini munera miſſa,cornua aurea pondo ducentûm. Idem lib,4,Itaq; retulit auri pondo mille octingentûm ſeptuagintaquinque.

Dodrans pondo. Colum lib.12, cap.12, Sextarum atque cum dodrante pondo mellis diluunt.Ibidem,ca,30,Amomi pondo quadrans. Ibidem,cap 33 Adde pondo libram

Plus pondo.Gellius lib.2,cap.24 Neq; argenti in conuiuio plus pondo,quàm libras centum,illaturos.

PONDVS] Quod graue eſt.Plinius libro 2, cap.5,1.Ficus ramis diffunditur vaſtis, quorum pondera in terram curuantur.

Saxi pondus.Lucretius libro 1,92.

Pondus: *pro onere* Virg.5,Aen.83.

— gemuit ſub pondere Cymba.

Pinus

Pinus tarda pondere. Virg. 5, Aen. 32.
Breue pondus. Horat. 2. Serm. Sat. 2, 8.
Flagellata pondera. Stat. 3, Theb. 7,
Ima flagellatis ſignum lugubre malorum
Ponderibus trepidauit humus.
Graue pondus Ouidius 7, Metam. 24.
Iaculabile. Stat. 6, Theb 132.
Immenſum Horatius 1, Serm. Sat. 1, 9.
Iners. Ouidius 1, Metam. 2.
Ingens Ouidius 13, Metam. 18.
Iniquum. Virg. 1, Georg. 33.
Iuſtum. Ouidius 1, Metam. 32.
Leue. Ouidius 2, Metam. 33.
Maturo pondere grauis venter Ouid. 9, Metam. 138.
Muralia pondera vaſti ſaxi, Lucanus libro 6, 39.
Reuolubile pondus. Ouidius in Ibin, 39.
Ruitura pondera Claud. 7, Panegyr. 13.
Solida Lucretius libro 1, 200.
Vix tractabile pondus, Stat. 5, Sylu. 1, 17.
Nam cadere aut bruto deberent pondere preſſæ. Lucretius libro 6, 22,
Vaſto pondere ad terram concidit. Virg. 5, Aen. 90.
Deducere pondera deorſum Lucretius libro 2, 42.
Roſtrata ora nauium graui pondere ducuntur contra latrones. Horat. Epod. ,, 4.
Excutere pondus Senec, epiſt 92.
Pondera cœleſti mente paterna feret. Ouidius 1, Faſt. 107.
Concita ponderibus ſuis feruntur. Lucretius libro 5, 38.
Et grauius iuſto pallia pondus habent. Ouidius 20. epiſtol. 35.
Niti valido ſub pondere. Virg. 3, Georg. 35.
Aſpice conuexo nutantem pondere mundum. Virgilius 4, eclog, 10.
Subito pondere procubuit turris. Virg. 9, Aen. 108.
Ictaq; ſubſedit pondere mollis humus. Ouidius 1, Faſt. 114.
Tolerare pondus tauri ruentis in Venerem. Horat. 2. Carm. Ode 5, 1.
Saxa quoque infeſto voluebant pondere Virg. 9, Aen. 103.
¶ Pondus: *Quod librando ad ſtateram ponderatur*
Magnum pondus auri. Virg. 3, Aen. 10,
Ignotum pondus argenti Virg. 1, Aen. 75.
¶ Pondus: *pro numero.* Varro de vita populi Romani: E' Græcia comportâſſe magnum pōdus omnium artificum.
Tellus ponderibus ſuis librata, Ouidius 1, Metam. 3.
Nec circunfuſo pendebat in aere tellus
Ponderibus librata ſuis.
Senectæ amara pondera. Ouidius 9, Metam. 69.
Et pondus veteris triſte ſupercilij Seneca Hippol 6, 13.
Imponere pondus alicui. Ouidius 2. Faſt 25.
Nec potui cœpti pondera ferre mei. Ouidius 2, de Ponto, eleg 5. 6.
¶ Pondus: *pro Authoritate, ſiue exiſtimatione.*
Dulce loquendi pondus. Claud. 8, Paneg 4.
Amabile pondus mentis. Silius libro 8, 122. de Bruto.
Addere pondus nugis. Horatius 1, epiſt. 20, 9.
Immutabile & graue pondus ineſt ſanctis verbis. Stat. 1, Theb 43.
¶ Ponduſculum. Plinius libro 14, cap. 16, 6. Inter flores ex roſæ folijs tuſis, in linteolo in muſtum colatis, cum ponduſculo vt ſidat.
¶ Ponderoſus. Varro 1, de Re ruſt. cap. 11, 7. Ex ſudore eius lana fit mollior & ponderoſior, & colore meliore.
¶ Ponderitas. Act. Pragmatic libro 2. Et cuncta fieri cætera iubet illa, non quod ponderitatem, grauitatemque hominis.
¶ Pondero. Plinius libro 18, ca. 7, 17, Si quis granum ipſum ponderet.
Sinus ponderare amatorum. Propert. libro 2, eleg. 17, 3.
PONE`] pro Poſt. Plaut. Pœn, 8, 34, Ponè nos recede. Liuius 10, bel. Maced. 125, Ponè caſtra vtrique pabulatum & lignatum ibant.
¶ Ponè: *Retrò.* Virg. 2, Aen. 145.
Pone ſubit coniunx; ferimur per opaca locorum.
Valerius Max lib. 1. Pone reſpiciens, animaduertit immenſæ magnitudinis ſerpentem.
PONO] Poſita ad fores arbor. Plinius libro 16, cap. 10, 4.
Ponere ante. Plinius libro 9, cap. 35, 17. Ex præcepto miniſtri, vnum tantùm vas ante eam poſuêre aceti.
Contra legem loquendi ſunt poſita. Quintil, libro primo, cap. 8, 9.
Ponere in admirandis. Plinius libro 31, cap. 2, 11.
Ponere aliquid in admiratione. Plinius libro 28, cap. 8, 5.
Ponere aliquem in æquo duobus ſummis. Liuius 9 bel. Maced 206.
Poſitus extra omnem ingenij aleam Cicero. Plinius in Præfat. lib. 3.



Aras ponere. Virg. 3, Aen. 81.
Et ſale tabentes artus in littore ponunt. Virg. 1, Aen. 36.
Calculum ponere. Colum. lib. 3, cap 3. 7. Plin. epiſt 96.
Capillos ponere ſine arte. Ouidius 4, epiſt 4, 16.
Caput ponere. Virg. 5, Aen. 168.
Carinas. Curtius lib. 10.
Caſtella. Cæſ. 3, bell. Ciuil 222, Caſtellaq; his locis poſuit.
Caſtra in aperto. Liu 6, bel. Maced 75.
Caſtra in plano. Liuius 5. ab Vrbe, 132.
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo Virg 3, Georg 106.
Pro certo ponere. Liu 10, ab Vrbe, 39. Id ne pro certo ponerem, vetuſtior annalium author Piſo effecit.
Ceruicem inflexam. Virg. 3. Aen. 126.
Collum poſuit puluere. Horat. 4, Carm ode 6, 3.
Comas ſuas ponere in ſtatione. Ouidius 3, de Arte, 87.
Ponere in caput, vel in capite, coronam. Gellius libro 3, cap. 15. Idem, libro 5, cap 14.
Ingenuum durâ ponere corpus humo. Ouidius 3, Amor, eleg. 1 ,2.
Ponere in crimen Plaut Trinum. 11, 8.
Cubilia ponere. Virg 6, Aen. 55.
Veſtibulum ante ipſum, primiſque in faucibus Orci,
Luctus & vltrices poſuêre cubilia curæ.
Cuſtodes & limina alicui. Propert libro 2, eleg. 6 8.
Cuſtodias portis. Hirtius libro 5, bel Africani, 356.
Cuſtodia poſita eſt noſtræ puellæ. Tibul. lib. 1, eleg. 2, 1.
Domos ponere ſub terris Virg 1, Georg. 37.
In dubio ponere. Liuius 4, bel, Maced. 22.
Epulas. Ouidius 4, Faſt. 1 9.
Poſitus in excelſiſſimo faſtigio humani generis. Plinius in Præf. 4.
Fidem pignori ponere. Plautus Capt.
Et meam eſſe fidem hìc pro te poſitam pignori.
Finem ponere ſcelerum. Lucanus libro 5, 63.
Finem vitæ ſibi poſuit. Tacitus libro 5, De Tiberio.
Fœdera ſunt ponenda priùs, ſignandaque iura. Propert libro 3, eleg. 20. 3.
Fundamina prima fauis ponere, Virg. 4. Georg. 33.
Suppliciter poſito procubuêre genu. Ouidius 2 Faſt. 98.
Ponere in gloria. Liuius 6, bel Pun. 187, Et vt ad mœnia vrbis Romæ nullo prohibente ſe perueniſſe, in gloria ponebant: ita pigebat irriti incepti.
Ponere in gloriam. Salluſt. contra Cic. 2, Qui ciuitatis incommodum in gloriam ſuam ponit,
Humi poſitus Ouidius 3, Metam. 84.
Hìc iuuenem agreſti ſublimem in ſtramine ponunt, Virgil, 11, Aen 14.
Latus ſaxo ponere. Valer 4, Argon. 76.
Leges. Horat. 1, Serm. Sat. 3, 21.
In legibus. Cato de Re ruſt. in Procem. 1.
Limina Martial. libro 9. 49.
Celebri loco Plinius epiſt 6, lib. 3.
Pro loco. Quint. lib. 5, cap. 12.
In manu alicuius. Liuius 8. ab Vrbe, 71.
Menſam poni iubet Horat. 2, Serm. Sat. 3. 30,
Merum ponere in gemmâ Ouidius 8, Metam. 115.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono, Virgilius 1, Aeneid. 56.
Modum creſcendi ponere. Lucanus libro 1, 17.
Modum exitijs. Virg. 7, Aen. 26.
Modum orationi. Tacitus libro 4.
Moresque viris, & mœnia ponet. Virg. 1, Aen. 54.
Multum quoq; in tua fide ac diligentia poſitum eſt. Quint. Tryphoni, 3.
Multum ponere in alicuius miſericordia. Curtius lib. 5.
Munus ponere. Liuius 4, bel. Maced 183, Vt pop. Romanus dignis datam libertatem, ac munus ſuum bene poſitum ſciret.
Dum bene ponendi munera tempus habes. Ouidius 2, Amor. eleg. 3, 4.
Bruma poſuit niues. Seneca Theb 2, 11.
Niues poſitæ. Horatius 3, Carm ode 10, 2,
— & poſitas vt glaciet niues
Puro numine Iuppiter?
Nomen alicuius ponere. Ouidius 4, de Ponto, eleg. 3, 1.
Nomen alicui Virg, 7. Aen. 13.
Nomen alicui ponere inſano. Horat. 2. Serm. Sat. 3, 10.
Nummos in fœnore. Horatius 1, Serm. Satyr. 2, 3.
Ante oculos ponere ſibi Ouidius 3, de Ponto, eleg. 1, 23.
Opus aliquod ponere. *Conficere.* Horatius de Arte, 7
Infœlix operis ſummâ quia ponere totum Neſciet.
Opus ponere. *Extruere.* Ouidius 8 Metam. 32
Procul ab oſtentatione poſitum. Quintilianus in Procem. lib. 1, 4.
Ponere in ordinem, Varro 3, de Re ruſt. cap. 13. 12.
Otia, Horat. 2, Serm. Sat. 7, 23.

Oua ponere dicitur gallina. Colum. libro 8, cap. 2, 9 Ouid. 8, Metamorph. 52.

Propter humum volitat, ponitque in ſepibus oua.

Partem deo ponere. Plinius libro 12, cap 19, 5.

Pecuniam ponere: Dare fœnori. Horat. Epod. 2, 14. Quint. Declamat 9, Nuſquam meliùs ponitur pecunia, quàm vbi fœnus bonitatis extenditur.

Tunc gruibus pedicas, & ponere retia ceruis. Virgilius 1, Georg. 62.

Ante pedes ponere. Propert. libro 2, eleg. 11, 4.

Poni poſt aliquem. Ouidius 2, Metam. 110.

Inuitat precijs animos, & præmia ponit Virg. 5, Aen. 58.

Præmia ponere circùm compita. Virg. 2, Georg. 77.

Præſidium in loco aliquo. Cæſ. 2, bel. Gal. 253.

Rationem cum Orco. Colum. libro 1, cap. 3, 1.

Retia. Ouidius 1, de Arte, 53.

Rudimenta virtutis Quintil. Declamat. 3.

Salus noſtra in vno te poſita eſt Ouidius 3, Metam. 130.

Toro ſe ponere. Ouidius 11, Metam 95.

Semina humo. Propert. libro 2, eleg. 12, 1.

Sententiam ſuam. Quintil. lib. 3, cap. 1, 16.

Poſitus in ſententijs hominum. Plaut Epid. 10, 80.

Signa ponere nouis præceptis. Horat. 2, Serm. Sat. 4, 4, 1.

In ſolem Cato cap. 7, 3.

Sortes, Plaut. Caſin. 9, 22.

Spem. Plaut. Capt, 18, 4.

— neque ſpem ponas me bonæ frugi fore.

Spem in armis. Virg. 2, Aen 136.

Subſidium ponere in. Cæſ 2, bell Gall. 274. Omnes in fuga ſibi ſubſidium poſuerunt.

Templum ponere: *Condere*. Virg. 3, Georg. 2.

Templa, ſtatuam alicui. Virg. 6, Aen. 4.

— poſuitque immania templa.

Plinius epiſt. 17, 2, Neque enim magis decorum & inſigne eſt, ſtatuam in foro populi Romani habere, quàm ponere.

Poſita ſub niue terra latet. Ouidius 2, Faſt. 15,

Tumulo in eodem poni. Ouidius ad Liuiam, 33.

Tyrocinium ponere Liu. Decad. 5, lib 5, 160.

Venenum ponere alicui cum cibo. Liu. 6, ab Vrbe, 171.

Verba in vſu quotidiano poſita minùs timeremus. Quint. libro 2, cap. 10, 7.

Ponere verba alicuius in re aliqua. Plinius libro 12, ca. 13, 2.

Nunc itaque & verſus, & cætera ludicra pono. Horatius 1, epiſt. 1, 2.

Veſtigia ponere. Horat. 1, epiſt, 20, 5.

Vitem. Colum. libro 4, cap. 1.

Vites ordine. Virg. eclog. 2, 15.

Grauiùs vituperationem ponere Quint. lib. 6, cap. 3, 25,

In vltimis. Plinius libro 17, cap. 12, 4.

Vrbem Ouidius 3, Metam. 20.

Quum poſuit iuſſam Phœbeis ſortibus vrbem.

Vrbem in montibus Virg 8, Aen. 11.

Poſitus extra vulgarem vſum Quint. libro 9, cap. 3.

Ponere in tranſuerſum. Plinius libro 16, cap. 42, 1.

In diſcrimine. Liuius in Præf. libr. 1, ab Vrbe, 5.

Sub conſpectu. Seneca de Benef. 7.

Medicinam in vſu & experimentis. Celſ libro 1, in Proœm.

Pacem ſumere & ponere. Propert lib. 2, eleg. 1, 8.

Precium ponere alicui rei. Seneca epiſt. 1.

Quæſtionem Seneca epiſt. 50.

Rudimenta virtutis. Quintil. Declamat. 3.

¶ Ponere: *Deſinere*. Virg. lib. 7, Aen. 6.

Quum venti poſuêre, omniſq; repentè reſedit Flatus.

Ponere: *Deponere*. Virg. 1, Aen. 62.

—ponuntque ferocia Pœni
Corda volente deo.

Ambages ponere. Ouidius 10, Metam. 4.

Amorem. Ouidius 1. de Remed. amor. 13,

Feroces animos Liu. 8, ab vrbe, 3.

Arma poni iubet, fatentes ſe victos. Liuius 4, ab Vrbe, 47.

Armis poſitis ſubſtitit pars vtraque. Ouidius 12, Metam. 30.

Barbam ponere. Sueton. in Calig cap. 5.

Barbam & vngues. Horatius in Arte, 60.

Aſpera tùm poſitis miteſcent ſecula bellis. Virg. 1, Aen. 59.

Ponere caput: *Demittere*. Horatius 2, Serm. Sat. 8, 12.

Muli ponunt clitellas. Horat. 1, Serm. Satyr. 5, 10.

Colorem nigrum ponere. Ouidius 7, Metam. 131.

Comas Virg. 12, Aen. 42.

Conſilium. Plinius epiſt. 22, d.

Corda ferocia. Virg. 1, Aen 62.

Curam. Liuius 1, ab Vrbe, 79.

Curas graues. Ouidius 9, Metam. 140.

Curæ poſitæ pectore. Silius libro 11. 58.

Decorem ponere. Ouidius 2, de Arte, 76.

Exſuuias. Virg. 3, Georg 88.

Faſtus. Ouidius 14, Metam. 153.

Et varios ponit fœtus Autumnus. Virg. 2, Georg. 105.

Et iam olim ſeras poſuit quum vinea frondes. Virgilius 2, Georg. 81.

Grauitatem ponere. Ouidius ad P ſonem, 17.

Imaginem alicuius. Ouidius 3, Metam. 1.

Imperium. Mart. libro 11, 6.

Iras ponere fideliter. Ouidius 6, Faſt. 9.

Equi poſuêre iubas Stat. 3, Theb 53.

Labores ponere. Ouidius 6, Faſt. 110.

Metum. Plin epiſt. 101, a. libro 5. Ouidius epiſt. 19, 1.

Pone metum, &c.

Minas ponit mare. Lucretius libro 5. 201.

Verùm pone moras, & ſtudium lucri. Horatius 4, Carm. ode 12, 5.

Onus vteri poſitum eſt Ouidius epiſt. 11, 13.

Dracones poſuêre pellem ſenectæ. Ouid. 7, Metam 48.

Pudorem ponere. Mart. lib. 11, 28.

Querelis poſitis requieſcunt ora. Propert. libro tertio, eleg 10, 1.

Quæſtus ponere. Ouidius 9, Metam. 56.

Scutum. Ouidius 1, de Ponto, eleg. 2, 7.

Spem. Ouidius ad Liuiam, 8.

Studium lucri. Horat. 4, Carm. Ode 12, 5.

Superbiam. Hora. 3, Carm ode 10. 3.

Timorem Ouidius 10, Metam 82,

Velamina. Ouidius 2, Faſt. 34.

Verecundiam Plinius epiſt. 136.

Veſte poſita nuda ferunt corpora. Ouid. 2, Faſt. 57.

Incendia poſuere vires indomitas. Virg. 5, Aen. 137.

Virginitas poſita. Ouidius 6. Faſt 26.

Vitam ponere. Propert. lib. 2. eleg. 17, 1.

¶ Ponere, *pro Componere & temperare*. Horat. 1, Carm ode 3, 3.

— quo non arbiter Adriæ
Maior, tollere ſeu ponere vult freta.

Ponere: *Apponere*. Martial. libr. 8, 23.

Inuitas ad aprum ponis mihi, Gallice, porcum. Sic libro 1, 127. Hinc poetæ fabulas & ſcripta ſua ponere dicebantur. Iuuen. Sat 1, 16,

Pone Tigillinum.

¶ Ponere: *pingere*. Horat. 4. Carm. ode 8, 2,

Hic ſaxo, liquidis ille coloribus
Solers nunc hominum ponere, nunc deum.

Ponere pallium, aut aliquid aliud: *Deponere*. Plautus Curcul 7, 76.

Ponere fagina pocula; *Deponere in ſponſionem*. Virgilius 4, eclog 8.

Pone, cum eſſe victum. Terent. Phorm. 4, 3, 25.

Ponunt philoſophi: *id eſt ſtatuunt*. Plinius libro 11, cap. 52, 2. Ariſtoteles vitæ breuis ſigna ponit raros dentes.

¶ Poſitus: Participium.

Poſitis omnium aliarum rerum curis. Liuius 7, ab Vrbe, 147.

Poſitus: *Exanimatus*. Virg. 4, Aen. 137,

— ſic te vt poſitâ crudelis abeſſem?

Poſitus ſuper armamentarium Curtius libro 6.

¶ Poſta: *pro Poſita*. Lucretius libro 3. 176,

Semina ſæpe in eodem, vt nunc ſunt ordine poſta.

¶ Poſiturus. Ouid 3, Metam. 95,

Nec mihi mors grauis eſt, poſituro morte dolores.

¶ Poſitor Ouid. 9, Metam. 91,

— & in Aſide tetra
Mœnia conſtitutis, poſitoris habentia nomen.

Templorum poſitor. Ouidius 2, Faſt. 14.

¶ Poſitus: Verbale. Ouidius 4, Faſt. 84,

Trinacria, à poſitu nomen adepta loci.

Celſ. in principio lib. 8, Priùs poſitus oſſium, figuraſq; indicabo.

Locorum poſitus. Stat. 5, Sylu. 3, 48. Tacitus libro 4, Quæ poſitu regionis à tergo illis. Idem libro 5, Ille poſitus ſiderum, ac ſpatia dimenſus

Vrbs meliùs defenſa poſitu. Ouidius 4, de Ponto eleg. 7, 5.

Mœnibus & poſitu vix adeunda loci. Ouidius 1, de Ponto, eleg. 9, 3.

Variare capillos poſitu. Ouidius. de Medicamine faciei, 4.

Variare comas poſitu. Ouidius 2 83.

¶ Poſitura Nota qua ſenſus in oratione diſtinguitur. Lucretius libro 1, 168.

Diſſoluuntur enim poſituræ principiorum. Lucretius libro 2, 190.

¶ Poſitura: *Situs, ſiue poſitio*. Gellius libro 14. cap. 1, Vt animaduerteretur, quo habitu, quâque formâ, quâque poſiturâ ſtellarum aliquis naſceretur. Idem libro 5. cap 3, Iuncturam, poſituramque ligni, ſcitè peritèque factam conſiderat.

¶ Poſitio. Plinius libro 18. cap. 5. 3, Vt ſolùm ſuâ virtute valeat; qua dictum eſt, poſitione.

Loci

Loci poſitio. Quint. lib. 3, cap. 7, 19.
Cœli. Colum. libro 1, cap. 6, 12.
Poſitio campeſtris. Columel. libro 1, cap. 2, 4.
Poſitionis arbuſtiuæ exemplo. Columel. libro 4. cap. 1.
Poſitio: *apud Oratores.* Quint. libro 9, cap 4, Tempus enim ſonum metitur, vt à ſublatione ad poſitionem iiſdem ſit ſpatijs pedum.
Vitia poſitionum Quint. libro 2, cap. 10, 10.
Inconueniens poſitio. Quint. libro 1, cap 5, 53.
Poſitio dictionis. Quint. libro 1, cap. 5, 40, Simplices voces poſitione, id eſt, natura ſuâ conſtat.
Fœminina poſitio. Quintil libr. 1, cap. 4, 18, Aut quæ fœminina poſitione mares, aut neutrali fœminas ſignificant. De nominum generibus.
Poſitio. *pro Theſi ſeu argumento.* Quint lib 1. cap. 3, Taceo de poſitionibus & declamationibus rhetorum.
PONS] Plinius libro 8, ca. 3, 2, Territos ſpatio procul pontis, à continente porrecti, vt ſeſe longinquitatis æſtimatione fallerent, auerſos retrorſus iſſe.
Igno. us pons Virg. 3, Georg. 16.
Saxeus pons, Lucanus libro 4, 1.
Solutus. Claud. 7, Paneg. 81.
Crebris pontibus conſiſtere. Virg. 4, Georg. 6.
Diſtendere pontem in agros. Lucanus libro 4, 28.
Indere pontes. Tacitus libro 12.
Iungere ponte fluuium. Curt. libro 4.
Ludere ponte magno. Catul. ad Coloniam, epig. 17, 1.
Reuellere pontes. Claud lib. 1. in Ruffinum, 55.
Rupti torrentibus pontes. Quint. lib. 2, cap. 13, 11.
Vellere pontem. Virg. 8, Aen. 130.
¶ Pons: *pro Scala nauium.* Virg. 10, Aen. 58.
Interea Aeneas ſocios de puppibus altis
Pontibus exponit.
Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat Catul. epigr. 17, 1.
¶ Pontones: naues, quib. in traijciendis amnibus loco pontium vtimur. Paulus in l. vlt. D. de ſeruit. ruſt. præd. Flumine interueniente via conſtitui poteſt, ſi aut vado tranſiri poteſt, aut pontem habet: diuerſum, ſi pontonibus, traijciatur. Cæſar 3, bel. Ciuil. 114, Pōtones, quod eſt genus nauium Gallicarum, Lyſſi relinquit.
PONTICA] gemma. Plinius libro 37, cap. 10.
PONTIFEX] Sacer magiſtratus.
Cœnæ pontificum. Horat. lib. 2, Carm. Ode 14, 6.
Libri. Horatius 2, epiſt. 1, 5.
Secures. Horat. 3, Carm. ode 23, 3.
Dicite pontifices, in ſacro quid facit aurum? Perſ. Sat. 2, 7.
Erant maiores & minores pontifices: inter quos ſummus, qui Pontifex maximus dictus eſt; quòd maximarum rerum, quæ ad ſacra & religionem pertinent, iudex ſit, vindex contumaciæ priuatorum magiſtratuum. Liuius.
¶ Pontificium: *Subſtantiue.* Gellius libro 1, cap. 13, Re ſemel ſtatuta, deliberataq; ab eo, cuius negotium id pontificiumque eſſet, nequaquam putauerint contra dictum eius faciendum eſſe.
¶ Pontificalis. Caput pontificale Ouidius 3. Faſt. 142.
Pontificales cœnæ. ſumptuoſæ, opiparæque.
Horat. 2, Carm Ode 14, 6.
— & mero
Tinget pauimentum ſuperbo
Pontificum potiore cœnis.
Honor pontificalis. Ouidius 3, Faſt 84.
Pontificalia atque auguralia inſignia. Liuius 10, ab Vrbe, 29.
Sacrum pontificale. Ouidius 1, Faſt. 92.
PONTONES] Vide Pons.
PONTVS] mare.
Freta Ponti. Virg 1, Georg. 72.
Hyemis aſpera Ponti. Virg 2, Aen. 22.
Imago triſtis Ponti. Ouidius 11, Metam. 86.
Anguſtus Pontus Nepheleidos Helles. Ouid. 11, Metam. 40
Apertus Pontus. Ouidius 11, Metam. 80.
Arduus. Valer. 5, Argon. 68.
Cæruleus. Virg. 12, Aen. 37. Catul. in Annales Voluſij, epigram. 34, 3.
Curuati Ponti littora, Senec Hipp. 1, 5.
Ingens Pontus. Virg. 1, Aen. 24.
Mobilis Ponti vaga vnda. Senec Herc. fur. 12, 1.
Niger Pontus. Valer. 1, Argon. 116.
Niualis Stat. 12, Theb. 119.
Profundus. Virg 5, Aen. 123.
Tranquillus. Stat. 6, Theb. 116.
Vaſtus. Virg. 4 Georg. 86 Silius libro 4, 16.
Ventoſi mulcere pericula ponti Stat. 3, Sylu. 2, 1.
Bruma aſtringit Pontum frigore. Lucanus libro 1, 4.
Conſiſtit glacie Pontus. Ouidius 3, Triſt. eleg. 10, 8.
Credere ſe Ponto Ouidius 13, Metam. 191.
Nomina dare Ponto. Horat. 4, Carm ode 2. 1.
Ferri Ponto. Virg. 9, Aen. 25.
Arctatus rapido feruet quà gurgite Pontus. Lucanus libro 5, 47.
Feruet vertigine Pontus Ouidius 11, Metam. 110.
Legere pontum ponè. Virg. 2, Aen. 42.
Miſcetur Pontus magno murmure. Virg. 1, Aen. 16.
Obrueret tumulos immenſa licentia Ponti Ouidius 1, Metamorph 63
Pererrare Pontum. Seneca Medea, 8. 15.
Subdola quum ridet placidi pellacia Ponti. Lucr. lib. 2, 113.
Sæuit Pontus. Horat. libro 3, Carm. ode 1, 8.
Sæuit Pontus minaci murmure Lucretius libro 1, 56.
Tranſire Pontum per vada Lucretius libro 1, 40.
Tranſcurrere Pontum Stat. 3. Sylu. 4, 1.
Craſtina namque dies trucis ad confinia Ponti
Cyaneasque vocat. Valer. 8. Argon. 35.
Vſtus Pontus ab aſſiduo frigore. Ouidius 3, Triſt eleg. 2, 2.
POPA] Popę dicebantur, qui victimas habebant venales, & qui ligabant eas ad altare, feriebantque. Propert. libro 4, eleg. 3, 13.
Succinctæque calent ad noua lucra popæ.
Spartianus in vita Getæ: Percuſſit hoſtiam popa, nomine Antoninus.
Popæ, qui victimas inundabāt, alio corpore nudo; ab vmbilico ad pedes inuoluti veſte. Suetonius: Succinctus poparum habitu.
Venter popa Perſius Satyr 6, 9. id eſt, guloſus.
¶ Popanum: Placenta lata, tenuis, rotunda, quam dijs offerebant. ſed & pro quocunque libo capitur. Iuuenalis Satyra 6, 54.
Scilicet & tenui popano corruptus Oſiris.
POPELLVS] Vide POPVLVS, maſ. gen.
POPINA] Horat. 1, epiſt 14, 5,
— fornix tibi & vncta popina
Incutiunt vrbis deſiderium.
Calida popina. Iuuenal. Sat. 11, 9.
Diues. Martial. libro 5. 45.
Immundæ popinæ Horat. 2, Serm. Satyr. 4. 13.
Nigra popina. Martialis libro 7, 60.
Tepidæ popinæ. Martial. libro 1, 12.
¶ Popino: Qui in popinis verſatur & helluatur. Sueton. de claris Grammat. 15, Lurconem, & nebulonem, popinonemque appellans, & vita ſcriptiſque monſtroſum. Horat. 2, Serm. Sat. 7 8.
Imbecillus, iners: ſim quiduis; adde, popino.
¶ Popinor. Iulius Capitol. Dum Galienus popinatur, & balneis ac lenonibus reputat vitam.
¶ Popinarius Firmicus libro 4, cap 6, Faciet pharmacopolas, aut popinarios. Et cap. 15. Faciet hoſpites, popinarios, tabernarios.
¶ Popinatio Gellius.
¶ Popinalis Colum. libro 8, cap. 16, 4 Iam enim celebres erant deliciæ popinales, quū ab mari deferrentur viuaria.
POPLES] Pars oppoſita genu. Colum. libro 6, cap 12, Si dolore neruorum claudicat, oleo & ſale genua poplitesq; & crura confricanda ſunt, donec ſanetur. Liu. libro 2.
Defectus poples. Ouidius 13, Metam 96.
Firmus. Ouidius 15, Metam. 45.
Lapſus. Lucanus libro 3, 51.
Mollia nodoſos facit internodia poples. Oui. 7, Metam. 52.
Succiduus. Ouidius 10, Metam. 91.
Suſpenſus. Stat. 5 Sylu. 4, 4.
Tenſus. Stat. 9. Theb. 95.
Depoſito victum præbebat poplite collum Lucan. l. 1, 122.
Duplicato poplite ad terram incidit. Virgilius 12, Aeneidos, 186.
Excipere ſe poplitibus. Curtius libro 6.
Flexo poplite ſinunt. Stat 6, Theb. 118.
Proijciet truncum ſubmiſſo poplite corpus. Catul. Argon. 59, 74.
POPPISMA] vocis blandimentum. Iuuen. Sat. 6, 59.
Præbebit crebrum poppyſma roganti.
¶ Poppyſmus: plauſus colliſis manibus editus. Plinius libro 28, ca. 2, 15. Fulgetras poppyſmis adorare, conſenſus gentium eſt.
¶ Poppyzon: Demulcens, blandè attrectans Plinius libro 35, cap 10, 37. Quum pingeret poppyzonta, retinentem equum.
POPVLNVS] Vide POPVLVS, f. g.
POPVLVS] *Singulari numero, vnius ciuitatis multitudinem ſignificat.* Virg. Aen. 5.
Hinc populum latè regem, belloque ſuperbum.
Populus, princeps terrarum, Romani dicuntur. Plinius libro 22, cap 3,
Populi, *in plurali, diuerſarum ciuitatum multitudo.* Virgilius 1, Aeneidos 46.

Populi

Populi Aethiopum. Ouid. 2, Metam. 46.
Stultorum regum & populorum continet æſtus. Horatius 1. epiſt 2, 2.
Fauor populi. Ouidius 4, Faſt. 175.
Stultaque pars populi, quæ ſit ſua curia, neſcit. Ouidius 2, Faſtor. 107.
Rector populorum. Ouid. 7, Metam. 97.
Regnator. Horat. 3, Carm. ode 30. 3.
Acres populi. Silius libro 13, 141.
Armati. Claud. de bello Gildon. 10.
Aeger populus. Seneca Oed. 10, 6.
Audax. Virg. 4, Aen. 123.
Contumax. Seneca Thyeſt. 8, 5.
Degener. Lucanus libro 2, 24.
Exſanguis. Stat. 12, Theb. 5.
Frequens. Horat. 1, Carm ode 35. 8.
Furens. Lucanus libro 1, 14.
Hilaris. Ouidius 3, de Arte, 103.
Indomiti populi, Lucanus libro 4, 30.
Innumerus populus. Silius libro 13, 106.
Lati populi. Virg. 1, Aen 46,
Leuis populus. Horatius 2, epiſt. 1, 22. Valer. 1, Argon. 15.
Nobilis. Iuuen. Satyr. 15, 12.
Potens. Lucanus libro 1, 1.
Præceps. Lucanus libro 1, 98.
Rudis. Ouidius 1. Faſt 8.
Silens. Claud. 2, de raptu Proſerp. 48.
Trux. Stat. 10, Theb. 25.
Primores populi arripuit, populumque tributim. Horatius 2, Serm. Sat. 1, 14.
Voces populi contemnere. Horatius 1. Serm. Sat. 1, 13.
Contundere populos feroces. Virg. 1, Aen. 55.
Damnari populo. Horat. 2, Serm. Sat 3, 18.
Feroces populos lenire Claud. 7. Paneg. 88.
Paſcere populum frumenti copiâ. Horat. 1, epiſt. 15. 4.
Profectus ad bella populus, Ouidius 1, Faſt. 54.
Regere populos imperio. Virg. 6, Aen. 171.
Spectaret populum ludis attentiùs ipſis. Horatius 2, epiſtol. 1. 40.
Tueri populum ſub religione. Virg. 8, Aen. 87.
Tene magis ſaluum populus velit; an populum tu. Horatius 1, epiſt. 17, 6.
¶ Populus: *de apibus.* Colum. libro 9, cap. 13, 9, de remedijs apum: Id ne fiat duo populi coniungi debent, qui poſſint adhuc integras ceras explere.
¶ Popellus. Perſius Satyr. 4, 2,
Ante diem blando caudam iactare popello.
Horatius 1, epiſt, 7, 13,
— Vulteius manè Philippus.
Vilia vendentem tunicato ſcruta popello Occupat.
¶ Popularis. Horat de Arte, 17.
— & populares
Vincentem ſtrepitus, & natus rebus agendis.
Aura popularis. Horat. 3, Carm. Ode 2, 4.
Auris popularibus gaudens. Virg. 6, Aen. 164.
Auris popularibus impelli Lucanus libro 1, 27.
Cædes popularis. Ouid. 12, Metam. 23,
Commemoratio. Quintil. libro 4, cap. 1, 9.
Delectatio. Quintil libro 2, cap 10, 8.
Flumen populare. Ouid. 11, Metam 11.
Ingenium. Liu. 2, ab Vrbe, 102, Cui ingenium magis populare erat.
Loca popularia in quib. populus ſedebat in theatro. Sueton. in Dom. cap. 4, Et quia pars maior intra popularia deciderat.
Nomine populari appellari Plinius libro 13, cap 4, 18,
Perſuaſio popularis. Quint. lib. 2, cap. 15, 13.
Sacra popularia, vt Labeo ait, ſunt, quæ omnes ciues faciunt; nec certis familijs attributa ſunt: vt, Fornacalia, Pallilia. Feſtus.
Sermo popularis. Senec. Herc. fur. 6, 4.
Studijs popularibus munitus. Claud. 3, Paneg. 10,
Turbæ populares: Quint. lib. 2, cap. 16, 2.
¶ Popularis: *Ciuis, & vnus ex populo.* Terent Adelph. 2, 1, 1,
Obſecro, populares, ferte miſero atque innocenti auxilium.
¶ Popularis: *de gliribus.* Plinius libro 8, cap. 57. Qua in re noratum, non congregari, niſi populares eiuſdem ſyluæ.
Popularis, *pro Subdito.* Liuius: Tentando nunc ſociorum, nunc popularium animos. Salluſt. Dubitare, virtuti an fidei popularium minùs crederet.
Popularis: *eiuſdem conditionis, gentiſq;.* Terent. Phorm. 1, 1, 1,
Amicus ſummus meus & popularis Geta.
Popularis: *pro Conſcio. participe.* Salluſt. in Catil. Quod factum primò populares coniurationis concuſſerat. *Paulò ante:* Fuere eâ tempeſtate, qui dicerent, Catilinam oratione habita, quum ad iuſiurandum populares ſceleris ſui conſcios addiceret, &c.
Popularis: *humilis, vilis.* Plautus.
Præſtat diuitem eſſe ac popularem; quàm nobilem & mendicum.
¶ Popularia: *Nugatoria, puerilia.* Laberius: Popularia agimus per ludum.
¶ Popularitas: Populi coniunctio. Plinius libro 33, cap. 2, 4, Iudicum autem appellatione ſeparari eum ordinem, primi omnium inſtituêre Gracchi, diſcordi popularitate in contumeliam Senatus. Quint. lib. 5 cap. 9, 8, Vnde Spurij Meiij, Marcique Manlij popularitas, ſignum affectati regni fuit exiſtimatum.
Popularitas: *gratia in populo.* Plinius epiſt. 117, 3, Dixit cauſam Claudius Ariſtion, princeps Epheſiorum, homo munificus, & innoxiæ popularitatis.
¶ Populariter Iuuen. Sat. 3, 4,
— & verſo pollice vulgi,
Quemlibet occidunt populariter.
¶ Populatim: Per populos. Apuleius: Populatim ab omni prouincia reuocatus.
Populatim: *Cateruatim, & vniuerſum.* Cæcilius:
Ego perdidi te, qui omnes ſeruos perdo populatim.
¶ Populo: Amorem populi concilio. Pacuuius Chryſe:
Atque vt promeruit pater, mihi patriam populauit meam.
¶ Populo, vel Populor: Prædor. Virg. 12, Aen. 105,
Quiſque ſuum populatus iter.
Idem 1. Georg 37.
— populatque ingentem farris aceruum.
Hic olim ignaros luctus populauit Achiuos. Propertius libro 3, eleg. 18, 6.
Cura populatur artus. Seneca Hippol. 4, 4.
Formam populabitur ætas. Ouidius de Medicamine faciei, nono.
Ferro populari & igni. Lucanus libro 2, 90.
Mœnia populari detecto vallo Ouidius ad Piſonem, 41.
Lapis durus pulchra populatur ora. Seneca Hippol. 10, 21.
Ferro populare penates. Virg. 1, Aen. 107.
Vi populare Virg. 12, Aen. 53.
Populatus vrbes cæcibus. Stat. 3, Theb 44.
¶ Populans. Flammâ populante capillos Ouidius 2, Metamor. 32.
Igne furtiuo populante venas Senec. Hippol. 3, 2.
¶ Populandus. Tradere terras populandas. Ouidius 1. Metamor. 40.
¶ Populatus: Participium.
Agmina populata alueum gurgitis. Stat 5, Theb. 1.
Arua populata noſtro Marte. Horat. 3, Carm. ode 5, 5.
Tempora populata. Virg. 6, Aen. 100.
¶ Populatus: Verbale. Lucanus libro 2, 106.
Ardent Heſperij ſæuis populatibus agri.
¶ Populatio. Liu. 3, ab Vrbe, 8, Aequos populationibus incurſionibusque meliores eſſe.
Populatio murum, & volucrum. Colum. libro 2, cap. 20, 1. Idem libro 3. cap. 21, 5, Aut ſi maturitatem ſerotini exſpectet, amittat vindemiam præcocem, quæ plerunque populationibus volucrum, pluuijsque aut ventis laceſſita dilabitur.
Populatio morum. Plinius libro 9, cap. 24, Quum populatio morum atque luxuria, non aliunde maior, quàm è chonchorum genere, proueniat.
¶ Populator. Troiæ populator. Ouid. 13, Metam. 132.
Senſit Arcadij populator agri. Senec. Agamem. 9, 5.
Luxus populator opum. Claud. 1, in Ruff. 7.
Viuit adhuc operis noſtri populator Achilles. Ouid. 12, Metam. 119.
¶ Populatrix. Martial. libro 13, 104,
Hic tibi Theſei populatrix miſit Hymetti,
Pallados à ſyluis nobile nectar apis. Sta. 3, Syl. 2, 18
Cateruæ populatrices. Claud. 3, de raptu Proſerp. 34.
¶ Populandus. Liu. 1, ab Vrbe, 1, 62, In fines Romanos excurrerunt, populabundi magis; quàm iuſti more belli.
¶ Populabilis. Ouid. 9. Metam. 53,
Interea quodcunq; fuit populabile flammâ.
POPVLVS] f. g. Arbor. Plinius libro 17. cap. 11, 34, Populos & fraxinos, quia feſtinantiùs germinant, diſponi quoque maturiùs conuenit.
Populus in fluuijs, abies in montibus altis. Virg. elog. 7, 14.
Alba populus. Horat. 2, Carm. ode 3. 2.
Alta. Tibul. lib. 1, eleg 4, 6.
Ardua, Claud. in Præfat. libro 2, de raptu Proſerp. 5.
Candida. Virg. eclog 9, 8.
¶ Populeus. Virg. 4, Georg. 103,
Qualis populeâ mœrens philomela ſub vmbrâ.
Frondes populeæ. Virg. 8, Aen. 7.
Vmbra populea. Virg. 4, Georg 103.

¶ Populnus

¶ Populnus. Plautus Caſina,9.31,
Nam iſta aut populna ſors,aut abiegna eſt tua.
¶ Populneus. Col.lib 6,cap.3.6,Probaturq; maximè vlmea; pòſt fraxinea;& ab hac, populnea frons.
¶ Populifer Padus populifer. Ouid.2.Amor.eleg.17,7.
¶ Populetum. Plin.lib 14,cap.6.2, Antea cæcubo erat generoſitas celeberrima,in paluſtribus populetis.
PORCA,PORCELLVS] Vide PORCVS.
PORCERE] Porrò arcere,ſiue prohibere. Lucil.lib.6,
—non te porrò procedere porcent.
PORCVLETVM] Plin.lib.17, cap.22.4, Vmbri & Marſi ad vicenos intermittunt, arationis gratia, in his quæ vocant porculeta, hoc eſt, puluinos, ſiue hortos, in quibus veluti ſulcatim ſua cuiuſq; generis olera ſeruntur.
PORCVLVM] Cato cap.19.1, porculum in media ſucula facito:inter arbores medium quod erit, in medium collibrato,vbi porculum figere oportebit; vt in medio prelum rectè ſitum ſiet.
PORCVS] Bimeſtris porcus. Horat.3.Carm.ode 17,3.
Saginatus. Propert.lib 4.eleg.1,5.
Immolare porcum. Horat.2.Serm.Satyr.3,33.
¶ Porcus:*pro porculo,& lactente.* Colum.lib.7,cap.9.3, Quum iam herbę ſolidiores ſunt,vt & firma lactis maturitas porcis contingat.
Candidulus porcus. Iuuen.Satyr.10,36.
Epicuri de grege porcus Horat.1.epiſt 4,4.
¶ Porca. Cato cap.134, Priùs quàm porcam fœminam immolabis. Virg 8,Aen.129,
Stabant,& cæſa iungebant fœdera porca.
Auida porca. Horat.1.Carm.ode 23,1.
Lactens. Ouid.2.Faſt 1 2.
Præcidanea. Cato de Re ruſt.cap.141, Virgilius Porcam, *fœminino genere,* pro porco dixit: vt meminit. Quint.lib.8,c.3.
¶ Porca in agro. Varro de Re ruſt lib.1,cap 29.2, Quod eſt inter duos ſulcos elata terra, dicitur porca, quòd ea ſeges frumentum porrigat. Colum lib 2,cap.4, Liras ruſtici vocant eaſdem porcas,quum ſic aratum eſt,vt inter duos latiùs diſtantes ſulcos, medius cumulus ſiccam ſedem frumentis præbeat.
¶ Porc-tra: Porca quæ ſemel tantùm peperit. Gel.lib.18,c.6.
¶ Porculus. Plautus Menæch.8,40.
Porculus marinus. Plin.lib.9,cap.15,2.
¶ Porculus,*in torculari vinario, vocatur batillus aut vncus, in media circiter ſuccula* Cato de Re ruſt. Porculum in media ſucula facito *Iterum*; Vbi porculum figere oportebit.
¶ Porcellus. Varro 2 de Re ruſt cap 4,14. Subulcus facile deſpicere poſſit.nequis porcellus à matre opprimatur.
¶ Porcinus. Plautus Capt.1 ,80.
¶ Porcinarius: Qui carnes porcinas vendit. Plaut.Capt.14.5,
Quanta lanijs laſſitudo;quanta porcinarijs?
¶ Porcarius: *Adiect.* Porcaria vulua. Plin.lib.1 .cap.37,77.
¶ Porcarius: *Subſtantiue; Porcorum cuſtos.* Firmicus lib.3,cap.6, Faciet etiam armentarios,bubulcos, paſtores,equorum domitores,porcarios,& his ſimiles.
¶ Porculatio: porcorum nutricatus. Varro lib.2.de Re ruſt cap.4.12, In nutricatu, quam porculationem appellabant, binis menſibus porcos ſinunt cum matribus.
¶ Porculator. Colum lib 7,cap.9.9, Itaq; porculatoris maximum officium eſt, vt vnamquamq; cum prole claudat. Sic lib.1.in Præfat.21.
PORPHYRIO] Auis,quæ ſola morſu bibit,cuius crura prælonga rubent,& roſtrum. Plin lib.10, cap.46.
PORPHYRITES] Lapis in Aegypto rubens, candidis interuenientibus punctis: vt ait Plin.lib.36,cap 2,4.
PORPHYRETICVS] Suet.in Nerone, cap. 50, In eo monumento ſolùm porphyretici marmoris,ſuperſtanti Lunenſi ara,circumſeptum eſt lapide Thaſio.
PORRACEVS] Vide PORRVM.
PORRICIAE] exta, quæ in aræ foco ponuntur, quòd dijs porriguntur, à Solino vocata reperio. Nec ignis,inquit,in hanc congeriem apponitur,quum porricias intulerint.
¶ Porricio: Porrò iacio, ait Feſtus: id eſt, valde porrigere. Apud Macrobium, Hoſtia porrecta,quaſi ſacrificata. Plaut. Pſeud.5.3,
—nam ſi ſacruficem ſummo Ioui,
Atq; in manibus exta teneam, vt porriceam. Liu.9. bel.Pun 136. Secundùm has preces cruda exta cæſa,victima(vti mos eſt)in mare porricit. Virg 5,Aen.74,
Porriciam in fluctus,& vina liquentia ſundam. Virgil.Ibidem,156.
—extaq; ſalſos Porricit in fluctus.
PORRIGO] Plinius: Faciliùs quippe radices porrigunt ſolo ſubacto. Plinius Iunior epiſt.101. b lib.5. Sub his per latus omne vineæ porriguntur, vnamque faciem longè lateque contexunt. Plin.lib.11, cap.45.4, Dextra in fide porrigitur. Ouid.4, Metam.115,
Ipſe,precor,ſerpens in longam porrigar aluum.
Porrigere in longitudinem Liu.5.bel.Pun.115.
In rectum. Plin.lib.11,cap.52,3.
Se in ordinem. Plin.lib.17,cap.11,3.
Latiùs aciem. Ouid.epiſt.2,26.
Bellum in Lucanos. Liu 9.ab Vrbe,109.
Brachia porrexit cœlo. Ouid.1,Metam.154.
Collum longè porrigitur à pectore. Ouid.2,Metam.75.
Corpus porrigitur per nouem iugera. Virg 6,Aen.120.
Flores ad candida porrigit ora. Ouid.2, Metam.173.
Scopulus porrigit frontem in apertum æquor. Ouidius 4. Metamorphoſ. 6.
Herbam porrigere. Plin.lib 22,cap.4,2.
Sol porrigit horas. Ouid.4,Metam.40, Horat.2,Sermon.Satyr. 8.6,
Inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi.
Lacertos æquales porrigit. Ouid.15,Metam.149.
Manus porrigere aliquo. Ouid 4.Triſt.eleg.8,2.
Membra in ſpatium. Ouid.2,Metam.40.
Munera porrexit dextra Ouid.8,Metam.19.
Oſcula porrigere alicui. Ouid.3,Metam 91.
Pedem ſiniſtrum porrigere ad occulandum. Senec. de Benefic.lib.2,cap.10.
Pocula porrigere. Ouid.2.de Arte,68.
Porrigi in tempus aliquod. Celſ.lib.2,cap.5.
Campus porrigit vmbras murorum. Stat.12,Theb.51.
¶ Porrectus: Particip. Plin.10, cap.33.2, Hirundines faucibus porrectis in anguſtum Horat.4. Carm.ode 15,3.
Ante fores porrectus. Horat.3. Carm.ode 10,1.
Tityus porrectus per nouem iugera terræ. Tibull.libro 1.eleg.3,15.
Arena porrectus. Propert.lib 2,eleg.9,7.
Hoſtis porrectus ſomno ſub frondibus. Stat.Achil 15.
Iugulum porrectum. Horat 1.Serm.Satyr.3,18.
Littora porrecta. Ouid.epiſt.10,19.
Mora porrecta. Ouid.4.de Ponto,eleg.12,3.
Longè ſeries porrecta viarum. Stat.3.Sylu.3,21.
Porrecta in latitudinem ſtabula. Colum.lib.7,cap.3,6.
Tectus porrecta. Horat Epod.5,17.
¶ Porrectus: nomen. Porrectiore fronte loqui. Plautus Caſina,7.3.
PORRIGO] Genus morbi, vbi inter pilos quædam quaſi ſquamulæ ſurgunt. Celſ.lib.6,cap.2. Iuuen.Satyr.2,8,
—ſicut grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit,& porrigine porci.
Impexa porrigine fœdum caput. Horat.2 Serm.Satyr.3,26.
PORRÒ] *Hortantis.* Virgil.9,Aeneid.39,
—percipe porrò,
Quid dubitem.
Porrò: *per longum interuallum.* Virg.5,Aeneid.120,
—hinc maxima porrò
Accepit Roma, & patrium ſeruauit honorem.
Porrò ire pergas. Liuius lib.8. *id eſt, vltrà.*
Porrò: *longè remotum.* Virgil.6,Aeneid.143.
—quæ ſint ea flumina porrò.
Porrò: *ordinis.* Terent And 4.4 10,
Moue ocyùs te; vt,quid agam,porrò intelligas.
Porrò: *Poſtea, deinde.* Terent Hecyr.3.1.18,
Vixq; huc contuleram, hem, noua res orta eſt, porrò ab hac quæ me abſtrahat. Ibidem,20,
Quod quum ita eſſe inuenero; quid reſtat, niſi porrò vt fiam miſer?
¶ Porrò: *pro Autem.* Quintilianus in Apibus pauperis: Porrò qui confeſſum defendit, non abſolutionem ſceleris petit; ſed licentiam.
Porrò: *pro Coniunctione expletiua.* Terent. And.1.5.45,
—adeòn' me ignauum putas,
Adeon' porrò ingratum,aut inhumanum,&c.
Porrò autem: *pro, Et verò.* Terent. Phorm.1.1.12,
—porrò autem Geta
Ferietur alio munere vbi hera pepererit:
Porrò alio autem, vbi erit puero natalis dies.
Porrò autem: *pro Sed.* Salluſt.in Catilin. Nam lætabatur, intelligens coniuratione patefacta ciuitatem periculis ereptam eſſe. Porrò autem anxius erat;dubitans, in maximo ſcelere in tantis ciuibus deprehenſis, quid facto opus eſſet.
PORRVS, vel PORRVM] Genus oleris Martial.lib.13.19,
Mitti præcipuos nemoralis Aricia porros,
In medio virides ſtipite cerne comas. Plin.lib.19, cap.6.9, Porrum ſeritur ſemine ab æquinoctio Autumno; ſi ſectiuum facere libuerit,denſius.
Catinus porri & ciceris. Horat.1.Serm.Satyr.6,23.
Sectile porrum. Iuuen. Satyr.3,29.
Sectiui porri fila. Iuuen. Satyr.14,14.
De porris capitatis,eſt epigramma Mart.lib.13.19, De porris item ſectiuis: ibidem,18.

¶ Porraceus. Plinius lib. 21, cap. 18, 5, Folia ima porraceis exiliora.
Porraceus color. Plin. lib. 37, cap. 10, 24.
¶ Porrina, Locus porris conſitus. Scæuola in l. defuncta D. de vſufruct. Sempronio do, lego ex reditu fructum oleris & porrinæ.
PORTA] exitus, quo poteſt importari vel exportari aliquid. Cæſar 6 bell. Gall. 141, Capit arma à proximis, atq; in porta conſiſtit.
Clauſtra ingentia portarum. Virg. 7, Aen. 37.
Moræ. Stat. 11, Theb 49.
Vigiles. Virg. 2, Aen. 67.
Fornice aduerſo portæ Virg. 6, Aen. 127.
Aeratæ portæ Ouid. 8, Metam. 9.
Ahena porta. Stat. 10, Theb. 51.
Bipatens. Virg. 2, Aeneid. 66.
Cornea Stat. 5. Sylu 3, 58.
Eburna. Virgil. 6, Aeneid. 180. & Horat. 3. Carm. ode 27, 9.
Ferrata. Stat. 10, Theb 101.
Laxata. Claud. 2. Paneg 39.
Recluſa Stat. 11, Theb. 84.
Rudis. Ouid epiſt. 7. 24.
Stabiles portæ. Claud 2. de raptu Proſerp. 29.
Porta tenus. Tacit. lib. 3.
Vrbanæ portæ Ouid. de Nuce, 28.
Sublimibus portis aſtant. Virg. 12, Aen. 27.
Portæ non clauſæ. Horat. 3, Carm. ode 5, 5.
Diffindere portas vrbium Horat. 3. Carm. ode 16, 3.
Qua data porta, ruunt, & terras turbine perflant. Virgilius 1. Aeneid. 18.
Efferre ſeſe portis. Virg 12, Aen. 88.
Erumpunt portis: concurritur. Virg 4, Georg 18.
Exierat portis equitatus apertis. Virg. 8, Aen. 117.
Explorare portas. Virg. 9, Aen. 34.
Inſtant Rutuli ſternere cæde vires portis circùm omnibus. Virgil. 10, Aen. 23.
Irrumpere portas patentes. Virg. 11, Aen. 176.
Moliri portas. Tacit. lib. 18.
Obijcere. Virg. 9, Aeneid. 9.
Obſidere. Stat. 10, Thebaid. 53.
Obſtructas portas prebere re aliqua. Sil. lib. 11, 40.
Panduntur portæ ſacræ. Virg 6, Aen. 115.
Pandere portas alicui. Virg 12, Aen. 17.
Perfringere portas vi. Lucan. lib. 3, 69.
Recludere. Ouid 8, Metam. 9.
Perfringere, Ouid 6 Metam. 120.
Reſerare alicui Ouid 3 de Arte, 115.
Ruere portis Virg. 4, Georg. 7.
Subſtare in ipſo limine portæ Virg 2, Aen. 49.
Tenere limina portarum obſeſſa. Virg. 2, Aen. 161.
Porta tonat cœli Virg 3, Georg. 53.
Belli portæ diræ. Virg 7, Aen. 6.
¶ Portula, Liu. 5 bell Pun. 4. Conuenerat autem, vt Philomenes portula aſſueta venationem inferens, armatos induceret, parte alia portam Temenitida adiret Annibal.
PORTENDO] Cladem portendere alicui Silius lib. 4, 21.
Gener alicui portenditur. Virg 7, Aen. 51.
Læta omnia proſperaq; portendere. Liu 1. ab Vrbe, 32,
Nox portendit metus, Stat. 9, Theb. 17.
Superi portendunt noua. Claud. 1. in Eutrop. 3.
Spem portendere. Liu. 9. bel. Pun. 53.
¶ Portentum malum: *in ſignificatione paſſiua.* Plautus in Circul. 6. 21,

Pacem ab Aeſculapio petas: ne fortè tibi eueniat magnum malum, quod in quiete tibi portentum eſt

¶ Portentum: *Subſtant.* Quod portendit aliquid futurum. Varro: In cœlo, memorabile extitit portentum.
Caſum aliquem portenta ferunt Virg. 8, Aen. 107.
Loqui monſtra ac portenta Lucret lib. 4, 119.
Sed varijs portenta deûm terroribus obſtant. Virgilius 7. Aeneid. 12.
Portentum *pro Bono omine.* Virg. 8, Aeneid. 107,

—ne quære profectò
Quem caſum portenta ferant.

¶ Portentoſus. Portentoſa Græciæ mendacia. Plinius lib. 5, cap. 1, 1.
Portentoſiſſimum opus. Plin. lib. 36. cap. 13, 1.
¶ Portentuoſus. Suetonius in Domit. cap. 4, Ante pedes eius ſtabat puerulus coccinatus, portentuoſo paruoq; capite.
¶ Portentificus Venena portentifica. Ouid. 14, Metam. 11.
PORTHMEVS] qui nauigio vehit, & qui exigit portorium. Iuuenalis. Satyr. 3. 26,

Iam ſedet in ripa, tetrumq; nouitius horret
Porthmea.

PORTICVS] Ouid. 1. de Arte, 14, de porticu Pompeiana:

Tu modo Pompeia lentus ſpatiare ſub vmbra;
Quum ſol Herculei terga Leonis adit.

Colum. lib. 7, cap. 9, de ſuibus: Nec vt cuncti greges, vniuerſi claudi debent; ſed per porticus haræ faciendæ.
Amplæ porticus. Virg 3, Aeneid. 71.
Longæ. Virg. 2, Aeneid. 106.
Perfuſa luto porticus. Iuuen. Satyr. 14, 7.
Spatioſa Ouid. 1. de Arte, 99.
Vacuæ porticus. Virg. 2, Aeneid. 151.
Spatiari porticibus. Ouid epiſt. 20, 20.
Porticus Octauij. Suet. de claris Grammat, 21.
Porticus Pompeij. Plin. lib. 36, cap 15, 15.
¶ Porticatio. Macer in l. funeris ſumptus ff de religioſis & ſumpt fun. Itaq; ſi amplum quid ædificari teſtator iuſſerit (veluti in circuitu porticationes) eos ſumptus funeris cauſa non eſſe.
¶ Porticula. Varro.
PORTIO] Breuiſſima vitæ portio. Iuuen. Satyr 9, 13.
Portionem ſeruare. Curtius lib. 7.
Portio ex re aliqua. Plin. lib. 12, cap 18, 3.
¶ Portio: *pro Parte.* Plin. lib. 8, cap. 28. 1, Siquidem & pericula præmonent, non febris modò extiſque, circa quod magna mortalium portio hæret Quint. lib. 6, cap. 1, 21.
Pro virili portione. Tacit. in vita Agricolæ.
Supra portionem reſpondere. Colum. lib. 7, cap. 1, de aſinis loquens: Huius animalis tam exiguæ tutelæ plurima & neceſſaria opera ſupra portionem reſpondent.
¶ Portione: *ablatiuum.* Plin. lib. 11, cap. 37, 10, Cerebrum omnia habent animalia, quæ ſanguinem. Sed homo portione maximum. Idem lib. 11, cap. 37, 59.
¶ Portiuncula. Apuleius: Qui quum à me portiunculam poſceret.
¶ Portiſculus. Plautus Aſin. 10. 15,

Et meam partem loquendi, & tuam trado tibi: ad loquendum atque tacendum tute habeas portiſculum.

Feſtus. Portiſculus, vt ſcribit Aelius Stilo, qui in portu modum dat claſſi.
PORTITOR] qui nauigio vehit. Virg. 6, Aen. 60.

Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat
Terribili ſqualore Charon.

Amnis lethæi portitor. Stat. 12, Theb. 112.
Orci. Virg 4 Georg 100.
Auarus portitor. Ouid. ad Liuiam, 72.
Niger Valer. 1 Argon. 18.
¶ Portitor: *Qui aliquid portat.* Stat. lib. 1. Theba

Languet Hyperboreæ glacialis portitor Vrſæ.

¶ Portorium. Lucilius lib. 27, Facit idem quod illi, qui inſcriptum ex portu exportant; ne portorium dent.
Magnis portorijs illò mercatores ire conſueuerunt. Cæſar 3 bell Gall. 5.
Locarunt portorium fruendum Liu. 2 bell. Maced. 21.
Vectigal & Portorium, *pro eodem dixit* Plin. de macello loquens & rebus hortenſibus, lib. 19, cap. 4.
PORTO] Plautus Aulul. 7. 53,

Vbi onus nequeam portare pariter; iaceam ego aſinus in luto,

Portare ad, & in. Plin. lib. 12, cap. 17. 9, Mihi & ad Perſas etiã priùs iſta portaſſe, quàm in Syriam aut Aegyptũ videntur.
Portare ex toto Plin. lib 11, cap. 17, 3.
Naues portabant legatos Romam. Liu. 3. bell. Pun. 177.
Exercitum portare Salluſt in Iugurtha.
Faſciculum librorum ſub ala Horat. 1. epiſt. 13, 3.
Frumenta. Horat. 1. epiſt 17, 15.
Fuſtes Horat. 3. Carm ode 6, 9.
Humeris aliquid. Horat. 1. Serm. Satyr. 5, 18.
Collo aliquid Colum. lib 9, cap. 8, 2.
Pelago opes. Virgil. 1, Aeneid. 74.
Venti portant nubila per cœlum. Lucret. lib 4, 91.
Auxilium portare alicui. Salluſt. in Catil.
Bellum Virg. 3, Aeneid. 101.
Bonum Terent And. 2. 2. 1,

Dij boni boni quid porto.

Dolorem ſecum. Stat 1. Theb. 102.
Fallaciam alicui Terent. And. 2. 6. 2.
Inſidias Ouid 2. Triſt. 55.
Quum fatis vna tuis inſomnia portet ocellis. Propertius libro 2. eleg. 26. 10.
Iurgium portare ad aliquem. Terent. Hecyr. 3. 5. 63.
Mandata. Virgil 9, Aeneid. 63,

Multa patri portanda dabat mandata.

Nuntium Plin lib 10, cap. 25, 2.
Onus moleſtum. Horat. 1. Serm. Satyr. 6, 20.
Peccatum Terent. Heaut. 4. 1. 12.
Preces ad aliquem Valer. 2 Argon 65.
Rugas in vertice frontis. Ouid. 1. Amor. eleg. 8, 9.
Verba iuſſa. Ouid. 2, Metam. 149.
Nequa tibi inſolitos portarent viſa timores. Propert lib 1 eleg. 5, 6.
¶ Portatu. Plin. lib 23, cap. 7. 2, Mala pyraq; portatu iumentis mirè grauia ſunt, vel pauca Idem lib. 9, cap. 15, 10.

¶ Portans.

¶ Portans. Verba portãtia ſalutẽ. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4, 1.
¶ Portandus. Cadauera portanda in arca vili. Horat. 1. Serm. Satyr. 8, 2.
Mandata portanda alicui dare. Virg. 9, Aen. 64.
¶ Portatus: Verbale. Silius Italicus libro 12,
Perq; auerſa tulit portatus in arua carinas. De nauibus.
¶ Portito. Gellius lib. 20, cap. 1, Crumenam plenam aſſium portitas.
PORTVLA] Vide PORTA.
PORTVLACA] Herba. Plin. lib. 20, cap. 20, Quam peplion vocant, non multum ſatiua efficacior. Cuius memorabiles vſus traduntur. Sagittarum venena & ſerpentium hemorrhoidum & præſterum reſtringit, pro cibo ſumpta, & plagis impoſita extrahit.
PORTVS] locus concluſus, quò importantur merces, & indè exportantur: vt ait Vlpianus in l. portus. ff. de verb. & rerum ſignific. & vbi naues hyemant.
Altus portus. Virg. 5, Aeneid. 49.
Amœnus. Stat. 4. Sylu. 7, 4.
Fluminei portus. Claud. 4. Paneg. 199.
Immotus portus ab acceſſu ventorum. Virg. 3, Aen. 114.
Infidi portus. Ouid. 13, Metam. 153.
Rudis vndarum portus. Stat. 3. Theb. 1, 5.
Vacui ſinè remige portus. Virg. 4, Aen. 118.
Accipere aliquos portu tuto. Virg. 3, Aen. 16.
Inerti portu condita ratis. Ouid. ad Piſonem, 46.
Deferri in portus. Virg. 7, Aen. 5.
Inſula efficit portum obiectu laterum. Virg. 1, Aen. 33.
Effodere portum. Virg. 1, Aen. 87.
Facere portum. Quint. lib. 2, cap. 21, 11.
Intrate portus. Virg. 3, Aen. 51.
Amicos portus intramus. Virg. 5, Aen. 12. (Aen. 58.
Linquere tum portus iubeo, & conſidere tranſtris. Virgil. 3,
Pateſcit portus propior. Virg. 3, Aen. 106.
Petere portum. Virg. 1, Aen. 40.
Præcludere portus claſſi. Lucan. lib. 9, 8.
Claſſis premit portus. Ouid. epiſt. 2, 19.
Progredi portu. Virg. 3, Aen. 60.
Relinquere portus. Virg. 3, Aen. 2.
Tangere portus. Virg. 4. Aen. 123. (gic. 61.
Ceu preſſę portum quum iam tetigêre carinę. Virg. 1. Geor-
In portu impingere. Quintilianus.
Portus & aura fuge. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8, 14.
Placidus portus æterna quiete. Senec. Agamem. 71.
Res eſt in portu. Plautus Mercat. 19, 49.
In portu nauigare. Terent. And. 3. 1. 22. Virg. 7, Aen. 120,
Nunc mihi parta quies, omniſq; in limine portus.
POS] videtur potiùs ſignificare potem, quàm potentem: inquit Varro lib. 4. de ling. Latina.
POSCA] Vinum in torculari aquatum. Plaut. Trucul. 11, 48.
—tum tantuli doni cauſa,
Olerum atq; eſcarum, & poſcarum, &c.
Celſus: Aluum aſtringunt merulæ, palumbus, magiſq; ſi in poſca decoctus eſt. *Puſca, per quintam vocalem*, vbiq; legitur apud Celſum. Suet. in Vitellio, cap. 12.
POSCO] Varro: Poſcere eſt, quoties aliquid pro merito noſtro depoſcimus.
Poſcere ad rauim Plaut. Aulul. 10, 10.
Cauſas veniendi poſcere. Virg. 1, Aen. 84.
Deos poſcere. Horat. 1. Carm. ode 24, 3.
Honorem deum ſibi poſcere. Virg. 6, Aen. 118. (135.
Ad te confugio, & ſupplex tua numina poſco. Virg. 1, Aen.
Opem poſcere. Horat. in Arte, 83.
Oracula precibus. Virg. 3, Aen. 92.
Pœnas cum ſanguine. Virg. 2, Aen. 15.
Pugnam. Liuius 2. ab Vrbe, 195.
Reum. Liuius 1. ab Vrbe, 139.
Veniam peccatis. Horat. 1. Serm. Satyr. 3, 15.
Vitam. Ouid. 9, Metam. 122.
Puerum poſcere aliquid. Ouid. 1. Amor. eleg. 4, 6.
Munus amantem. Ouid. 3. de Arte, 162.
Veniam deos. Virg. 4, Aen. 10.
¶ Poſcere: *Prouocare*. Virg. 8, Aen. 123,
Aut acrem dubites in prœlia poſcere Turnum.
Poſcere aliquem clamore. Plaut. Curcul. 15, 5.
Poſci in certamen. Virg. 11, Aen. 45.
Poſco Olympo. Virg. 8, Aen. 107.
¶ Poſcere: *Accipere*. Varro Parmenone. In argumentis Cæcilius poſcit palmam; in etheſin Terentius, in ſermonibus Plautus.
¶ Poſcere: *Requirere, aut exigere*. Plin. lib. 28, cap. 20. 1, Arationė per tranſuerſum iurata, occaſio ſequitur, vbi res poſcit.
Vbicunq; cauſæ locuſq; poſcebant. Plin. lib. 30, cap. 1, 1.
Poſcit vſus. Cæſar 4. bell. Gall. 470. (eleg. 13, 3.
Nulla eſt poſcendi, nulla eſt reuerentia dandi. Propert. lib. 3.
¶ Peposci, *in præterito*. Valerius Antias lib. Annal. 45, Denique Licinius Trib. pleb. perduellionem ei diem dixit, & comitijs diem à Qu. Martio Prætore popoſcit. Meminit Gellius lib. 7, cap. 9.
¶ Poſcẽs. Negare aliquid poſcẽti. Ouid. 3. Amor. eleg. 10, 13.
POSSESSIO, POSSESSOR] Vide POSSIDEO.
POSSIBILIS] Vide POSSVM.
POSSIDEO] Terent. And. 4. 6. 1?, Quę illius fuerũt poſſides.
Aequor ſub pectore poſſidere. Ouid. 4. Metam. 138.
Bona poſſidere ſinè diminutione. Plin. in Paneg. 61.
Imaginem vel nomen alterius poſſidere. Plaut. Amphit. 4, 304. Idem Bacch. 72.
Me triclinia poſſident. Plin. epiſt. 3. 2. Quid triclinia illa popularia? Illa paucorum? quid popinæ? quid cubicula diurna, nocturnaq;? poſſidéntne te, & per vices partiuntur?
Mores poſſidere. Plaut. Trucul. 2, 11.
Multa. Horat. 4. Carm. ode 9, 9.
Opes. Ouid. 3. Amor. eleg. 6, 10.
Palmam. Plaut. Moſtel. 2, 31.
Regnum Ouid. 3. Faſt. 127.
¶ Poſſidam: *Futurum à Poſſido*. Lucret. lib. 1,
—nempe aer omne neceſſe eſt,
Inter corpora quod fiat, poſſidat inane.
¶ Poſſeſſum publicè in bona alicuius mittere. Liuius 8 bell. Macedon. 264, In bona deinde L. Scipionis poſſeſſum publicè Quæſtor miſit.
¶ Poſſeſſus. Lucret. lib. 1, 122,
Vrbs eſt Dicteis olim poſſeſſa colonis.
Et poſſeſſa ferꝰ pectora verſat amor Ouid. 1. Amor. eleg. 2, 8.
¶ Poſſeſſio. Poſſeſſio fiduciaria. Liuius lib. 2. de bell. Maced. Nabidi eam tyranno, velut fiduciariam, dare optimum viſum, vt victori ſibi reſtitueret: ſi quid aduerſi accidiſſet, vt ipſe haberet.
Vacua. Cæſar 3. bell. Ciuil. 448.
¶ Poſſeſſor. Agelli poſſeſſor Virg. 9. eclog. 1.
¶ Poſſeſſorius. Triphonius in l. pen. §. ſed nunquid. ff. de bod. libert. Sed nunquid Prætor ei denegare poſſeſſorias actiones debeat. Libro 5. Pandectarum titulus eſt; De poſſeſſoria hæreditatis petitione.
¶ Poſſeſſiuus. Quint. lib. 1, cap. de Virt. & vit. oration.
¶ Poſſeſtrix. Afran. Aliber totius monilis poſſeſtricem.
POSSVM] Terent in Prologo Heaut. 27,
Ne plus iniquum poſſit, quàm æquum oratio.
Poteſt corradi. Plaut. Pœnulo. 20. 16,
Trecentos nummos, credo, corradi poteſt.
Non potuit, quin ſuo ſermone aliquem familiarium participauerit. Sub. continere ſe. Plaut. Milit. ?, ?0.
Non ſic futurum eſt; non poteſt. Terent. Phorm. 2, 1, 72.
Non omnia poſſumus omnes Virg. 8. eclog. 11.
Quantum poteſt. Terent Eunuch. 5. 1. 20,
Comprehendi iube, quantum poteſt. (16. lib. 2.
Quantum potui per ætatem, auidiſſimè contulit. Plin. epiſt.
Poſſum ſcire, quò profectus; cuius ſis, aut quid veneris? Plautus Amph. 4, 192.
Si quid poteris Terent And. 4, 2, 29.
Poteſt, *cum ablatiuo*. Cæſar 1. bell. Gall. 34, Gratia & largitione apud Sequanos plurimum poterat.
*Nonnunquam cum præpoſitione* Terent. in Prol Heaut. 13,
Sed hic actor tantum potuit à facundia;
Quantum ille potuit cogitare commodè.
Poſſum, *geminatum*. Quint lib. 10, cap. 5, Nobiſcum contendere poſſumus; cum alijs non poſſumus. Ibid. cap. 6.
Poteſt: *pro, poteſt fieri*. Plaut. Pſeud 9 40,
Poteſt vt alij ita arbitrentur; ego vt ne credam tibi.
¶ Potin': *pro, Poteſne*. Terent. And. 2. 6. 6,
Potin' es mihi verum dicere? Idem:
Potin' es vt deſinas?
¶ Poteſſum: *pro Poſſum* Terent. Eunuch 4. 3. 23, (mos;
At pol ego amatores audierã mulierũ eos eſſe maxi-
Sed nihil poteſſe.
Plautus Aulul. 9. 30,
Cenſen' talentum magnum exorari poteſſe
Ab iſto ſene?
¶ Poteſſem Lucilius libro 5,
Nam ſi quod ſatis eſt homini, id ſatis eſſe poteſſet,
Hoc ſat erat: nunc quũ hoc nõ eſt, qui credimus porrò
Diuitias vllas animum mî explere poteſſe?
¶ Poteſtur: *pro Poteſt*. Pacuuius: Si qua poteſtur inueſtigari via. Lucan. libro 3. 203,
Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur.
¶ Potens. Terent. Adelph. 3, 4. 57,
Quàm vos facillimè agitis; quàm eſtis maximè
Potentes, dites, fortunati, nobiles!
Potens corporis. Curt. lib. 9.
Deorum Plin. in Paneg. 131.
Frugum. Ouid. 3. Amor. eleg. 9, 7.
Imperii. Tacitus.

Nec potens mentis truculentus Atreus. Senec. Thyeſt.7,1.
Nemorum potens virgo Stat 9. Theb.122, epitheton Dianę.
Pugnæ & fugæ Liu.8.ab Vrbe.
Regni Liuius.
Scelerum Stat,11.Thebaid.14.
Sui.Liu.6.bell.Pun.69.
Tempeſtatum. Virg.1,Georg 3.
Voti aliquem potentem facere. Ouid.8,Met.16.
Diua potens vteri Ouid.9,Metam.64.
Potens, *ablatiuo iunctum* Armis potens Virg.1,Aen.106.
Claſſe viriſq. potens.Ouid.epiſt.13,12.
Ferro potentes Propert.lib.3.eleg.22,5.
Muneribus Veneris potens.Horat 4 Carm.ode 10,1.
Nobilitate potens. Ouid 12,Metam.5.
Opibus potens Roma. Ouid.4 Faſt.51.
Oppidis centum potens Crete. Horat.3.Carm.ode 27,7.
Pietate potentes. Propert lib.3.eleg.22,5.
Proditione potens. Ouid.8,Metam.12.
Turpi Venere potens libido. Senec. Octau.7,12.
Ciuis potens Horat.Epod.2,2.
Dextra potens Virg.7,Aen.47.
Dominator potens.Senec.Herc.fur.13,9.
Dominus.Virg.6,Àen.125.
Factum potens,Claud.7.Paneg.45.
Herbæ potentes.Virg 7,Aen,4.
Ignis facer,nimiumq; potens. Senec. Hipp.3,12.
Iuſtitia potens.Horat.2.Carm ode 17,3.
Manus potentes terra mariq; Horat.in Carm.ſecul.11.
Nomen potens maris.Seneca Hippol.3,4.
Populus potens. Ouid.6.Faſt.146.
Regna potentia.Ouid.1.Amor.eleg.1,4.
Tactus potens.Ouid.11,Metam.62.
Potens:*Subſtantiuè*.Lucan.lib.56,
—libertatemq; tueri
Auſus,& armatos plebi miſcere potentes.
Matrona potens. Horat.de Arte,24.
Ex humili potens. Horat.3. Carm.ode 30,3.
Fortuna potentem me fecit.Ouid 10,Metam.120.
Tantò potentior. Ouid.14,Metam.131.
Armis potentior.Ouid.6,Metam.136.
Potentiora ad. Quintil.lib.6, cap.1,21,Tantò ſunt quadam portione ad efficiendum potentiora, quum velut ipſorum ore dicuntur.
Auro nihil potentius Ouid 3 Amor.eleg.7,6.
In affectibus potentiſſimus.Quintil lib.6,cap.2,24.
Argumenta potentiſſima Quintil.lib 6,cap.4,17.
Potentiſſimus odor. Plin.lib.13,cap 2,2.
Potentiſſima in toto orbe terrarum Græcia. Plinius libro 18,cap.7,15.
¶ Potenter. Res potenter lecta.Horat.de Arte,8.
Fieri potentius. Quint.lib.6,cap.4,14.Quod in altercatione fit potentiús.
¶ Potentia. Virgil.1.Georg.19.
Te tenues pluuiæ,rapidíve potentia ſolis
Acrior.
Inq; feris ſubiti deprenſa potentia morbi eſt. Ouid.7.Metamorph.109.
Ventoſa potentia Neptuni.Ouid.2.Amor.eleg.16,6.
Cupido potentiæ.Tacit lib.18.
Prompta potentia. Tacit.lib.18.
Subiecta inuidiæ. Iuuenal.Satyr.10,6.
Semp terna.Tacit.lib.3.
Vaſta Ouid.2,Metam.104.
Sinè potentia eſſe Plin.epiſt.7,lib.3.
¶ Potentatus. Cæſ.1.bell. Gall.119,Hic quum tantopere de potentatu inter ſe multos annos contenderent.
¶ Poteſtas. Poteſtas, inquit Sipontinus ex Paulo Iureconſ. de verb.ſignif.l poteſtatis, plura ſignificat.In perſona magiſtratuum, imperium:in perſona liberorum, patriam authoritatem: in perſona ſeruorum dominium. At quum agimus de noxæ deditione,cum eo qui ſeruum non defendit;præſentis corporis copiam & facultatem.
Poteſtates:*principes potentes*. Plin. lib.29,cap.4.10,Mites præſtare dominos poteſtatesq; exorabiles. Apul Sed iuſſit poteſtas officialem ſuum magna ſeueritudine coërceri. Suet. in Claud.cap 23.
Poteſtas:*facultas*.
Poteſtas adipiſcendi.Plaut Epid.2,13.
Quidlibet audendi æqua poëtis & pictoribus poteſtas. Horat de Arte, 2.
Compacta poteſtas Centaurorum ex membris alienigenis. Lucret lib.5,176.
Decemuiralis poteſtas. Tacit.lib.1.
Firma rerum poteſtas.Valer.4.Argon.8.
Fracta & penè translata. Claud 3 Paneg.25.
Immenſa poteſtas deum. Lucret.lib.5,243.



Inuidioſa. Claud.2.Paneg.111.
Iuſta poteſtas eſt illi in ambos. Horat.2. Serm.Satyr.7,13.
Lenis poteſtas.Claud.2.Paneg.34.
Summa. Seneca Thyeſte,5,8.
Tranquilla,Claud.8.Paneg.48.
Violenta Idem,Ibidem.
Viua poteſtas corporis atq; animi. Lucret.lib.3,113.
Spatio diuiſa.Lucret.5,54.
Gliſcit poteſtas.Tacitus lib.3.
Permiſſa poteſtas Valer.8.Argon.85.Lucret.lib.1,118.
Reciſa orandi poteſtas.Quint lib.2,cap.16,3.
Reddere poteſtatem certaminis victo Quint.lib.1,cap.2,17.
Redire in ſuam poteſtatem. Gellius libro 7,cap.3.ex Catonis oratione ita legitur: Suadetq; vti hæc res dies aliquot proferatur, dum tanto ex interuallo in poteſtatem noſtram redeamus.
In poteſtate alicuius eſſe.Plaut Moſtell 3,36.
Sub poteſtate alicuius eſſe.Liu.4.bell.Pun.194.
Malefaciendi eſt mihi poteſtas Plaut.Stich.3,60.
Poteſtas tibi eſt.ſeruandi illum Terent.And.3,3,10.
Poteſtas fuit,liberiùs viuendi.Terent.And.1,1,25.
Poteſtas ea tua eſt. Terent Heaut.4.3.42,
—quaſi non ea poteſtas ſit tua,
Quo velis in tēpore, vt te exſoluas, rem facias palàm.
¶ Poſſibilis. Plaut. Sticho,16 3. Quintil.lib.2, cap.8.18,Meliùs ergo,qui tertiam partem fecerunt *δυνατὸν*.Noſtri poſſibile nominant, quæ vt dura videatur appellatio, ſola tamen eſt.
Poſſibilis conditio.Pomponius in l.quum in ſecundo. D.de iniuſto,rupto, &c.
P o s t ] Virgil 1 eclog.14,
Poſt aliquot,mea regna videns,mirabor,ariſtas.
Annum poſt quintumdecimum creati Conſules. Liuius 5. ab Vrbe.
Poſt hunc diem. Plaut Rud.31,60.
Poſt id locorum. Plaut.Trucul.13,12.
Prætereo,atque alijs poſt me memoranda relinquo. Virg.4. Aeneid 30.
Poſtq; breuem reſcribe moram. Ouid.3.de Arte,94.
Poſt tempus venis. Plaut.Capt.
Poſt terga Virg 11, Aeneid.17.
¶ Poſt *pro Ponè* Virg eclog 3.4,
—tu poſt carecta latebas.
Poſt tergum: A'tergo Cæſar 7.bell. Gall.351, Repentè poſt tergum equitatus cernitur.
¶ Pòſt:*Aduerbium*. Terent.Hecyr.4.4.78,
In culpa non eſt: pòſt de matre videro.
Virgil.1,Aeneid 28,
Pòſt mihi non ſimili, &c.
Pòſt vbi confecti curſus & dona peregit. Virgilius quinto. Aeneid.73.
Reſpexit tamen, & longo pòſt tempore venit. Virgilius 1, eclog. 6.
Pòſt deinde.Terent.And.3.2.3.
Nunc primùm fac iſtæc vt lauet: pòſt deinde
Quod iuſſi ei dare bibere. Virg 5. Aen.65,
—ſpatio pòſt deinde relicto. Tertius Euryalus.
Pòſt demum. Plaut Aſin. 6.65,
Pòſt demū huc cras adducam ad lenam, vt viginti minas Ei det.
Paucis pòſt diebus Tarenti emortuus eſt. Plaut.Menech.2.14.
Multò pòſt Plaut.Merc.5 10,
Ea ſimia adeo pòſt haud multo ad me venit.
Pòſt paulò. Cæſar 1.bell Ciuil.77,Pòſt paulò tamen internuntiis vltro citroq; miſſis.
Pòſt paulò ſugies inaudax.Horat 3.Carm.ode 20,1.
Poſt principiò deniq; Plaut.Perſa 13,4.
¶ Poſtea. Salluſtius: Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam Quæſtor Proprætor miſſus eſt. Terent.Hecyr.4 1.37.
—quid tum poſtea;
Si modeſtè ac raro hoc fecit? Item Adelph.4.5.26,
Eho,nónne hæc iuſta tibi videntur poſtea?
P o s t e r v s ] Plinius libro 7,capit 24.1, Poſtero die,quàm aduenerat
Poſtera iamq; dies primo ſurgebat Eoo.Virg.1,Aen.118.
Poſtero Iduum die. Tacit lib.17.
Laude poſtera creſcere Horat.3.Carm.ode 30,2.
Secla poſtera.Lucret.lib.3,197.
Pugna in poſterum extracta. Tacit.lib.14.
Valeſcit labor in poſterum.Tacit lib.4.
Poſtero:*abſolutè*.Tacit lib.4,Idemq; quum poſtero ad quæſtionem traheretur.
¶ Poſterior.Non poſteriores feram. Terent.Adelph.5.4.26.
Omnes res poſteriores ponere, atque operam alicui dare. Plautus Milite,1 3,7.
Pars prior apparet; poſteriora latent. Ouid.4 Faſt.1,30.

Facere poſterius, quod prius eſt ordine. Horat.1.Ser. Sat.4,12.
¶ Poſtremus. Terent. in Phorm.4.3.44,
Hæc denique eius fuit poſtrema oratio.
Munus poſtremum mortis. Catul. epigram.96,1.
¶ Poſtremior. Apuleius de deo Socratis: Vt poſſit videri nullum animal in terris homine poſtremius
¶ Poſtremiſſimus Vſus eſt Gracchus in oratione quadam, cuius meminit Gell. lib.15, cap.12,
¶ Poſteriùs. Terent And.3.2.29,
Renuntio here, futurum vt ſciens:
Ne tu poſteriùs dicas, Daui factum conſilio aut dolis.
Quæ tibi poſteriùs Memmi faciemus aperta. Lucret. li.2,37.
Poſteriùs: *pro minus*. Plaut. Aſin.3 49,
Poſteriùs iſtuc dicis, quàm credo tibi.
¶ Poſtremùm. Terent. And.2.1.24,
Si id facis, hodie poſtremùm me vides.
¶ Poſtremò. Terent. Eunuch.2.2.21, (met mihi,
Negat quis, nego: ait, aio: poſtremò, imperaui ego-
Omnia aſſentari. Idem And.3.2.40,
Poſtremò id mihi da negotij.
Salluſtius in Iugurtha: Poſtremò, de omnibus rebus legatos Romam breui ſe eſſe miſſurum.
¶ Poſteritas. Memoria poſteritatis. Quint. lib.6, cap.1,17.
Memor poſteritas. Ouid.6. Faſt.16.
Sera. Ouid.1. de Ponto, eleg 5,5.
Creſcere poſteritate. Propert. lib.3. eleg.1,7.
¶ Poſtero. Palladius: Oliua, quum varia cœpit eſſe, colligitur. nam quum tota nigreſcet, quod ſpecie meritò poſterauit, fundendi vbertate compenſat.
POSTFERO] Plin. lib.4, cap.4.1, Haud vlli terræ nobilitate poſtferenda. Liu. 3. ab Vrbe, 271, Qui libertati plebis ſuas opes poſtferrent.
POSTFVIT] Poſthabitum eſt. Salluſt. in Catil. Sed vbi periculum aduenit, inuidia atq; ſuperbia poſtfuêre.
POSTGENITI] Clarus poſtgenitis. Hor.3. Carm. ode 24,6.
POSTHABEO] Terent. Phorm.5.8.15,
Nam omnes poſthabui mihi res, vti par fuit;
Poſtquam tantopere id vos velle, animum aduerteram.
Seria ludo poſthabere. Virg.7. eclog.4.
Samus poſthabita. Virg 1, Aeneid.3.
Colere aliquem poſthabito altero. Stat.4. Sylu.4,12.
POSTHAC] Terentius Hecyra, 3.3.45,
Lachrymo, quæ poſthac futura eſt vita, quum in mentem venit, Solitudoq;. Idem Eunuch.5.2.59,
—hinc tu in ædes cogitas
Recipere poſthac?
Efficiam, poſthac ne quenquam voce laceſſas. Virgilius 3, elog.10.
POSTHINC] Deinceps. Virgil.8, Aeneid.108,
Poſthinc ad naues graditur, ſociosq; reuiſit.
Et 3. Georgic.60.
Poſthinc digreſſus iubeo frondentia capris.
PPSTHVMVS] qui poſt mortem parentis natus eſt. Plautus Aulul.6,37.
Poſthumus: *pro futuro, & poſtero*, Apuleius, Poſthumam ſpem dixit. Virgil 6, Aeneid.153,
—tua poſthuma proles.
POSTICVM] Oſtium in poſteriori parte ædium. Plautus Moſtell. 11.27,
Nunc ego me illac per poſticũ ad cõgerrones conferã.
Idem Sticho, 7.41. Horat.1. epiſt.5.6,
—poſtico falle clientem.
¶ Poſtica: Idem. Varro: Perrexit interioris partes domus poſticæ (vt ait Plautus) penitiſſumè.
¶ Poſticulum. Plautus Trinum.14.75,
—vbi nunc filius meus habitat?
s hic in hoc poſticulo. Ibidem, 4.115.
POSTICVS] Poſticum, inquit Feſtus, vicinum habitantem ad poſteriorem partem ædium appellarunt. Deniq; & quæ ante nos ſunt, antica: & poſt nos ſunt, poſtica dicuntur. Liu. 3. bell. Pun. 33, Hortus erat poſticis ædium partibus. Sic Plin. Poſtica pars mundi.
Poſtica ſanna. Perſius Satyr.1,
—poſticæ occurrite ſannæ.
POSTILENA] craſſius lorum, quod ſub iumenti cauda ponitur. Plautus Caſina, 3.36,
Ita te aggerunda curuum aqua faciam probè,
Vt ex te poſtilena poſſiet fieri.
POST-ILLA] Poſtea. Plautus Pœnul.11.5,
Iis explicaui meam rem poſt-illa lucro.
Præferratus apud molas Tribunus vapularis.
PRAEFERVIDVS] Columel lib. 3. cap. 1. 3, Et omni declinatione mundi, niſi tamen glaciali, vel præferuida, curæ mortalium reſpondet. Liu. 9. ab Vrbe, 94.
PRAEFESTINO] Plaut Rud. 4. 31,
Qui præfeſtinet, vbi herus adſit, præloqui. Liu. 1. bel. Pun. 62, Concedendo plebi Senatum, vbi velint, deſecturos ſe, ne deſicere præfeſtinarent effeciſſe. Tacit. lib. 5,
Toronæum Thermæumq; ſinu præfeſtinans.
¶ Præfeſtinatus. Ouid de Nuce, 20,
Et tamen inueniar, qui me iaculetur, & ictu
Præfeſtinato munus inane petat.
¶ Præfeſtinè. Plaut. Rud. 12. 4, Vt ſine labore extraxi hanc præfeſtine ſatis?
¶ Præfeſtinatim. Siſenna Hiſtor. lib. 4, Iidemq; perſeuerauerunt, vti lex perueniret ad Quæſtorem; ac iudices, quos vellent, inſtituerent præfeſtinatim & cupidè.
PRAEFICA] Plaut. Trucul.
Præfica, quæ alios collaudare, ſe verò non poteſt. Lucil. lib. 22,
Mercede quæ conductæ flent alieno in funere præficæ,
Multo, & capillos ſcindunt, & clamant magis.
PRAEFICIO] Col. lib. 1. cap. 7. 4, Ne talis præficiatur negotio. Ouid. 1. de Arte, 2,
Me Venus artificem tenero præfecit Amori.
Cuſtos præficitur lateri. Claud. 8. Paneg. 9.
Prȩficere legatos legionibus. Cæſar 5. bel. Gal. 89.
Præficere aliquem ſtationibus viarum. Stat 4. Sylu. 9, 4.
¶ Præfectus. Sacris præfecta maritis Iuno Ouid. epiſt. 2, 8.
Præfectus Prætorio: qui & Prȩfectus Prætorianorum, Suetonius in Claudio Cæſare.
Præfectus vrbi. Gell. lib. 13. cap. 16.
Præfecti regij. Liu. 6 bel Maced. 47.
Præfectus annonæ Liuius ab Vrbe.
Gymnaſij prȩfecto haud mediocres pœnas pénderes Plautus Bacch 1, 21.
Præfectus oræ Ponticæ. Plin. epiſt. 238.
¶ Præfectiani: Apparitores præfecti prætorio. l. 2. & 3. C. de apparit præfecti prætor. Ammianus Marcellinus libro 17. Vt nec præfectianus, nec præſulialis apparitor, ad ſoluenuendum quenquam vrgeret.
¶ Præfectura. Plin. lib. 5. cap 9. 3. Diuiditur in præfecturas oppidorum, quas nomos vocant.
¶ Præfectorius. Præfectorius vir. Vlpianus de Senatoribus l. .
PRAEFIGO] Plinius libro 33. cap. 4. 9, Lineas itineri præfigunt.
Arma præfigere puppibus. Virg. 10. Aeneid. 16.
Capita in haſtis. Virg 9. Aeneid. 97.
Præfigere: *Præcludere*. Virg 3. Georg 80,
Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos,
Primaq; ferratis præfigunt ora capiſtris.
¶ Præfixum. Caius, l. 6. de ſeruitut. vrban prædiorum. Si ego per ſtatutum tempus feneſtras meas præfixas habuero, vel obſtruxero.
¶ Præfixus. Plin. lib. 26. cap. 4. 2, Antea roſtra nauium Tribunali præfixa foro, decus erant.
Veru præfixa latus. Tibul lib. 1. eleg 6, 10.
Haſtilia præfixa ferro. Virg. 5. Aeneid 112.
Præfixa ferro iacula. Liu. 6. bel. Pun. 18.
PRAEFINITIO] Iulianus in l. quum ſine. ff. quando dies leg. vel fideicom. ced. Quum ſinè præfinitione temporis legatum ita datum fuerit; Vxori meæ penum hæres dato. Marcellus in l proxima. Si cum præfinitione annorum legatum fuerit; velut Titio dena ad annos decem, &c.
¶ Præfinitò. Terent Hecyra, 1. 2. 19, Nam illic haud licebat, niſi præfinitò loqui.
PRAEFISCINE] Veteres ad faſcinum depellendum dicere ſolebant. Afranius: Paula mea amabo, pol tu ad laudem addito præfiſcine; ne puella faſcinetur.
PRAEFLOREO] Plin lib. 16. cap. 29. 1, Ideoq; & præflorent talia, & prægerminant.
PRAEFLORO] Quaſi prælibo. Gell Et futuri gaudij fructū ſpes tibi iam præflorauerit. Plin in Paneg 98.
PRAEFLVO] Plin. lib. 4. cap. 5. 3, Præfluente Alpheo amne. Idem lib. 5. cap. 30. 7, Pergamum, quod intermeat Silenus, præfluit Cetius profuſus Pindaſo monte. Et lib. 6. capite 3. 1, Archelaidem, quam præfluit Halys.
PRAEFOCO] Ouid in Ibin, 112,
Præfocent animæ Gnoſia mella viam.
PRAEFODIO] Plin. lib. 17. cap 11. 4, Præfodere ſcrobes antè.
Præfodiunt portas. Virg. 11. Aeneid. Ouid. 13. Metam. 12,
---- fictumq; probauit
Crimen, & oſtendit quod iam præfoderat aurum.
PRAEFOECVNDVS] Plin lib. 16. cap. 27. 4, Omnia autem celeriùs ſeneſcunt præfœcunda.
PRAEFORMIDO] Quint. lib 4. cap 5, Quam iudex ſi prouidet, non alter præformidat, quam qui ferrum medici antè, quàm curetur, aſpexit.
PRAEFORMO] Quintil. lib. 2. cap. 2, Namq; incipientibus danda erit velut præformata materia, ſecundùm cuiuſq; vires Silius lib. 7. 78, Atque his præformat dictis, fingitq; monendo.
PRAEFRIGIDVS] Plin. lib. 17. cap. 20. 5, Septentrionali & præfrigido ſitu.
Auſter præfrigidus Ouidius 4. de Ponto, eleg. 12. 7.
PRAEFRINGO] Col. lib. 2, Et prȩfractas ſtirpes, ſummaſq; radices, quibus ager arbuſto conſitus implicatur, omnis refodiat ac perſequatur.
Præfringere: *effringere*. Liuius 8 ab Vrbe, 50,
Et haſtas aut præfregiſſent, aut hebetaſſent.
¶ Præfractus Celſus lib 5, Surculus corpori infixus, ſi præfractus eſt, vel altiùs deſcendit, quàm vt manu aut ferro eijci poſſit; medicamento euocandus eſt.
Pinus præfracta. Ouid 1. Metam 72.
Præfractus *Durus & inflexibilis*. Valerius Max. lib. 6.
PRAEFVLCIO] Plaut Pſeud. 12. 6,
---- vbi ego omnibus
Paruis, magniſq; miſerijs præfulcior.
PRAEFVLGENS] Murice aurato præfulgens. Silius libro 4, 6.
Pellis præfulgens vnguibus aureis. Virg 8. Aeneid. 111.
PRAEFVLGVRO] Valer. 3. Argon 24,
---- ſtrictoq; vias præfulgurat enſe.
PRAEFVRNIVM] Os patens fornacis. Cato. cap. 38. 2, Ventus ad præfurnium caueto ne accedat. Sic cap. 38, 1.
PRAEFVRO] Stat. . Thebaidos:
---- agmina bello
Decertare putes, iuſtumque in gurgite Martem Præfurere.
PRAEGELIDVS] Colum. lib 2, Ea locis prægelidis ac niuoſis, vbi æſtas humida & ſine vaporibus, rectè committitur. Idem lib. 11. cap. 2. 11, Prægelidum & pluuium cælum.
Riui prægelidi. Silius lib. 4, 46.
PRAEGERMINO] Plin. lib. 16. cap. 29. 1, Ideoq; & præflorent talia, & prægerminant.
PRAEGESTIO] Animus prægeſtit adipiſci aliquid. Catul. Argon. epigr. 59, 29.
¶ Prægeſtiens. Horat. 2. Carm. ode 5. 2,
---- nunc in vdo
Ludere cum vitulis ſalicto
Prægeſtientis.
PRAEGIGNO] Plaut. Pſeud. 7. 77, Quia nolebam ex me morem prægigni malum.
PRAEGNANS] Canis prȩgnans. Horat. 3. Carm. ode 27, 1.
Folia prægnantia. Plin. lib. 25. cap. 13. 3.
Nitrariæ prægnantes: ſed nondum parientes. Plin. lib. 31. cap. 10 6.
Sus Prægnans Varro 2. de Re ruſt. cap. 4. 7.
Prægnans arbor. Plin. lib 12. cap. 14. 6.
¶ Prægnatio Varr. de Re ruſt. Hi enim primi prægnationis, & extremi fines. Plinius libro 8. epiſtol. 10, ad Fabatum: Dum ſe prægnantem eſſe puellariter neſcit, ac per hoc quædam

quedam cuſtodienda pręgnationibus omittit, facit omittenda.
PRAEGRANDIS] Plin. lib. 4. cap. 13, 5.
PRAEGRAVIS] Plin. lib. 10. cap. 33. 10, Perdix procurrit ad pedes aucupis fœta, pręgrauem aut delumbem ſeſe ſimulans.
Pręgraue caput. Plin. lib. 8. cap. 21, 5.
Seruitium. Plin. lib. 7. cap. 8, 2.
¶ Prægrauo. Plin. lib. 17. cap. 22. 16, Ne pręgrauet fructus parte aliqua. Liuius 5 ab Vrbe, 154, Pręgrauante turba. Idem, lib. 7. 103, Onerata & pręgrauata corpora.
Artes pręgrauare. Horat 2. epiſt. 1, 2.
Corpus pręgrauat animum vitijs. Horat. 2. Serm. Satyr. 2, 16.
Prægrauatum caput. Colum. lib. 6 cap. 7. 3. Idem libro 7. capite 6,
Flaccidis & pręgrauantibus auribus.
¶ Pręgrauare: *præponderare.* Seneca 1. de Clementiâ: Citò apparebit pars deterior ciuitatis, quantò pręgrauet. Idem de Tranquill. vitę: Hæc pars multum pręgrauabit.
PRAEGREDIOR] Pacuuius:
Extremum intra canterem ipſum pręgrediar Parthemorum. Liu. 10. ab Vrbe, 118, Qui vt lictores prægredi viderũt.
Pręgredi ad vrbem. Liu. 5. bel. Pun. 182.
Gregi. Varro 2 de Re ruſt. cap. 7, 6.
¶ Prægredi: *Prætergredi.* Plin. lib. 28. cap. 8. 6, Quum fugiant venantem, declinare ad dextram, vt pręgreſſi hominis veſtigia occupent. De pantheris.
Pręgredi nuntios & famam aduentus ſui in aliquem locum. Liuius 8. bel. Pun. 3.
Pręgredi alios: *Antecellere.* Salluſt. in Oratione ad Cæſarem, de Repub. ordinanda.
¶ Pręgrediens. Suet. in Tiberio, cap. 7, Druſum in Germania amiſit; cuius corpus, pedibus toto itinere pręgrediens, Romam vſque peruexit.
¶ Pręgreſſus. Fama pręgreſſa diem. Stat. 5. Sylu. 1, 22.
PRAEGVSTO] Plin. lib. 21. cap. 3. 7, Gratificationem ipſius reginę, Antonio timente, nec niſi pręguſtatos cibos ſumente.
Cibos pręguſtault ipſe. Ouid. 1. Amor. eleg. 4, 7.
Timidus pręguſtet pocula papas. Iuuen. Satyr. 7. non procul à fine.
¶ Pręguſtator. Suet. in Claud. Cæſare, cap. 44.
PRAEIACEO] Plin. lib. 3. cap. 4. 2, Oppida de cætero rara, pręiacentibus ſtagnis. Idem lib. 4. cap. 10, 1.
Caſtra pręiacere. Tacit. lib. 12.
PRAEIVDICO] Pręiudicare alicui: *Nocere.* Vlpian. in l. 1. §. ſi inter. ff. de magiſt. conuent. & eor, &c.
¶ Pręiudicatus. Euentus belli pręiudicatus. Liuius lib. 2. Decad. 3.
¶ Pręiudicatiô. Damnari pręiudicatione Senatus. Quint. lib. 4. cap 2, 18.
PRAEIVDICIVM] Curtius lib. 6, Sine pręiudicio dicimus cauſam liberis corporibus, animiſque: habitum etiam, in quo te comitari ſolemus, reddidiſti. Plin. epiſt. 96. a, lib. 5, Curianus orabat, vt ſibi donarem portionem meam, ſeq; præiudicio iuuarem: eandem tacita conuentione ſaluam mihi pollicebatur.
Facere pręiudicia. Quint. lib 4. cap. 5, 9.
¶ Præiudicium: *pro Damno & iactura.* Vlpian. in l. 1. §. quemadmodum. ff. de agnoſcendis vel alendis lib. Si maritus vxore denuntiante cuſtodes miſerit, nullum præiudicium facit.
PRAEIVRATIO] inquit Feſtus, quam ij facere dicuntur qui ante alios conceptis verbis iurant.
PRAEIVVO] Tacit. lib. 12. Et credebatur affectam eius fidem pręiuuiſſe, domo agriſq; pignori acceptis.
PRAELABOR] Colum. lib. 11. cap. 1. 24, Prælabentis verò temporis fuga quàm ſit irreparabilis, quis dubitet?
Tybris pręlapſus mœnia Romę. Lucan. lib. 6, 16.
PRAELAMBO] Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 22,
Continuatq; dapes, necnon vernaliter ipſis
Fungitur officijs, prælambens omne quod affert.
PRAELEGO] pręlegas. Paulus in l. Titia Seio ff. de legat. 2.
PRAELEGO] pręlegis. Quint. lib. 1. cap. 14, Sed pueris, quæ maximè ingenium alant, pręlegenda; atque animum augeant.
¶ Pręlegere Campaniam: *Præterire.* Tacit. lib. 5.
¶ Pręlectio. Quint. lib. 1. cap. 3, Attamen emendationi pręlectioniq; numerus obſtat.
¶ Pręlector. Gellius lib. 18. cap. 5, Si magiſtrum pręlectoremq; habuiſſet alicuius æris.
PRAELIBO] Stat. 3. Sylu. 4. 12,
Chare puer, ſuperis qui pręlibare verendum
Nectar.
Vultus ac pectora alicuius pręlibare viſu. Stat. 2. Achill. 18.
PRAELICENTER] Gellius lib. 14. cap. 7. Oppidò quàm verba finxit pręlicenter.
PRAELIGANEVM] vinum: quod vel pręmaturum eſt, vel pre omnibus legitur. Cato de Re ruſtica cap 23, Vuas miſcellas ad vinum pręliganeum, quod operarij bibant, vbi tempus erit, legito.
PRAELIGO] Liu. 2. bel. Pun. 74, Faſceſq; virgarum, atque arida ſarmenta, pręligantur cornibus boum.
PRAELIVM] Plaut. Menech. 14. 6, Pręlijs factis plurimis. Deſcriptionem pręlij vide apud Plautum in Amphitryone, 4, 73.
Pręlium, bellum, excurſus, & pugna. Tacit. de Moribus German.
Pręlium & Bellum, *inter ſe differunt.* Liu. 10. bel. Pun. Faſſus in curia eſt nõn pręlio modò ſe eſſe, ſed bello victum.
Audax pręlijs Liber. Horat. 1. Carm. ode 12, 5.
Cruda pręlia. Stat. 12. Theb. 153.
Dubium pręlium. Liuius lib. 5 Decad. 4.
Feruida pręlia. Claud. in Gigantomachia, 3.
Impia. Horat. 2. Carm. ode 1, 6.
Naualia. Quint. lib. 2. cap. 17, 21.
Scelerata. Lucan. lib. 2, 51.
Secundum pręlium. Tacit. lib. 20.
Vlulata pręlia Stat 9, Thebaid. 145.
Audere pręlium. Tacit. lib. 4.
Audere in pręlia. Virg. 2. Aeneid. 70.
Concurrunt pręlia ventorum. Virg 1. Georg. 64.
Conſerere pręlia. Virg 2. Aeneid. 80.
Detractare pręlia. Silius lib. 7, 130.
Differre. Silius lib 7, 67.
Dirimere. Virg. 5. Aeneid. 94.
Dare. Idem 3. Georg. 53.
Edere pręlia & pugnas æterno certamine. Lucret. lib. 2, 24.
Facere ſecundum pręlium. Tacit. lib. 20. Liu. lib 8. Decad. 4.
In agro eorum pluribus pręlijs ſecundis factis.
Inceſſitq; itineri & pręlio. Tacitus libro 1.
Inire pręlium. Quint. lib 3 cap. 8, 14.
Hiſpida pręlia ineunt vrſi. Stat. 6. Theb. 174.
Inſtaurare pręlia Lucan. lib. 3, 122.
Inſtaurata pręlia. Virg. 2. Aeneid. 134.
Ludere pręlia. Stat 9. Thebaid. 158.
Horrida miſcere pręlia. Virg. 2. Georg. 57.
Miſcere pręlia multa vi. Virg. 3. Georg 44.
Moliri. Silius lib. 13, 40.
Obire. Lucret. lib. 4, 96.
Dura pręlia pati. Virg. 7 Aeneid. 162.
Profligare. Tacit. lib. 14.
Scrutari. Silius lib. 7, 55.
Serere. Tacit. lib. 21, Et ſequentibus diebus crebra portis pręlia ſerebant.
Serere cum aliquo. Silius lib. 8, 8.
Sumere pręlium. Tacitus libro 20.
Tentare pręlia. Virg. 2. Aeneid. 67.
Texunt fugas & pręlia ludo. Virg 5. Aeneid. 119.
Caput altum in pręlia tollit. Idem 5. Aeneid. 75.
Tractare pręlia. Silius libro 15, 92.
Ventum eſt ad pręlia. Virg 3. Georg. 20.
¶ Pręlior. Cæſar lib. 2. bell. Gall. 312, Ex loco ſuperiore in ipſis fluminis ripis pręliabantur.
Pręliari cum equitibus. Cæſar 1. bel. Ciuil. 288.
¶ Præliatus. Plin. lib. 7. cap. 28.
¶ Pręliaris. Pręliares pugnę. Plaut. in Curc. 12, 17.
Præliares dies appelantur, quibus fas eſt hoſtem bello laceſſere. Erant enim quędam ferię publicę, quibus nefas fuit id facere. Paulus.
PRAELONGVS] Liu. 2. bel. Pun. 193, Diſpares ac diſſimiles gladij: Gallis pręlongi, ac ſinè mucronibus.
Cornua pręlonga. Lucret. lib. 3, 126.
Homo pręlongus. Quint. lib. 6. cap. 4.
¶ Pręlongo. Plin lib. 11. cap. 2. 1,
Qua ſubtilitate pedum crura pręlongauit?
PRAELOQVOR] Plin. epiſt. 174. a. Forte accidit, vt eo diè manè in aduocatìonem ſubitam rogaret: quod mihi cauſam pręloquendi dèdit.
PRAELVCEO] Mart. lib. 12. 38.
Pręluxere faces; velarunt flammea vultus.
Alicui pręlucere. Sueton. in Octauio Auguſto, cap. 29. Plin. de Viris illuſtr. 38, Duillio conceſſum eſt, vt pręlucente funali, & pręcinente tibicine, à cœna publicè rediret.
Pectora pręlucent filo Sidonio. Lucan. lib. 10, 28.
Nullus in vrbe locus Baijs pręlucet amœnis. Horatius 1. epiſt. 1, 17.
¶ Pręlucidus. Plin. lib. 37. cap. 6. 8, Arabicę excellunt, candore circuli pręlucido, atque non gracili.
PRAELVDO] Virg lib 3. Georg 47,
----& ſparſa ad pugnam pręludit arena.
Præludere, *cum datiuo.* Seneca epiſt. 103, Illi meliori vitę longioriq; pręluditur.

¶ Prælusio. Plin. epiſt.9. lib 6, Tu tamen exiſtima, quantum nos in ipſa pugna prælij & certaminis maneat; cuius quaſi prælusio atq; præcurſio has contentiones excitauit.

PRAELVM] trabs in torculari, qua vua calcata premitur. Vide Catonem & Varronem de Re ruſt.

Falerna præla. Stat. 2. Sylu. 2, 1.

PRAELVMBO] Næuius:

Cœpit vnumquemque prelumbare fuſtibus.

PRAELVSTRIS] Ouid. 3. Triſt. eleg. 4. 2,

Viue tibi; quantumq; potes, prælustria vita:
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.

PRAERANDO] Plaut. Trucul. 8. 36, Præmandare & quærere puerum.

PRAEMATVRVS] Prematurus fructus. Col. lib. 11, cap. 3, 42.

Præmatura mors. Plin lib. 7. cap. 51, 2.

Hyems præmatura Tacit lib 1.

¶ Præmaturè. Plaut. Moſtel. 7. 68.

Quia præmaturè vita careo. Gellius libro 10. cap. 11.

Præmaturum, & Serum; *contraria*. Plin. lib 8. cap. 45. 5, Domitur boum in trimatu; poſtea ſera, antè præmatura.

Labor præmaturus Silius lib. 15, 70.

PRAEMEDICATVS] Ouid. epiſt 12. 3,

Iſſet anhelatos non præmedicatus in ignes
Immemor Aeſonides, oraq; adunca boum.

PRAEMENSVS] Vide PRAEMETIOR.

PRAEMERCOR] Plaut Epid. 9. 7,

Aedepol nai iſtam tempore ſuo gnato tuo
Sumus præmercati Plin lib. 12. cap. 2. 9, Ni qui ad polluctum emerent; precio minùs parcerent, eaq; præmercarentur.

PRAEMESSVM] Sacrificij genus, quod de ſpicis, quas primùm meſſuiſſent ſacrificabant Cereri. Feſtus.

PRAEMETIOR] Vnde Præmenſus.

Lucis præmenſæ tempora. Tibul lib. 3. eleg. 3, 2.

PRAEMETVO] Lucret. lib. 3. 207,

----at mens ſibi conſcia facti,
Præmetuens adhibet ſtimulos, torretq; flagellis.

PRAEMIGRO] Plin. lib. 8. cap. 28. 1, Ruinis imminentibus muſculi præmigrant.

PRAEMINENS] Prudentius:

Inſignis ipſe & præminens.

PRAEMITTO] Præmiſerat in Hiſpaniam legiones. Cæſar 1. bel. Ciuil 75.

Præmittere edictum. Cæſar 2 bel Ciuil. 75.

¶ Præmiſſus. Equites præmiſſi ibant Virg 9 Aeneid. 74.

¶ Præmiſſa Plin. lib. 12 cap. . . Produnt Alpibus coërcitas, & tum inexſuperabili munimento Gallias, hanc primùm habuiſſe cauſam ſuperfundendi. ſeſe Italię, quòd Elico ex Heluetijs ciuis earum fabrilem ob artem Romæ commoratus, ficum ſiccam & vuam, oleiq; ac vini præmiſſa remeans ſecum tuliſſet.

PRAEMIVM] Terent Eunuch. 5. 9. 27, Quoduis donum & præmium à me optato; id optatum feres.

Ampla præmia Stat. . Thebaid. 110.

Exitialia. Stat. 2. Achil. 69.

Frondentia præmia vatum. Stat. 5. Sylu. 3, 12.

Opimum præmium Plin lib. 1. cap. 1, 9.

Accipere præmia Virg 5. Aeneid. 62.

Affici præmio. Quint. lib. 1 cap 6, 31.

Capere præmia. Virg 5. Aeneid. 47.

Donari præmio ſtudij ſui Quint. lib. 2. cap. 7, 4.

Euocari præmijs Quint lib. 1 cap 1, 15.

Exſpectare præmia meritæ palmæ Virg. 5. Aeneid. 14.

Ferre præmia multa laborum. Horat 2. Serm Satyr. 1, 3.

Ferre grandia præmia meritorum. Horat. 2. epiſt. 1, 8.

Digna præmia ferre Virg. 1. Aeneid 122.

Improba præmia fert dira libido. Seneca Octau. 6, 6.

Peruerſa præmia tulit triſtis virtus. Seneca Hippol 9. 6.

Quæſita præmia linquere alicui. Lucret. lib 5, 1.

Metus pœnarum maculat vitæ præmia. Lucret. lib. 5, 232.

Penſare præmia. Stat. 1. Achil 14.

Perſoluit præmia morum Stat. 1. Sylu. 4, 8.

Præmia magna quidem, ſed non debita poſco. Ouidius epiſt 15, 4.

Reddere præmia. Catul. Argon. epigr. 59.

Referens præmia ſeruati ciuis. Lucan lib. 1, 73.

Rependere digna præmia. Stat. 9 Thebaid. 10.

Soluere præmia digna. Virg. 9. Aeneid 51.

Inuidioſa trahunt victores præmia Graij. Ouid. 13. Metamorph. 84.

Venire fruſtrà ad præmia. Virg. 5. Aeneid. 70.

¶ Præmium *pro mercede ob vitæ laborem*. Plin. epiſt. 17. libro 3, Ego viaticum, ego etiam præmium dabo.

Præmium, *pro Pecunia* Næuius:

Sinè præmio ſum; marſupium reliqui domum.

¶ Præmior. Suet. in Tit. Veſp. cap. 7, Suſpecta & rapacitas, quòd conſtabat, in concionibus patris nundinari præmiariq; ſolitum.

¶ Præmioſus: Pecunioſus. Accius:

Diuitem ac præmioſum auum.

¶ Præmiator: prædo. Næuius:

Nam in ſcena vos nocturnos cœpit prẹmiatores tollere.

PRAEMODEROR] Gellius libro 1. cap. 11, Cretenſes quoque prælia ingredi ſolitos memoriæ datum eſt, præcinente ac præmoderante cithara greſſibus.

PRAEMODVM] Gellius libro 7. cap. 7, Liuius in Odyſſea, prẹmodum dicit, quaſi admodum: Parcentes, inquit, prẹmodum.

PRAEMOLIOR] Liu. 8. bel. Pun. 89, Itaque præmoliendas ibi ratus iam res, conciliandosq; regum gentiumq; animos, Syphacem primum regem ſtatuit tentare.

PRAEMOLLIS] Plin. lib. 11. cap. 37 52, Cor palpitat certè & quaſi alterum mouetur animal, intra præmolli firmoque opertum membranæ inuolucro. Idem lib 9 cap. 51. 6, Intra ſe parit oua præmollia.

¶ Præmollitus Quint lib. 2. cap. 9. 2, Et fruſtra ſparſeris ſemina, niſi illa præmollitus fouerit ſulcus.

Mentes præmollitæ Quint lib. 6 cap. 5, 7.

PRAEMONEO] Nefas præmonere. Ouid 15. Metam. 157.

Pericula præmonent. Plin. lib. 8. cap 28, 6.

¶ Præmonitus: Participium. Vrbs prẹmonita oraculo Plin. lib. 16, cap. 39, 10.

¶ Prẹmonitus: Verbale. Valer. lib. 1. cap. 6, Sic deorum ſpreti præmonitus excandeſcunt. Ouid 15. Metam. 160.

PRAEMONSTRO] Plaut Perſa. 4. 67,

Præmonſtra docte: præcipe aſtu filiæ
Quid fabuletur, vbi ſe natam prẹdicet. Et Epid. 6. 12,
Ea conducetur, atque ei præmonſtrabitur
Quo pacto fiat ſubdola aduerſus ſenem.

¶ Præmonſtrans. Stat. 1. Theb. . 4,

----ſi Sphyngos iniquæ
Callidus ambages te præmonſtrante reſolui.

¶ Præmonſtrator. Terent Heaut. 5, 1. 2,

Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmonſtrator
Chremes. Hoc mihi præſtar.

PRAEMORDEO] Gellius: Plautus in Trinnummo, neque præmordiſſet, dixit; ſed, præmorſiſſet:

Ni fugiſſem inquit, medium credo præmorſiſſet.

PRAEMORIOR] Ouid. epiſt 8. 25,

Aut ego præmoriar, primoq; extinguar in æuo,
Aut ego Tantalidæ Tantalis vxor ero Plin lib. 29. cap. 6. 9 Traduntque, quod extra nodum ſit, è cauda prẹmori.

Membra præmo tua. Ouid. 3. Amor. eleg 6, 13.

Præmortuus pudor. Liu. 1. ab Vrbe. 3. ad finem, Scaptium ipſum id quidem, etſi præmortui iam ſit pudoris, non facturum.

PRAEMVNIO] Cæſar 3 bel. Ciuil 214, Iſthmum præmunire inſtituit.

PRAENARRO] Terent. Eunuch. 5. 6. 12,

----recte ſanè interrogaſti; oportuit
Rem prænarraſſe me.

PRAENATO] Plin lib. 9. cap. 45. 1, Prænatante piſciculo frondem ſuam ſpargit.

Prænatat amnis domos. Virg 6. Aeneid 141.

PRAENAVIGO] Plin. lib. 6 cap. 21. 7, Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, vt XX. dierum ſpatio prænauigauerint.

¶ Prænauigatio. Plin. lib. 6. cap. 31. 4, A' Gorgonum inſulis prænauigatione Atlantis dierum quadraginta.

PRAENIMIS] Gellius libro 19. cap 10, Hoc prænimis plebeium eſt.

PRAENITEO] Prænitens luna Plin. lib 2. cap. 9, 1.

PRAENOMEN] Quod honoris cauſa præponitur nomini.

Eximere prẹnomen alicu us è familia. Quint. lib. 3. cap. 7, 14.

Gaudere prænomine. Horat 2. Serm. Satyr. 5, 7.

Mutare prænomen. Tacit. lib. 3.

PRAENOSCO] Plin lib. cap 12. 6, Vera autem cuiuſq, natura non niſi medico effectu prænoſci poteſt. Idem lib. 18. cap. 24. 11, Quæ futuræ prænoſci non poſſunt.

Laborem venturum prænoſſe. Stat. 3. Theb. 98.

Omnia prænoſcens mater. Silius libro 16, 25.

PRAENVBILVS] Ouid. 3 Amor. eleg. 12, 2.

Stat vetus, & denſa prænubilus arbore lucus.

PRAENVNTIO] Terent. Phorm 5. 2. 12,

Geta abi, prænuntia hanc venturam. Plin. lib. 16. cap. 42. 2, Frang q; ſe prænuntiat ſtrepitu.

¶ Prænuntius. Plin lib 2 cap. 27. 2, Quippe ingentium malorum fuere prænuntia.

Ales lucis prænuntius. Ouid 2. Faſt. 154.

Clamor prænuntius. Plin in Paneg. 104.

Hirundo veris prænuntia. Ouid. 2 Faſt. 171.

Ortus prænuntius ſolis. Ouid. 3. Triſt. eleg. 5, 11.

Verba

Verba prænuntia cladis futuræ. Ouid.3. Metam.39.
¶ Prænuntiatiuus Ignes prænuntiatiui. Plin.lib.2.cap.71.
PRAEOCCIDO] Plin.lib.18.cap.29.5, Cui præoccidere Caniculam neceſſe ſit.
PRAEOCCVPO] Cæſar 2.bel.Ciuil.65, Præoccupatum ſeſe legatione ab Cn.Pompeio teneri obſtrictum fide. Liuius 4 ab Vrbe,207, Vbi videant, Collegas principes agendæ rei gratiam omnem ad plebem præoccupauiſſe, nec locum in ea relictum ſibi.
Præoccupauit animos timor. Cæſar 6. bel. Gall.151.
Præoccupauit ferre legem. Liuius 4.ab Vrbe,128.
Præoccupari vlceribus. Colum.lib.7.cap.12.
¶ Præoccupatus. Seneca epiſt.51, Omnes præoccupati ſumus virtutes diſcere, vitia dediſcere.
PRAEOPTO] Terent.Hecyra,4.1.18.
Adeón' peruicaci eſſe animo, vt puerum præoptares perire? Liu.3.bel.Pun.202, Punicam Romanæ ſocietatem atque amicitiam præoptandam eſſe.
Præoptare, quàm. Liu. 8. bel. Pun. Mortem in certamine, quàm vt alter alterius ſubigeretur imperio, præoptantes.
PRAEPANDO] Prætendo. Plin. lib.11.cap.24.2, Maiores aranei in terra cauernarum exigua veſtibula præpandunt.
Præpandere: *Præaperire*. Lucret.lib.1.30,
----quo carmine demum
Clara tuæ poſſim præpandere lumina menti.
PRAEPARCVS] Plin.lib.11.cap.19, Aliquando & ipſę contrahunt mortis ſibi cauſas, quum ſenſere eximi mella, auidè vorantes. Ceterò præparcè, & quæ alioquin prodigas atque edaces, non ſecùs ac pigras & ignauas, proturbent.
PRAEPARO] Arma præparare. Claud.6.Paneg.39.
Hyemi cibos. Plin lib.8.cap.37,2.
Puppes. Lucret.lib.3,4.
Vlmos. Horat.1.epiſt.7,17.
Præparo te huic. Quint.lib.7.cap.2.
¶ Præparatus Participium.
Pectus bene præparatum. Horat.2.Carm.ode 10,5.
Præparato: *Ablatiuus*. Præparato facere. Quint.lib 4.cap.42,2.
¶ Præparatus: Verbale. Gellius libro 10.cap.11, Namque in præparatu rei ruſticæ, per tempeſtetes pluuiasque, quum otium eſt, maturari poteſt.
¶ Præparatorius. Vlpianus in l. deinde. D. de liber. exhib. Itaque prius interdictum, quod eſt de liberis exhibendis, præparatorium eſt huius interdicti.
¶ Præparatio Quint.lib.4.cap.2, Narrabimus cum præparatione quadam.
PRAEPEDIO] Terent.Heaut.3.1.101,
----an eò fit, quia in re noſtra aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?
Præpeditus latera forti ferro. Plautus in Pœnulo. Liuius 8. ab Vrbe,197, Sine modo, inquit, ſeſe præda præpediauit.
Crura præpediuntur vacillanti. Lucret.lib.3,97.
Tremor ſubitus præpedit oſſa. Ouid.epiſt.14,4.
Mentes præpedire timore. Hirtius libro 6.bel. Hiſp.132.
¶ Præpedimentum Plautus:
Ne fallaciæ præpedimentum objiciatur.
PRAEPENDEO] Martial.lib.9.50,
Præpendet mento nec tibi barba minor. Cæſar 2.bell. Ciuil.34, Circùm turrem præpendentes.
PRAEPES] Velox.
Alæ præpetis plauſus. Stat.2.Thebaid.8.
Adunca præpes Iouis. Ouid.6.Faſt.40.
Curſus præpes. Claud.1.in Ruffinum,53.
Subitæ præpetes. Ouid.13. Metam.125.
Pennæ præpetes. Virg.6.Aeneid.30.
Præpetibus pennis auſus ſe credere cælo.
PRAEPETO] Feſtus: Præpetere dicebant veteres, pro anteire.
PRAEPILATVS] Præpilatæ haſtæ. Plin.lib.8.cap.6.2, Ab operarijs, haſtas præpilatas habentibus, per circum totum actos. Plin.lib.9 cap.30.8, de locuſtis. Si nullus ingruat metus, recto meatu, cornibus, quæ ſunt propria rotunditate præpilata, ad latera porrectis.
Exerceri præpilatis. Quint.lib.5.cap.12,13.
PRAEPINGVIS] Colum. lib.3, Itaque non eſt vineis apta: vix etiam arbuſto, niſi præpingui & viuida terra.
Solum præpingue. Virg.3.Aeneid.140.
PRAEPOLLEO] Liu.1.ab Vrbe,249, Ardeam Rutuli habebant, gens vt in ea regione atque in ea ætate, diuitijs præpollens. Ibidem lib.5.154, Virtute fortunaq; tum ſua, tum publica, præpollens.
PRAEPONDERO] Stat.8.Theb.123,
Quem viciſſe velint tacitè præponderat exſul.
Præponderare, *per tranſlationem. Pluris eſſe, ſiue æſtumari.* Gell. lib.1.cap.3, Nam quum in rebus aut paribus, aut non lōge ſecùs, vtilitas amici, aut honeſtas noſtra conſiſtit, honeſtas procul dubio præponderat. Quint. Declam.8. Inter duos filios, pari deſperatione languentes, da bonum patrem: nō præponderabit alterutrum; non eliget. Senec. 1.de Elementis, Quicquid plus æquo futurum eſt, in partem humaniorem præponderet.
PRAEPONO] Salluſt.in Iugurt. Vbicunque res poſtulabat, præſidium eſt præpoſitum.
Vltima primis præponere. Horat.1.Serm.Satyr.4,12.
Via præpoſita. Ouid.1.Triſt.eleg.3,11.
¶ Præponere: *Anteponere*. Terent.And.1.1.38,
Nunquam præponens ſe alijs. Idem Eunuch.1.2.59,
Ait ſi fidem habeat, ſe iri præpoſitum tibi Apud me.
Multos ſibi præponere. Ouid.4.Triſt.eleg.9,26.
Hominem Ioui. Ouid.2. Faſt.130.
Vis tu homines vrbemq; felis præponere ſyluis. Horat.2. Serm.Satyr.6,19.
¶ Præpoſta: *pro Præpoſita*. Lucret.lib 6.
¶ Præpoſitio Corrumpere præpoſitiones. Quint.lib.1.cap.5,41.
PRAEPORTO] Lucret.lib.2,126.
Telaq; pręportant violenti ſigna furoris. Catul. Arg.59,39.
PRAEPOSSVM] Tacitus libro 21, Poſtquam Macedones præpotuêre, rex Antiochus demere ſuperſtitionem, & mores Græcorum dare adnixus.
¶ Præpotens. Domus præpotens. Seneca Octau.2,1.
Opibus præpotens. Plin.lib.36.cap.5,29.
PRAEPOSTERVS] Omnia peruerſa præpoſtera ſunt ratione. Lucret.lib.4,168.
Ambitio præpoſtera. Tacit.lib.16.
Præpoſtero obſequio crimen meruit. Tacitus.
Ordo præpoſterus. Lucret.lib.3,125.
Præpoſterus: *Contrarius, vel aduerſus.* Ouid.1.Triſt.eleg.7,1,
Omnia naturæ præpoſtera legibus ibunt:
¶ Præpoſterè Præpoſterè inducere calceum. Plin.lib.2.c.7,9.
PRAEPOTENS] Vide PRAEPOSSVM.
PRAEPROPERVS] Celeritas præpropera. Liu. 1. bel. Macedon. 166.
Haſtam præpropero niſu iacit. Silius lib.15,149.
Præproperum ingenium. Liuius 2.bel Pun.
Præpropera ac feruida ingenia. Liu.7.bel.Pun.185.
¶ Præpropere. Liuius 2.bel.Pun.14, Itaq; ſatis apparebat, nec deos nec homines conſulentem, ferociter omnia aç pręproperè acturum.
¶ Præproperanter. Lucret.lib.3.
Innumero numero, certareq; præproperanter.
PRAEPVTIVM] Iuuen Satyr.4.10, de Iudæis loquens:
—mox & præputia ponunt. Idem Satyr.6.24,
Impatiensq; moræ pauet, & præputia ducit.
PRAEQVESTVS] Ouid.lib.4.Metam.
Multaq; præqueſtus, tanges tamen æthera dixit.
PRAERADIO] Ouid epiſt.6.24.
Præradiant ſtellis ſigna minora ſui.
PRAERADO] Cato cap.41.1, Si vitis vitem contingat, vitis vtriuſque latus alterum prætadito oblique, & inter ſeſe medullam cum medulla libro colligato.
PRAERANCIDVS] Exoletus & iam ingratus Gellius lib.13. cap.19, Non finitiones illas prærancidas, neque fæcutinas grammaticas ſpectaueris.
PRAERAPIDVS] Fuga prærapida. Silius lib.16,113.
PRAERIPIO] Plautus Caſin.
Huc veniſti, ſponſam præreptum meam?
Coniugem præripere. Virg.9.Aeneid 28.
Iter. Liuius 3.ab Vrbe, 192. Idem 1.bel.Maced.152.
Oſcula. Lucret.lib.3,184.
¶ Pręreptus. Pręreptus immatura morte. Plin.de Viris illuſt.
Virtus prærepta. Silius lib.4,162.
PRAERODO] Colum.lib.2, Nam ſi ſepius cacumina manu præfracta, aut à pecore præroſa fuerint, in perpetuum corrumpuntur. Colum. de Arboribus cap.1. Genus eſt animalis, volucra appellatur; id ferè prærodit teneros adhuc pampinos & vitas. Idem lib.5.cap.6.5. Ne prodeuntia cacumina ſeminum ab auibus prærodantur.
¶ Præroſus. Hamus præroſus. Horat. 2.Serm.Satyr 5,5.
PRAEROGO] Repreſento, & antè tempus ſoluo. Vlpianus, locati & conducti.l.ſed addes. Nam inter eum, qui per errorem ſoluit, & eum qui penſionem integram prærogauit, multum intereſt.
¶ Prærogatiuus. Prærogatiua tribus dicebatur, quæ prima ferebat ſuffragia: & Prærogatiua centuria, itidem. Liu.6. bel.Pun.
¶ Prærogatiua: *Subſtantiuè, pro authoritate & præiudicio quodā.*
Prærogatiua triumphi. Cato ad Cic.lib.15.5.4.
Prærogatiua: *pro Eminentia.* Vlpianus in l.obſeruare. de offic.Proconſ. Magni enim faciunt prouinciales, ſeruari ſibi conſuetudinem iſtam, & huiuſmodi prærogatiuas Artius Iuriſconſ in l.j. ff. de veteranis.l. veteranorum. Priui-

legium inter cætera etiam in delictis habet & prærogatiuam.

PRAERVMPO] Ouid. 14. Metam 110,

Stupea prærupit Phrygiæ retinacula puppis.

¶ Præruptus. Colum lib. 3. Preruptior verò collis, vel in quatuor pedes vertendus.

Cæli prærupti vertex Valer. 2. Argon. 18.

Ad poſſeſſa venis, præruptaque gaudia ſerus. Ouidius epiſtol. 16. 22.

Imber præruptus. Claud. 2. Paneg 98.

Moles prærupta. Ouid. epiſt. 2, 27.

Montes prærupti. Catul. Argon. epigr. 59, 25.

Mons aquæ preruptus. Virg 1. Aeneid. 22.

Oppidum præruptum. Cæſar 8. bel. Gall. 140.

Rupes prærupta. Ouid. 1. Metam. 145.

Saxum præruptum Liu. 5. ab Vrbe, 205.

Vertices prærupti Catul Argon. epigr 59, 60.

Præruptiſſima vrbis pars. Cæſar. 8. bel. Gal. 117.

Prærupta, *pro rupibus* Plin. lib. 8. cap. 32. 2, Ad Prærupta ducunt, altumq; demonſtrant.

¶ Præruptè. Plin lib. 34. cap. 14. 10, Mons præruptè altus, incredibile dictu, totus ex ea materie eſt.

PRAES] Eſt, inquit Feſtus, qui populo ſe obligat, interrogatus à magiſtratu. Idem alibi, mancipem etiam prædem dici ait. Gellius libro 7. Si Lucius Cornelius Scipio Aſiaticus, Collegæ arbitratu prædes dabit; Collega ne eum in vincula ducat, intercedemus. Varro: Præs eſt, qui à magiſtratu interrogatur in publicum, vt pręſtet: à quo quum reſponderit, dicitur præs.

PRAESAGIO] Pręſagio animo. Liu. 10 bel. Pun. 95, Iam hoc ipſum pręſagiens animo, pręparauerat ante naues. Terent. Heaut. 2. 2. 7.

Animus preſagit magna mala. Senec Theb. 1, 56.

Corpus pręſagit gaudia Lucret. lib. 4. 213.

Voluptatem preſagit multa cupido. Lucan, lib. 4, 213.

Venturam melius pręſagit nauita mortem. Prop. lib. 3. eleg. 11, 1.

¶ Pręſagior: *Deponens.* Plautus in Bacchid. 15. 30,

Occidi iam animus iſtoc dicto plus pręſagitur mali.

¶ Preſagium. Colum. lib 11. cap. 1. 28, Quantumuis vtile continget villico tempeſtatis futuræ pręſagium.

Mentis pręſagia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8, 15.

Somni præſagia Stat. 2. Achil. 5.

Irrita pręſagia. Ouidius 3. de Ponto. eleg. 4, 18.

Noctes canunt preſagia. Claud. de bel Gildon. 71.

Docta ſpirant preſagia rupes. Claud. 4. Paneg. 7.

¶ Pręſagus. Claud. ----heu mens pręſaga futuri.

Malorum pręſagus. Lucan. lib. 2, 25.

Ars pręſaga. Valer. 5. Argon. 87.

Fulmina pręſaga. Valer. 3. Argon. 71.

Mens mali pręſaga. Virg. 10. Aeneid. 169.

Pectora pręſaga mœrent Ouid. 10. Metam. 88.

Quies pręſaga. Stat 10. Theb. 65.

Suſpiria preſaga luctus. Ouid. 1. Metam. 25.

PRAESANATVS] Plin lib. 26 cap. 14 8, Vulneribus pręſanatis aſphodeli radix decocta efficaciſſima eſt.

¶ Pręſanaſco Plin lib. 24. cap. 10. 1, Cortex eius interior cicatrices quę pręſanauêre aperit.

PRAESCATEO] Gellius lib 14 cap. 6, Et ſimul dat mihi librum grandi volumine, doctrinis omnigenis, vt ipſe dicebat, preſcatentem.

PRAESCIO] Terent. Andr. 1. 5. 4.

—nónne oportuit

Pręſciſſe me ante? nónne priùs communicatum oportuit?

¶ Pręſciſco. Liu. 7. bel Pun. 191, Quamprimum eos ſortiri prouincias & preſciſcere, quam quiſque eorum prouinciam, quem hoſtem haberem, volebant.

Longe pręſciſcere. Virg 4. Georg. 14.

¶ Pręſcita Plin lib. 10. cap. 18, Vnum eorum pręſcitum tranſire non queo Ibidem, cap. 75. 3, Vtrúmne ſint aliqua pręſcita animi quieſcentis.

¶ Preſcius Pręſcia venturi vates. Virg. 6. Aeneid. 14. Claud. 3. Paneg 36,

Romaq; gaudebat ventura preſcia fari.

Cæli venturi pręſcius. Valer. 5. Argon, 11.

Lingua pręſcia Ouid 1. Faſt. 104.

Mens. Silius lib. 16, 18.

Vox. Valer. 5. Argon. 106.

PRAESCRIBO] Inſcribo Virg. 6. eclog 3,

—nec Phœbo gratior vlla eſt,

Quàm ſibi quæ Vari pręſcripſit pagina nomen. Gellius lib 11. cap. 16.

¶ Pręſcribere: Pręcipere.

Quid faciam? pręſcribe. Horat. 2. Serm. Satyr. 1, 1.

Pręſcribere finem rei alicui. Terent. And. 1. 1. 124.



Gyro preſcripto ſenecta eſt pagina. Propert. lib. 3 elg. 35.

Modum pręſcribere. Quint. lib. 4. cap. 1, 22.

Munia pręſcripta. Horat. 2. Serm. Satyr. 2, 17.

¶ Pręſcribere: *pro Excipere.* Quint. lib. 7, Ignominioſo patri filius pręſcribit de eo ſolo iudicatio eſt, an liceat. Marcellus. l. 3 ff. de pręuaricatoribus Nam ſi reus accuſatori ideo pręſcribit, quòd dicat ſe ab alio accuſatum & abſolutum.

¶ Pręſcriptio. Quint. lib 7, de quęſtione actionis loquens: Quum ex pręſcriptione lis pendet, de ipſa re quęri non eſt neceſſe.

Pręſcriptio: *Prætextus.* Cæſar 3. bel. Ciuil. Vt honeſta pręſcriptione rem turpiſſimam tegerent.

¶ Pręſcriptum Certum pręſcriptum. Quint. lib 4. cap. 2, 60.

PRAESECO] Colum. de Arboribus, capit. 29, Radicem arundinis acuta falce preſectam impendenti pluuia diſponito. Varro 3. de Re ruſtic. cap. 16. 27, Fauorum, qui eximuntur, ſi qua pars mellis nihil habet, aut habet, inquinatur, cultello pręſecatur.

Manu celeri aliquid pręſecare. Ouid. 1. de Remed. amor 23.

Pręſecare, *accommodatur aliquando immolationi.* Liuius lib 5, Inſeritur huic loco fabula, immolante rege Veientium, vocem aruſpicis dicentis; Qui eius hoſtię extra pręſecuiſſet, ei victoriam dari, exauditam.

¶ Pręſeca. Varr. lib 4. de Ling. Lat. Braſſica, vt pręſeca, quòd ex huius ſcapo minutatim preſecatur.

¶ Preſegmen. Plaut Aulul.

Quin ipſi pridem tonſor vngues dempſerat;

Collegit, omnia abſtulit pręſegmina.

PRAESENS, PRAESENTO] Vide PRAESVM.

PRAESENTIO] Plautus Trinum. 4 99,

Ni hęc pręſenſiſſent canes.

Pręſentire, *per translationem.* Terent. And. 5. 1. 20,

Quum ibi me adeſſe neuter tùm pręſenſerat.

Prima malum nutrix animo pręſenſit anili. Ouidius epiſtol. 11, 7.

Animo prouidere, & pręſentire. Cæſar 7. bell. Gall. 122.

Dolos pręſentire. Virg. 4 Aeneid. 19.

Sermones de ſe aurium tinnitu. Plin. lib. 28. cap. 2, 23.

¶ Pręſentiſco. Terent Heaut.

Et ea gratia ſecum adduxiſſe, ne id tu preſentiſceres.

PRAESEPE] Vide PRAESEPIO.

PRAESEPELIO] Quint Declamat 9, Video ſenem meliore ſui parte pręſepultum.

PRAESEPIO] Cęſar. 1. bel. Ciuil 110, Aditus autem, atque itinera duo, quę extra murum ad portam ferebant, maximis difixis trabibus, atque eis pręacutis, pręſepit.

¶ Pręſepe: Stabulum Virg. 4. Georg. 34,

Ignauum fucos pecus à pręſepibus arcent.

Alta pręſepia. Virg. 7. Aeneid. 55.

Olida. Iuuen. Satyr. 8, 16.

Vipera delituit ſub pręſepibus. Virg 3. Georg 84.

Ferre herbas pręſepibus Virg. 3. Georg 79.

Quum primùm paſti repetent pręſepia tauri. Virgil. eclog. 7, 8.

Sęuiunt vrſi in preſepibus. Virg. 7 Aeneid. 4.

¶ Preſepe *Lupanar.* Horat lib. 1. epiſt. 16 1.

Scurra vagus: non qui certum pręſepe teneret

Impranſus.

¶ Pręſepes. Plaut Caſina, 2. 56. Varro 1. de Re ruſt. cap. 13 2, Illic laudabatur villa, ſi habebat culinā ruſticam bonam, pręſepes laxas. Cato cap. 14. 1. Præſepes bubus hybernas & æſtiuas faliſcas, & equile, &c.

¶ Pręſepium Apuleius lib 6, Metam. Pręſepium meum hordeo paſſim repleri iubet, fœnumq; Bactriano camelo ſufficiens apponi. Colum. In ſtabulo ſint ampla preſepia.

Plena preſepia. Virg. 3. Georg. 99.

Satura. Virg. 5. Georg. 43.

Boues ſtant ad pręſepia. Tibul lib. 2. eleg. 1, 2.

PRAESERO] Colum. lib. 7 cap 9. 4, At vbi penuria eſt arborum, terrenum pabulum conſectabimur, & ſicco limoſum preſeremus, vt paludem timentur.

PRAESERTIM] Terent Eunuch. 5. 2. 24,

—debeam,

Credo, iſti quicquam furcifero; ſi id fecerim?

Preſertim cum ſe ſeruum fateatur tuum?

Pręſertim vt. Terent. Phorm 1 2. 5,

Pręſertim vt nunc ſunt mores, adeò res redijt:

Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia.

PRAESERVIO] Plautus Amphit. 3. 126,

Vt preſeruire amanti meo poſſem patri.

PRAESES] Vide PRAESIDEO.

Pręſum Sueton. in Tiber. capite 6. Præſedet & Acciacis ludis.

Auis preſidet Iupiter. Virg. 7. Aeneid. 160.

Foribus cæli pręſidet Ianus. Ouid 1. Faſt. 25.

Pręſidere rebus vrbanis. Cæſar 1. bel. Ciuil. 3 27.

Pręſideo,

Prȩſideo, *cum accuſatiuo* Tacit. lib. 4, & haud ſpernenda illic ciuium ſociorumq; manus litora Oceani prȩſidebat.
¶ Prȩſes. Quint. lib. 3. cap. 9, Quòd omnia ſic egerit, vt genitum prȩſide bellorum deo incredibile non ſit. Vlpian. in l 4. ff. de officio prȩſidis. Prȩſes prouincię maius imperium in ea prouincia habet omnibus poſt principem.
Rerum prȩſes. Ceſar. Ouid. 15. Metam. 152.
Dea prȩſes terrę Seneca Hipp. 2, 5.
Caruerunt præſide Delphi. Ouid. 10 Metam. 34.
¶ Prȩſes: *pro Auxiliatore*. Liuius lib 6 ab Vrbe, Dij, deæque, qui Capitolium arcemq; incolitis, ſiccine veſtrum militem ac prȩſidem ſinitis vexari ab inimicis?
Præſes locus: *pro Tuto*. Plaut. Caſin. 21, 9.
¶ Preſidium. Iureconſ. Qui relinquit præſidium, peccatum deſertionis incurrit.
Prȩſidium eſt dictum, quia extra caſtra prȩſidebant in loco aliquo, quo tutior regio eſſet. Varro de Ling. Lat. lib. 4.
Caſſa prȩſidia. Seneca Troade, 8, 12.
Agitare prȩſidium. Tacit. lib. 1.
Cingere aliquem prȩſidijs. Claud 2. Paneg. 42.
Inutile prȩſidium ferri. Claud. 3. Paneg. 45.
Gerere prȩſidium Plin. lib. 22. cap. 12, 2.
Occupare prȩſidia. Seneca Troade, 6. 18.
¶ Prȩſidium omne auxilium. Terentius And. 5. 2. 2,
—pręſidio meo atque hoſpitis.
Fida Prȩſidia amici Seneca Agamemn 11, 2.
Grande prȩſidium Ouid. 1. de Pont. eleg. 7, 3.
Inſigne prȩſidium mœſtis reis. Horat. 2. Carm. ode 1, 3.
Vltima prȩſidia diſcriminis afferre. Iuuen. Satyr. 11, 6.
Prȩſidium eſſe alicui. Terentius Hecyr. 1. 2. 44 Idem Heaut. 5. 2. 14,
Ibi tuæ ſtultitię ſemper erit præſidium Clitipho.
Parentibus eſſe prȩſidio & decori. Lucret. lib. 2, 129.
¶ Præſidiarius. Prȩſidiarij milites. Liu. lib. 9. bel. Pun.
Præſidiarij, *in vitibus: qui & cuſtodes*. Colum. lib. 4. cap. 15. 1, Et præſidiarij malleoli propagandi ſunt Ibidem. cap. 21. 3, in pollicem tondetur: quem quidem cuſtodem, alij reſecem, nonnulli præſidiarium appellant; id eſt, armentum gemmarum duarum vel trium.
PRAESIDERO] Prȩſiderare dicitur quum maturiùs hyberna tempeſtas mouetur; quaſi antè ſideris tempus. Paulus.
PRAESIGNIS] Ouid. 1. Faſt. 122,
Præſignis facie Corniculana fuit.
Gaudeat & Libyca præſignis auunculus haſta. Stat. 4. Sylu. 8, 3.
Facie prȩſignis mulier. Ouid. 6. Faſt. 126.
Vertice præſignis. Stat. 4. Sylu 4, 2.
Draco prȩſignis tribus linguis. Ouid. 7. Metam. 30.
PRAESIGNO] Cato cap. 154, Et ad ſummum, qua fini culleum capiet, præſignato. Plin. lib. 28. cap. 4. 4, Incipientes furunculos ter prȩſignare ieiuna ſaliua.
PRAESILIO] Plaut. Sticho, 8. 13,
Vt præ lætitia lachrymę prȩſiliunt mihi!
PRAESPARGO] Lucret. lib 5 148,
Flora quibus mater præſpargens ante viai
Cuncta coloribus egregijs, & odoribus opplet.
PRAESTABILIS, PRAESTANTIA] Vide PRAESTO.
PRAESTEGA] Locus vbi otij cauſa ſumus ſub tecto tantùm. Plaut. Pſeud. 4. 30,
—facite vt offendam parata omnia:
Vorſa præſtega, ſtrata, lautaque, coctaq; omnia vti ſint.
PRAESTERNO] Stat. 3. Sylu. 2. 23,
Quæ ſibi preſternat viuax altaria phœnix.
Præſternere: *Præparare*. Plin. epiſt. 103. c. lib. 5. ad Capitonem: Illud peto prȩſternas, ad quod hortaris.
PRAESTES] Antiqui ſic prȩſtites dixerunt; nunc antiſtites: inquit Feſtus.
Præſtites lares, dicti fuerunt, inquit. Ouidius 5. Faſtorum, 27. Quòd præſtent oculis omnia tuta ſuis.
PRAESTIGIATOR] Plaut. Pœn. 17. 6,
Præſtigiator hic quidem Pœnus probus eſt.
¶ Præſtigiatrix. Plaut. Amph. 8. 148,
Aut pol hæc prȩſtigiatrix mulier multò maxima eſt.
¶ Præſtigia. Petere plauſum præſtigiæ. Quint. lib. 4. cap. 1, 53.
PRAESTINGO] obtenebro, obſcuro. Lucret. lib. 3.
----& omnes
Præſtinxit ſtellas, exortus vti æthérius ſol. De Epicuro.
PRAESTINO] Plaut. Pſeud. 4, 35,
Ego eo in macellum, vt piſcium quicquid eſt, precio præſtinem. Idem Capt. 13. 79,
Alium piſces præſtinatum abire?
PRAESTITVO] Terentius Phorm. 3. 2. 39.
Certè hercle, ſi ſatis commemini, tibi quidem olim eſt dies
Quam ad dares huic, præſtituta.

PRAESTO] Plinius: Plura hic mihi prȩſtitit, quàm parentes.
Ad quendam modum aliquid prȩſtare. Quint. lib. 1. cap. 11, 2.
Amorem prȩſtare. Ouid. 3. Triſt. eleg. 4. 13.
Fluminibus & ruinę preſtare caput. Lucan. lib. 5, 155.
Dignum prȩſtabo me etiam pro laude merentis. Horat. 1. epiſt. 7, 5.
Fauorem prȩſtare, & voce, & mente Ouid. 15. Metam. 137.
Fidem. Ouid. 3. Faſt. 100.
Honorem alicui. Ouid 6. Faſt. 12.
Iuſiurandum. Plin epiſt. 269.
Mors omnia prȩſtat. Lucret. lib. 3, 44.
Otia. Ouid. 2. Triſt. 4.
Pacem. Ouidius 2. de Ponto, eleg. 7, 14.
Principem Suet in Tiberio, cap. 32.
Quod petebat preſtiti. Plin. epiſt 205.
Præſtare, quòd factum eſt impenſæ in bellum. Liu 7 ab Vrbe, 79.
Reuerentiam marito Plinius epiſt. 158.
Robur alicui. Claud. 3. Paneg. 51.
Salutem Lucret. lib. 4, 31.
Sedulitatem alicui. Plin. epiſt. 62. b.
Silentium. Liu. 9. bel. Pun. 130.
Eximia eſt virtus, prȩſtare ſilentia rebus. Ouidius 2. de Arte, 121.
Solicitudinem præſtare. Plin. epiſt. 29, 2.
Spem ſuam prȩſtare deis. Lucan. lib. 5, 9.
Vicem alicuius rei præſtare Plin lib. 20. cap. 17, 10.
Vires præſtare. Ouidius 1 de Ponto, eleg. 8, 8.
Vitam. Ouid. . epiſt. 11, 3.
Præſtare, *plus ſignificat, quàm Dare*. Seneca 1, de Clement, 2, Hoc eſt non dare tantùm ſalutem; ſed prȩſtare.
Prȩſtare aliquem ante ædes Plautus Moſtel. 15, 8.
Prȩſtare periculum. Cęſar in Commentarijs: Neque periculum prȩſtare eorum, ſed totam rem ad Pompeium reijcere.
Fidem promiſſi præſtare. Liu. 10. bell Pun. 55.
Fidem publicam Liu 2. ab Vrbe, 118.
Promiſſum. Liu. 3. bel. Maced. 109. Et 7. ab Vrbe, 71.
Vſuram Iuuenalis.
¶ Præſtare: *antecellere* Terent. Eunuch. 2. 2. 1,
Di immortales homini homo quid præſtat?
Culta incultis prȩſtant Lucret. lib. 1, 42.
Eloquentia cæteris preſtet. Quint. lib. 1.
Sed Priamus hic multo illi prȩſtat. Plaut Bacch. 20, 48.
Arte bellandi prȩſtabat Claudius. Silius lib. 13, 30.
Facie prȩſtare Horat. 2. Serm Satyr. 4, 15.
Ingenio preſtare. Lucret lib. 5, 12.
Mobilitate præſtare. Lucret. lib. 3, 87.
Præſtabant numero militum. Cæſar 3. bel. Ciuil. 177.
*Accuſatiuum cum ablatiuo aliquando regit* Liu. 5. ab Vrbe, 162, Vt nuntiare domum poſſint, quantum Galli virtute cęteros mortales prȩſtarent.
*Ablatiuum ſubijcit* Virg. 11 Aeneid. 8,
Ibo animis contra, vel magnum prȩſtet Achillem.
In arte aliqua prȩſtare. Lucret. lib. 5, 272.
Prȩſtat inter. Cæſar 2. bel. Gall. 284, Quòd ciuitas magna & inter Belgas authoritate, ac hominum multitudine præſtabat. Virg. 1. Aeneid 28,
----ſed motos prȩſtat componere fluctus.
Vires prȩſtandi habere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8, 8.
¶ Præſtandus. Amor præſtandus. Ouid 4. de Ponto, eleg. 10, 17.
¶ Prȩſtans. Præſtans virtute homo. Virg. 8. Aeneid.
Corpore & armis præſtans. Silius lib. 5, 35.
Prȩſtans animi præſtantia. Virg. 12. Aeneid. 4. Idem 6, Aeneidos 33,
—quo non prȩſtantior alter
Aere ciere viros, Martemq; accendere cantu.
Sapientię prȩſtantiſſimus. Tacitus libro 5.
Numero prȩſtantior omni Stat. 1. Achil 104.
Virginibus prȩſtantior omnibus Herſe. Ouidius 2. Metamorph. 145.
Hoc certè prȩſtantioribus, quo nihil nouere, niſi commune. Plin. lib. 11. cap. 5, 2.
Alijs aliud prȩſtantius. Lucret. lib. 2, 102.
Amor prȩſtantior Ouid 13. Metam. 163.
Corpore prȩſtanti Nymphę. Virg 1. Aeneid. 15.
Labor prȩſtans. Lucret. lib. 2, 3.
Munere prȩſtanti donare aliquem. Virg. 5 Aeneid. 73.
Nomina prȩſtantia Ouid. 2. Triſt 93.
Odium prȩſtans. Ouid. 13. Metam. 163.
Ordo prȩſtantior. Stat. 5. Sylu. 1, 20.
Victima labe carens, & prȩſtantiſſima forma. Ouid. 15. Metam. 27.
Viri prȩſtantes. Stat 6. Thebaid. 59.

¶ Præſtantia. Animi præſtantia. Quint. lib. 6. cap. 1, 19.
Præſtantia remedij. Plin. lib 12. cap. 3, 2.
¶ Præſtaturus. Vlpianus in l plane vbi §. quòd ſi rem. ff de legat 1.
¶ Præſtatio. Paulus de legatis 3. l. ſi plures gradus ſint hæredum Itaque ſi quis velit non omnes hæredes onerare legatorum præſtatione, ſed aliquot ex his, nominatim damnare debet.
PRAESTO] Plaut. Epid 13.46,
Tibi quidem quod ames, domi prę̨ſtò eſt.
Præſtò adeſſe. Terent Eunuch. 5.9.20,
Sed vbi eſt frater? c. prę̨ſtò adeſt.
Præſtò domi. Terent Heaut 1.1.120,
----iamdudum domi
Præſtò apud me eſſe aiunt.
Locus eſt præſtò Lucret. lib 2, 213.
PRAESTOLOR] Terent. Eunuch 5.6.5,
Quem præſtolare Parmeno hic ante oſtium Cæſar 2. bel. Ciuil 92. Huius aduentum L. Cæſar filius cum decem longis nauibus præſtolans.
PRAESTRINGO Plin lib. 18. cap. 34, 3; Præſtringit enim atque percellit hic radices arborum.
Tempora præſtrinxit fertis Stat. 5 Syl. 3, 23.
Fauce præſtricta laqueo. Ouid in Ibin, 110.
¶ Præſtringere: *Obtenebrare.* Liu. 10, bel. Maced. 24, Cum infragore cœli tonitribusq; & fulgoribus præſtringentibus aciem oculorum.
Lux ahena præſtringit oculos. Claud. 6 Paneg. 27.
Præſtringitur acies ferri, eborisq; nitor. Plin. lib. 7. cap. 15. 2, Idem lib 1 . cap. 14. 5, pe pomis acerbis: Vis, inquit, tanta; vt aciem gladij præſtringat.
PRAESTRVO] Colum. lib. 1. cap. 5. 8, Quippe ab imo præſtructa, valenter reſiſtent contra ea, quæ poſtmodum ſuperpoſita incumbent. Liu. 8. bel. Pun. 22., Fraus fidem in paruis ſibi prę̨ſtruit: vt, quum operę̨precium ſit, cum mercede magna fallat.
Præſtruo: *Obſtruo.* Aditum mortis præſtruere obijce. Ouid. 1. Faſt. 113. De Cato.
¶ Præſtructus. Hoſtis præſtructus bellis ciuilibus. Claud. de bello Getico, 58.
Prę̨ſtructus: *Arte præparatus.* Suet in Tiberio, cap. 53, Quum præſtructum vtrumq; conſulto eſſet, vt & ipſe tentandi gratia offerret, & illa quaſi certiſſimum exitium caueret.
PRAESVDO] Stat. 6. Theb. 1,
----ludumq; ſuper quo Martia bellis
Præſudare paret, ſeſeq; accendere virtus.
PRAESVLTO] Liu 7. ab Vrbe, 37. Quando adeò ferox prę̨ſultat hoſtium ſignis.
¶ Præſultator. Liuius lib. 2. ab Vrbe, Viſus Iuppiter dicere, ſibi ludis præſultatorem diſplicuiſſe
PRAESVLSVS] Colum lib. 6 cap. 2, Libralesq; offas in prę̨ſulſæ adipis liquamine tinctas.
PRAESVM] Ignibus æternis præeſſe. Ouid. 3. Faſt. 85.
Officijs alicuius. Ouid. 4. Faſt 77.
Templo. Ouid 3. de Ponto, eleg. 2, 3.
¶ Præſens. Plaut.
Agite ſi vultis, præda erit præſentium.
Præſens, & Abſens; *contraria.* Terent. Eunuch 1. 2. 112,
Cum milite iſto prę̨ſens abſens vt ſies. Idem Adelph. 1.
Præſens, abſensq; idem erit (1. 48,
Præſens prę̨ſenti adſum. Plaut. Moſt. 15. 27. Terent. Adelph. 4. 5. 34.
Quum hanc ſibi videbit præſens præſenti eripi,
Abduci ob oculis.
Præſente abſennte. Terent Eunuch. 5. 9. 29,
----poſtulo vt mihi tua domus,
Te præſente, abſente, pateat.
Præſente hoc, nolebam dicere. Terent. Hecyr. 4. 4. 90.
Præſente nobis. Plaut. Amphit. 8. 192,
Nec nobis præſente, aliquis, niſi ſeruos Africanus adeſt. Pomponius: Qui apud forum prę̨ſente teſtibus mihi vendidit. Idem: Siue ergo iſtuc præſente amicis inter cœnam. Varro in Marcellum: Id præſente legatis omnibus, exercitu pronuntiat. (39.
Præſens non ades Plaut Amph. 11. 2 Terent. Adelph. 3. 3.
Præſens inuiſit Liu 1. ab Vrbe, 251, Quin ſi vigor iuuentæ ineſt, conſcendimus equos, inuiſimusq; præſentes noſtrarum ingenia?
Prę̨ſens ſuccurre Virg. 9. Aeneid 82,
Tu dea, tu præſens noſtro ſuccurre labori.
Præſens ingenio Plin. lib 17. cap. 1, 4.
Aetas præſens. Horat 2. epiſt. 1, 9.
Animus præſens. Terent Phorm. 5. 8. 64,
Animo virili prę̨ſentiq; vt ſis, para. Virg. 5. Aeneid. 73,
Nunc ſicui virtus, animusq; in pectore præſens.
Præſenti animo dicere. Terent. Eunuch. 4. 6. 31.



Præſenti argento, vel pecunia, mercari, vel vendere. Plaut. Pœn 2, 89. Idem Menæch. 24. 99. Et Cap 6, 8.
Caſus præſentis in memor. Ouid. 4. Triſt. eleg. 1, 8.
Dolor præſens Lucret. lib. 6. 257.
Forma dei præſens. Stat 1. Sylu. 1, 13.
Hora præſens. Horat. 3. Carm. ode 8, 6.
Præſens malum Terent. Phorm. 5. 2. 16,
—præſens quod fuerat malum, in diem abijt.
Mors præſens. Virg. 1. Aeneid 19.
Pignore præſenti firmat animum. Virg. 3. Aeneid. 123.
In re præſenti. Liuius 10. bel. Maced. 73.
¶ Præſens: *non in præteritum modò accipitur, verumetiam in futurum.* Horat. in Arte, 9,
Pleraq; differat, & præſens in tempus omittat. Idem 2. Carm ode 16. 6,
Lætus in præſens animus, quod vltrà eſt
Oderit curare.
¶ Præſens: *Paratus.* Horat. 3. Carm ode 35. 1.
O' diua, gratum quæ colis Antium,
Præſens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus.
¶ Præſens: *Propitius.* Virg. 1. Georg. 2,
Et vos agreſtum præſentia numina Fauni. Terentius Phorm. 2. 2. 31,
Ea qui præbet, non tu hunc habeas plane præſentem (deum?
¶ Auxilium præſentius. Virg. 2. Georg 26.
Numen præſentius Quint. in Prooem lib. 4, 4.
Præſentior. Ouid. 2 Amor. eleg 8. 4.
At quanto, ſi forte refert, præſentior ipſe
Per Veneris feci numina magna fidē? Virg. 9. Aen. 50,
Dat ſignum cælo, quo non præſentius vllum
Turbauit mentes Italas.
Præſens Medicina. Col. lib. 2. cap. 14, 3.
¶ Prę̨ſentiſſimum remedium, ſanguis de aure emiſſus. Col. lib. 6. cap 14. 2.
¶ Præſentia. Terent Heaut 3. 3. 12,
Multa fert libido: ea prohibet facere tua præſentia.
Formæ aberat præſentia Ouid. 2. Faſt 136.
¶ Præſento: Quaſi præſens facio. Quint lib. 11. cap. 2. 1, Eadem illa vis non præſentat. Plinius de Viris illuſt 77, Caput ab Achilla Ptolemæi ſatellite, Aegyptio velamine inuolutum cum annulo Cæſari præſentatum eſt.
Præſentare *Referre:* Plin. lib. 37. cap. 10. 39. Sarcites bubulas carnes præſentat. Idem lib. 20 cap. 19, 3.
¶ Præſentaneus. Præſentanei boleti. Seneca epiſt. lib. 15. qui citò enecant.
Remedium præſentaneum ad dentium mobiles firmandos Plin. lib. 21. cap. 31. 4. Item, lib. 24. cap. 1. 3. Præſentaneum venenum.
¶ Præſentarius. Plaut Moſtel. 6. 14. Et Pœn 9. 92,
Quid ita? L. quia aurum poſcunt præſentarium.
PRAESVMO] Plin. lib. 36. cap. 11 7, Theophraſtus author eſt, potores in certamine bibendi præſumere farinā eius:
Dapes præſumere Ouid. 3. de Arte, 151.
Præſumere animo: *Præ agire.* Valerius lib. 1.
Præſumere ſpe bellum. Virg. 11. Aeneid. 4,
Arma parate animis, & ſpe prę̨ſumite bellum.
Fortunam. Tacitus libro 12.
Gaudium. Plin. epiſt. 10. lib 2, Vt tandem percipias gaudium, quod ego olim pro te non temerè præſumo.
Ingenium iudicio præſumi. Quint lib. 2. cap. 4, 5.
Lætitiam præſumere Plin. in Paneg. 132.
Mollitiem Horat. 2. Serm. Satyr. 3, 18.
Officia hæredum. Plin. epiſt 96.
Remedia. Tacit lib. 14.
Supplicium in aliquem Tacitus lib. 1.
¶ Præſumptus. Piacula præſumpta. Silius libro 5, 42.
Præſumpta opinio Quint. lib. 2. cap. 17. 18, Apud Tacitum: Præſumpta ſuſpicio.
Quies præſumpta Tacit. in vita Agricolæ.
Spes præſumpta Tacit lib 3.
¶ Præſumptio. Plin. epiſt. 180. lib. 9, Qui bonæ manſuræq; famæ præſumptione perfruitur, certusq: poſteritatis cum futura gloria viuit Quint. lib. 9, Mirè verò in cauſis valet præſumptio
PRAESVO] Plin lib. 12. cap. 19. 0, Mox præſuunt recentibus corijs quadrupedum ob id entercemptorium.
Haſta præſuta folijs Ouid 11. Metam. 1,
PRAETEGO] Plin. in Paneg. 27, quæ ſomnum ſaxa prę̨texerint, quod denique tectum magnus hoſpes impleueris.
PRAETENDO] Virg 9 Aeneid.
—& Marti prætendere muros.
Veſtem prætendere. Ouid 3. Amor eleg 5. 16.
Prætendere auribus. Plin. epiſt. 147 d lib. 7 ad Suram.
Prætendere retia. Plin lib 9 cap 8. 12, Qua de cauſa prę̨tendi non queūt retia, quę mole pōderis vllo modo tollerēt.
Præten-

Prætendere ſepem ſegeti. Virg.1,Georg.54.

¶ Prætendo: *Obtendo, prætexo.* Plin.epiſt.81,lib.4.ad Valerium Paulinum: Studeamus ergo: nec deſidię noſtrę pretendamus alienam. Quintil.in Pręfat.lib.1.13, de falſis Philoſophis: Sed vultum & triſtitiam, & diſſentientem à cæteris habitum, peſſimis moribus prætendebant.

Ignorantia prętendi non poteſt. Quintil.lib.7,cap.2,24.

Speciem lętam pretendere fraudi. Claud.2.Paneg.7.

Verba culpę prætendere. Ouid.2.de Remed.amor.48.

¶ Prætendere: *Præmonſtrare, exhibere.* Quintilianus lib.8,cap.3, Qui quum loricatus in foro ambularet, prætendebat ſe id metu facere.

Amicitiam, an ſtudium alicuius prætendere. Tacit.lib.20.

¶ Prætendere: *Præferre.* Virg.4,Georg.46,
—fumoſq; manu prętende ſequaces.

¶ Prætentus. Cuſpis prętenta. Ouid.3,Metam.17.

Veſte prętenta lichrymas coortas obtegis. Senec.Hipp.8,5.

Locus prętentus àquis Claud.1.in Ruffinum,15.

PRAETENER] Plinius libro 25,cap.13.12, Similis & nomine & effectu, ſed alia eſt capnos, fruticoſa, pretenera; folijs coriandri.

PRAETENTO] Plin.lib.11,cap.37.5, Cornua ſunt cochleis ad prætentandum iter.

Calliope querulas prætentat pollice chordas. Ouidius 5, Metam orph.68.

Vires prętentare. Ouid.8 Metam.2.

Miſericordiam iudicis prętentare. Quint.lib.4,cap.1,19.

¶ Prætentatus. Plin.lib.11,cap 37.17, Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu adimplent.

PRAETENVIS] Plin.lib.11,cap.15.1, Mel thymoſum non coit, & tactu prætenuia fila mittit. Idem l.b.8,cap.50.2, Solertiam eius animalis Mutianus viſam ſibi prodidit, in ponte prætenui.

PRAETEPEO] Ouid.2.Amor.eleg.3.2.
Mollis in obſequium, facilisq; rogantibus eſſes,
Si tuus in quauis prætepuiſſet amor.

PRAETER] Vltra. Quint. Multa erant præter hęc, quæ obijci meritò potuiſſent. Terent.Adelph.2.3.5,
Itaq; vnam hanc rem me habere, præter alios, præcipuam, arbitror.

Præter ripam ire. Liu.8.bell.Maced.80.

Præter mœnia ipſa fluere: Præter Caralliten paludem agmē ductum: Pręter Thebas Demetriadem curſum dirigerent: Præter oram Hetruſci maris Neapolim tranſmiſit. Liuius Decad 4.

Præter æquum. Terent Hecyr.2.1.29,
Meo labori haud parcēs, pręter ęquum atq; ętatē meā.

Præter ęquum & bonū nimiùm durus. Terent.Adel.1.1.39.

Præter ætatem Plaut Epid.3.3,
Præter ętatem & virtutem ſtultus es.

Præter cętera. Terent.And.1.1.31,
Horum ille nihil egregiè præter cætera Studebat.

Præter hæc Plaut.Sticho,6.21.

Pręter hac. Plautus Rud.24.73,
—ſi præter hac
Tu verbum faxis hodie, ego tibi comminuam caput.
Idem Menæch.16,15.

Præter libidinem Terent Heaut.1.2.27,
Fortaſſe aliquantò iniquior erat præter eius libidinē.

Præter morem atq; legem ciuium. Terent.And.5.3.8.

Pręter opinionem. Terent.Hecyr.5.1.37,
Nunc, quum ego te eſſe præter noſtram opinionem comperit, Fac eadem vt ſis porrò.

Pręter ſententiam omnia eueniunt. Plaut Merc.19,20.

Pręter ſolitum lætus, Virg.1,Georg.83.

Præter ſpem. Terent.And.2.6.5,
Præter ſpem euenit, ſentio: hoc malè habet virum.

¶ Præter: *Ante.* Plin.epiſt.31.c, Erit ergo pergratum mihi, hāc effigiem eius ſubinde intueri, ſubinde reſpicere, ſub hac conſiſtere, præter hanc commeare.

Pręter ora. Tacit.lib.20.

¶ Præter: *pro Præterquam.* Colum.lib.3,cap.2, Omnis incommodi patientes pręter caloris. Varro 1 de re Ruſt.cap.41.4, Quare ex terra potiùs in ſeminarijs ſurculos de ficeto, quā grana de fico expedit obruere, præter ſi aliter queas.

¶ Pręter: *Inſuper.* Plin lib 8,cap 42, ad finem: E`quo ferè qui homini morbi, pręterq; veſicæ conuerſio Idem lib.11,cap.4, ad finem: Habent autem oculos, præterq; è ſenſibus tactum atq; guſtatum.

PRAETERAGERE] Horat.1.epiſt.15.3,
Mutandus locus eſt, & diuerſoria nota
Præteragendus equus.

PRAETERBITO] Vide PRAETEREO.

PRAETERDVCO] Plaut.Milit 3.68,
Vt te hodie, quaſi pompam, illàc præterducerem.

PRAETEREA] Terent.Adelph.2.2.16,
Præterea aūt te aiunt proficiſci Cyprum. Virg.1.Aen.
—& quiſquam numen Iunonis adoret,
Præterea? aut ſupplex aris imponat honorem?

¶ Præterea. Virg.11,Aeneid.17,
Si duo præterea tales Idæa tuliſſet
Terra viros.

PRAETEREO] Terent.Eunuch 4.2.5,
—dum hæc puto,
Preterij imprudens villam.
Idem Adelph. 4.2.36,
Præterito hac rectâ plateâ ſurſum.

Præterire per vias. Plaut.Merc.24,46.

In plateâ modò huc, modò illuc pręterire. Catull. ad Aurel.15, 2.

Aeſtas præterit. Virg.2,Georg.65.

Aetas pręterijt ad agendum. Terent.Phorm.2,3,76.

Dies pręterijt. Terent. Phorm.3,2,40. Idem Eunuch.2.2.52,
Sine biduum hoc prętereat.

Vnda præterijt. Ouid.3.de Arte,13.

Pręterire malum. Terent.Hecyr.3,4,5.

Præterire aliquid. Terent.in Prolog.Adelph.14,
—pernoſcite,
Furtúmne factum exiſtimetis, an locum
Reprehenſum, qui præteritus negligentia eſt.
Ouidius 6.Faſtor.84,
Non tamen idcirco prætereunda mihi.

Preterijt me hæc res. Terent Hecyr.5.4.37,
An temerè quicquam
Parmenonem pretereat, quod facto vſus ſit?

Animo præterire ſuos annos. Ouid.2.de Ponto, eleg.2,13.

¶ Pręterire: *pro Antecellere,* Varro 1. de re Ruſt.cap.1 8, Hos nobilitate Mago Carthaginienſis pręterijt Pœnica lingua.

¶ Præterit: *pro, Præterijt.* Ouid.1.Faſt 9.
At Numa nec Ianum, nec auitas præterit vmbras.

¶ Præteriens. Populus præteriens. Ouid.3.Amor.eleg.1.11.

Currus præteriens. Tibul lib.2.eleg.6,17.

¶ Præteritus. O`mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos! Virg.8.Aen.112.

Labores præteritos meminiſſe Sil.lib.3.97.

Opus præteritum retexere. Ouid.1.de Remed amor.3.

Spatium temporis præteritum Lucret lib.3,171.

Præteriti, *dicuntur etiam extincti* Propert.lib.2.eleg.14.11,
Fas eſt præteritos ſemper amare viros.

Præteritus dolus eſt, ante litē contrà cōmiſſus. Vlp.in l.apud Celſum § quæſitum eſt an.ff.de doli mali & metus excep.

¶ Pręteriturus Ouid.3.de Arte aman.122,
Quaq; vigil cuſtos præteriturus eram.

¶ Preterbito. Frequenter eo. Plaut.Epid.10.1,
Caue præterbites illas ædes; quin roges,
Senex hic vbi habitat Periphanes Platenius?

PRAETEREQVITO] Liu.3.ab Vrbe,160, Prætere quitantesq; abſterrent.

PRAETERFERO] Liu.1.bel. Pun.216. Mago Numideq;, ſimul latebras eorum improuida pręterlata acies eſt, exorti, à tergo ingentem tumultum ac terrorem fecêre.

¶ Pręterlatus Lucret.lib 4.115,
At quæ pars vocum non aures accidit ipſas,
Præterlata perit, fruſtra diffuſa per auras.

PRAETERFLVO] Varro 3. de re Ruſt. cap.16.20, quę præterfluat, aut in aliquem l cum influat.

PRAETERGEO] Lucret.lib.4, de aere:
Et quaſi pręterget pupillas, atq; ita tranſit. Ibidem:
Et noſtros oculos pręterget longior aura.

PRAETERIENS] Vide PRAETEREO.

PRAETERLABOR] Virg.3.Aeneid.
Et tamen hanc pelago præterlabere neceſſe eſt.

Tumulum præterlabi. Virg.6,Aen.175.

PRAETERMEO] Lucretius:
Sæpe ſalutantem tactu, pręterq; meantum.

PRAETERMITTO] Terentius Adelph.3.3.60,
Nihil pretermitto: conſuefacio.

Hæreditatem prætermittere. Neratius in l. qui patri. ff. de acquir.vel omit.hered. Qui patri hæres exſtitit, ſi idem filio impuberi ſubſtitutus eſt, non poteſt hæreditatem eius prætermittere.

Occaſionem Liu.5.bel.Pun.163.

Vitia animi. Lucret lib 4,232.

Voluptates prætermittere. Stat.3.Syl.2.17,
—an facili te prætermiſerit vnda
Lucani rabida ora maris?

PRAETERNAVIGATIO] Plinius libro 4,capit.12.6, Ab hac Aegina liberæ conditionis XVII.M.P. cuius XX.M.P pręternauigatio eſt.

PRAETERO] Plin.lib.11,cap.37, Frater eius non mutauit primores, ideoq; prætriuit.

PRAETERPROPTER] Ennius initio Iphigeniæ;

Incertè erat animus; pręterpropter vitam viuitur. Gellius lib 19, cap.10.

PRAETERQVAM] Terent. And.4.5.14,

—verbum ſi mihi
Vnum, pręterquam quod te rogo, faxis; caue.

Præterquàm: *Aliter quàm.* Liu. lib.1, Vocata ad conſilium multitudine, quæ coaleſcere in populi vnius corpus, nulla re, pręterquàm legibus, poterat, iura dedit.

Præter, quàm: *interpoſita altera dictione* Plaut. Perſa, 10.38,

Virgo atq; mulier nulla erit, quin ſit mala,
Quæ præter ſapiet, quàm placet parentibus.

Præterquàm quòd. Terent. Heaut.2.4.20,

Præterquam tui carendum quòd erat.

Pręterquàm ſi. Plin.lib.8, cap. 25. 7. Tergoris ad ſcuta, galeasq; impenetrabilis, præterquàm ſi humore madeat.

Præterquàm ſemper Gell.lib.15, cap.1, Declamauerat Antonius Iulianus rhetor, pręterquàm ſemper alias, tum verò nimiùm quàm delectabiliter & fœliciter.

Præterquàm etiam. Celſus: Aqua verò frigida infuſa, præterquàm capiti, etiam ſtomacho prodeſt.

PRAETERRADO] Lucret lib.4.108,

Præterradit enim vox fauces ſæpe.

PRAETERVEHO] Littora præteruectus aquis. Statius 5, Thebaid.95.

Oſtia præteruehi Virg.4, Aen.138.

Præteruehere: *pro, Præteruehi.* Sueton in Auguſto, cap.93, C. Nepotem, quòd Iudæam pręteruehens apud Hieroſolymam non ſupplicaſſet, collaudauit.

PRAETERVOLO] Haſta præteruolat auras. Sil.lib.10,23.

PRAETEXO] Auſonius: Tu Auguſte venerabilis, diſtrictus maximo bello, aſſultantibus tot millibus Barbarorum quibus Danubij ora prætexitur. Ouid.1.de Arte, 51.

Quid referam Baias, prætextaq; littora velis? Plin. prætexta tuguriorum poſuit: lib.16, cap.9.

Littora prætexere. Virg.6, Aeneid.1.

Prætexere retia. Plin.lib.16, cap.1,2.

¶ Prætexere: *Cooperire.* Plin.lib.6, cap.25.3, Semper fuit Parthia in radicibus montium ſæpiùs dictorum, qui omnes eas gentes prætexunt.

Prætexere authores, quos ſequamur. Plin.lib.18, cap.3,18.

¶ Prætexere *Obtendere.* Virgil.4, Aeneid.100,

Non tamen Anna nouis prætexere funera ſacris,
Germanam credit. Ibidem, 54,
Coniugium vocat: hoc prætexit nomine culpam.

¶ Prætexens. Tibull.lib.1.eleg.4 9.

Quamuis prætexens pictâ ferrugine cœlum.

¶ Prætextus Particip. Templum prætextũ. Ouid.5. Faſt.113.

¶ Prætextus: Verbale. Suetonius in Tiberio, cap.28, Omniũ inimicitiæ hoc prætextu ad vos deferentur.

¶ Prætextum. Sueton. de Cæſare, capite 30, Et prætextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit: cauſas autem alias fuiſſe opinantur, Seneca epiſt.72, Sed illud pulcherrimum capi prætextum optimates, &c.

Prætextum tugurij. Plin lib.12, cap.9.

¶ Prætexta. *Subſtantiuè.* Genus veſtimenti quo pueri vtebãtur vſq, ad annum decimumſeptimum. Ouid.4. de Ponto, eleg.9.9. Horat.1. Serm. Satyr 5 8.

Facibus ceſſit prætexta. Propert.lib 4.eleg 12,7.

Demiſſa prætexta ad talos. Quint.lib.5, cap.13,31.

Docere prætextas. Horat.in Arte, 59,

Vel qui prætextas, vel qui docuêre togatas.

Inſectari prætextam. Quint li.5, cap.13.31, Non hęc ſolùm; ſed ipſam & prætextam demiſſam ad talos inſectatos eſt.

¶ Prætextatus. Iuuenal. Satyr.10.31,

Nec pretextatũ rapuit Nero loripede, vel Strumoſum.

Prætextatæ puellæ. Catul.epigr.56,37.

Prætextati anni. Plin.lib.33. Aetas prætextata. Gellius lib.1. Noctium Atticarum.

Prætextati mores. Iuuenal. Satyr.2,17.

PRAETIMEO] Plaut. Amphit.3.29,

Mirari non eſt æquum, ſi ſibi prętimet.

PRAETOR] Liu lib.5. ſcribit, primum Prætorem ex Patribus, qui ius in vrbe diceret, creatum fuiſſe: penès quem magiſtratũ omnis publici priuatiq; iuris poteſtas, vt & nouum ius condere, & vetera abrogare, facultas eſſet.

Honoratus Prætor Ouid.1. Faſt.11.

¶ Prætorius Author Prętorius Horat.2. Satyr. Serm.2,10.

Donec vos author docuit Prætorius.

Claſſica prætoria Propert lib.3.eleg.3.9.

Cognitio prætoria. Quintil.lib.3, cap.6,51.

Cohors prætoria. Tacit.lib.11.

¶ Prætorium: Domus in qua Prætor habitat. Liuius lib.3, Quercus ingens arbor, prætorio imminebat: cuius vmbra opaca ſedes erat.

Prætorium: *magnifica & ampla domus.* Sueton. de Caligula, cap.37, In exſtructionibus prætoriorũ atq; villarum, omni poſthabita ratione, nihil tam efficere concupiſcebat, quàm quod effici poſſe negaretur. *Idem in Auguſto,* cap. 72, Ampla & operoſa prætoria grauabatur. Vlpianus in l. plenum autem. ff de vſu & habitatione. Plenum autem vſum habere debet, ſi & villæ & prætorij relictus eſt.



Prætorium *locus in quo Prætor ius dicit.* Liuius: Fuluius, ne id ipſum impedimento incepto foret, dimittens. Prætorium, Tribunis militum ac præfectis ſociorum imperauit, &c.

¶ Prætorianus. Plin. lib.6, cap.29. 18, Nuper renuntiauêre principi Neroni, miſſi ab eo milites Prætoriani cum Tribuno ad explorandum, inter reliqua bella & Aethiopicum cogitanti.

Prætoriana comitia. Liu.2. bell. Pun.150.

¶ Prætoritius. Martial.lib.8.34, Prætoritia corona.

¶ Prætura. Plin.lib.14, cap.22 6, Ad Proconſulatum vſque à prætura honoribus geſtis.

Egredi pręturam. Tacit.lib 3.

PRAETORIVS] Colum.libro 3, cap.18.1, Iulius Atticus prætorto capite & recuruato.

PRAETREPIDANS] Catull epigr.43.7,

Iam mens prætrepidans auet vagari.

PRAETRVNCO] Plautus Capt 15.7,

Atripuit gladium, pręttruncauit tribus tergoribus glãdia.
Idem Milit 6.47,
Nónne tibi iſtã pręttruncari linguam largiloquã iubes?

PRAETVMIDVS] Furor pręttumidus. Claud.1 in Ruffin 46.

PRAEVALEO] Plinius: Vtræque in precio ſunt; ſed tamen pręvalent margaritę. Idem lib.10 cap.6 1, Vulturum pręualent nigri.

Arcu præualere. Stat. Achill.25,

Quiſquis equo, iaculoq; potens; qui pręualet arcu.

¶ Pręualet: *Imperſonale.* Catul.epigr.6.3,

Nam mi pręualet, iſta nil tacere.

Præualet, *cum Infinitiuo* Paulus in l.cum qui.§.ſi iniuria.ff.de iniurijs. Præualet (quod principale eſt) iniuriam eum mihi facere velle.

¶ Præualentia. Paulus in l. in rem actio. D. de rei vendicatione.

¶ Præualeſco. Columell.libro 5, cap.6.15, Vitem quoq; antè, quàm ex toto præualeſcat arcor, conſerere conuenit.

¶ Præualidus. Præualida vrbs Liu.6.bell.Pun.84. Sic lib.7, 18, Præualidus iuuenis.

Manus pręualidæ Ouid.epiſt.9,16.

Tellus pręualida. Virg 2 Georg.51.

Vites præualidę. Virg.2, Georg.39.

Vitia pręualida & adulta Tacit.lib.3.

Præualidi prouincialium. Tacit.

¶ Præualidè. Plinius libro 17, capit.14 9, Hoc maximè præcauendum, vt pręualidè accipientis trunco in media fiſſura relinquatur.

PRAEVARICOR] Plin lib.18, cap.19.5, Arator, niſi incuruus pręuaricatur.

Pręuaricari: *Colludere.* Vlpianus, De ijs qui notantur infamia. l.athletas. Qui præuaricatur, ex vtraq; parte cõſiſtit; quinimò ex aduerſa.

¶ Præuaricator. Martianus, ff ad S. C. Turpilianum. l. 1. Præuaricatorem eſſe cum oſtendimus, qui colludit cum reo, & translatitiè munere accuſandi defungitur Vlpianus in l authletas ff de his qui notantur infamia. Præucricator autem eſt, quaſi varicator, qui diuerſam partem adiuuat, prodita cauſa ſua.

¶ Pręuaricatio. Plinius Iunior ad Cor. Tacitum, lib.1. epiſt. 20, Alioqui preuaricatio eſt, tranſire dicenda: præuaricatio etiam, curſim & breuiter attingere, quæ ſint inculcanda, infigenda, repetenda.

Crimina preuaricationum. Quint.lib.2,22.

PRAEVEHO] Liuius 9. ab Vrbe, 185, Sed Equites Romani, præuecti per obliqua campi, quum ſe fugientibus obtuliſſent.

Equo pręuectus. Silius lib 7,24.

PRAEVELO] Claud.2 de rapt. Proſerpinę, 65,

Flammea ſollicitum preuelatura pudorem.

PRAEVELOX] Plin.lib.11, cap.31.1, Formicę odore ſollicitatę prouolant, crebroq; lacerant, quamuis præuelocibus camelis fugientes.

PRAEVENIO] Liu.4. bel. Pun.94. Cæterùm præuenerat, nõ fama ſolùm, qua nihil in talibus rebus eſt celerius; ſed nuntius etiam ex regijs ſeruis.

Præuenire deſiderium alicuius. Liu.8 ab Vrbe, 85.

Præuenit germinatione arbor. Plin.lib.16, cap.26,2.

Pręueniri nota malitiæ. Plin.lib 11, cap.52.4, Qui carnoſus à naribus angulos habent, malitiæ nota præuenti.

Præuenio, *interpoſita dictione.* Virg 8 eclog 1,

Naſcere, præq; diem veniens age Lucifer almum.

¶ Præuentus. Tacit.lib.17, Præuentamq; gratiam intelligit.

PRAEVERBIA] Varro lib.5. de Ling. Lat.

PRAEVERTO, & PRAEVERTOR] Virg 1. Aen. 65,
—volucremq; fugâ præuertitur Hebrum.
Tacit. lib. 4, Aut ſi quando ad interna præuerterent.
Præuerti foras. Plaut. Amph. 15, 24.
Præuertere aliquem præ Repub Plaut. Amph 6, 30.
Curſu pedum præuertere ventos. Virg. 7 Aen. 162.
Ipſe pedes præuertit volantem equum Sil. lib. 8, 111.
Fata præuertunt me Ouid. 2. Metam. 132.
Præuertere alicui poculum. Plaut. Mil. 10, 58.
Præuertere animos amore Virg 1. Aen. 146.
Præuertere metum ſupplicij fugâ Liu. 4. bel Pun.
Luctum metus præuertit. Ouid. ad Liuiam, 80.
Nefas præuertere morte. Senec. Hippol. 2, 3.
Præuerti aliquid rebus omnibus. Plautus Ciſtel. 11, 8. Idem Mercatore, 7. 33.
Otium non eſt: mandatis rebus præuorti volo. Liu. 2. ab Vrbe, 103, Nec poſſe, quum hoſtes propè ad portas eſſent, bello præuertiſſe quicquam. *Ibid.* Aegrè impetratũ à Tribunis, vt bellum præuerti finerent.
Præuertere ſerio, quod dictum eſt ioco. Plaut. Amph. 10, 40.
Præuerti pigritiæ. Plaut. Merc. 4. 3.
Illuc præuertamur. Horat. lib. 1. Serm. Sat. 3. 8. Col. lib. 1. cap. 7, Non intempeſtiuum eſt, nos ad ea præuerti, quæ videntur hunc publicum errorem corrigere poſſe.
¶ Præuertere: *Præponere.* Gellius lib 4. cap. 3, Iuſiurandi religionem animo atq; amori præuertiſſe; quod iurare à Cenſoribus coactus eſſet, vxorem ſe liberorum quærendorum gratia habiturum.
¶ Præuerſum fulgur, inquit Feſtus, quod ignoratur, noctu an interdiu ſit factum.
PRAEVETO] Silius lib 13.
PRAEVIDEO] Terentius And. 1. 2. 12,
Herus eſt; neq; præuideram.
Aliquem præuidere. Horat. 1. epiſt. 7, 14.
Ictum venientem præuidit. Virg. 5, Aen. 89.
Cunctaque mens oculis præuidet illa ſuis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6, 7.
¶ Præuiſus. Cultros præuiſos timet hoſtia Ouid. 1. Faſt. 65.
PRAEVINCIO] Gell. lib. 15. cap. 10, Cum eodem laqueo, qui eſſent præuincti, efferrentur.
PRAEVITIO] Ouid. 14, Metamorph. 11,
Hunc dea præuitiat, portentificisq; venenis
Inquinat.
PRAEVIVS] Ouid. 11, Metamorph 14,
Nunc præcedentem ſequitur; nunc præuius anteit.
Agmina præuia. Stat. 2. Sylu 1, 36.
Turba præuia. Ouid. 1. de Arte, 109.
PRAEVMBRO] Tacitus: Fama, in quantum præumbrante imperatoris faſtigio datur, clarus.
PRAEVOLO] Plautus Milit. 3,
Curamq; adhibere, vt præuolet mihi, quò tu velis.
PRAEVRO] Plin. lib. 3. cap. 20 2, Cæteri ferè Lepontios, relictos ex comitatu Herculis, interpretatione Græci nominis credunt, præuſtis intra ſinus Alpium niue membris.
¶ Præuſtum Liuius 1. ab Vrbe, 145, Vt Fecialis haſtam ferratam aut ſanguineam præuſtam ad fines eorum ferret.
PRAGMATICVS] Pragmatici erant homines quidam, forenſis profeſſionis, qui cauſarum actores, interdum iuris ignaros monebant, iuris reſponſa, formulasq; actionum ſubminiſtrantes, quaſi admonitores poſtici, dicendorũq; ſuggeſtores, quum ad iuris diſceptationem ventum erat. Quintil lib. 12. Iuuenal. Satyr. 7. 13.
—ſi contigit aureus vnus:
Indè cadunt partes in fœdera pragmaticorum. Martial. lib. 12. 69,
Frumentum, militum, priſanamq; ſolebas
Vendere pragmaticus; nunc emit agricola.
¶ Pragmatica ſanctio, eſt quę à Principe conceditur, adhibita cauſæ cognitione l. vltim. de diuerſ. reſcript. lib. 1. C.
PRAMNIVM] Generoſi vini genus, quod in Smirneorum agro naſcebatur. Plin. lib. 14, cap. 4.
PRANDIVM] Cibus qui ante meridiem ſumitur. Sueton in Vitellio, cap. 13, Epulas trifariàm ſemper, interdum quadrifariàm diſpertiebat: in ientacula, & prandia, & cœnas, comeſſationesq;.
Prandium abſtemium. Gell. lib. 13, cap. 29.
Plebeia prandia. Perſ Satyr. 5, 2.
Finire prandia nigris moris. Horat. 1. Serm Satyr. 4, 5.
Prandium, *non fuiſſe præcipuum cibum antiquis.* Celſ. lib. 4, Famem faciliùs fert adoleſcens, quàm puer; & vno cibo, quàm prandio quoq; aſſuetus.
¶ Prandiculum. Feſtus; Prandicula antiqui dicebant, quæ nunc ientacula.
¶ Prandeo Plautus Rud. 22. 29,
Sed his rex cum aceto pranſus eſt atq; ſale. (3. 40.
Luſcinias ſoliti impenſo prandere coemptas. Hor. 2. Ser. Sat.
Olus prandere. Horat. 1. epiſt. 18, 3.
¶ Pranſus. Horat. 1. Serm. Satyr. 6. 26,
Pranſus non auidè.
Pranſi, inquit Nonius, non ſolùm qui panderent, dicuntur; ſed etiam quibus nihil deſit. Varro: Quare ô Marce, pranſum ac paratum eſſe hoc minimè oportet.
¶ Pranſito. Plautus Aſin. 3. 18,
Vbi flent nequam homines qui polentam pranſitant.
¶ Pranſor. Plautus Menæch. 8. 2,
Bonum anteponam prandium pranſoribus.
¶ Pranſorius. Pranſorium candelabrum. Quint. lib. 6, cap. 3.
PRASINVS] viridis. Martial. lib. 10. 29,
De noſtra praſina eſt ſyntheſis empta toga. Plautus.
Praſina, coccina, tyria, vocale, ſocos, monilia amiſit.
Plin. lib. 37, cap. 10. 38, Praſinus color.
PRASIVS] Gemma quædam è viridantium genere. Plinius Plin. lib. 37, cap. 8, 5.
PRASOIDES] gemma ex genere Topaziorum. Plinius libro 37, cap. 8.
PRASON] frutex marinus, folijs latis, colore viridi. Plinius lib. 14, cap. vlt.
PRATVM] dicitur, authore Vlpiano, De verb ſignif. In quo ad fructum præcipiendum falce duntaxat opus eſt: ex eo quòd paratum ſit ad fructum capiendum. Colum. lib. 2, cap. 17. 1, Varro 1. de Re ruſt. cap. 7, 6. & Plin. lib. 18. 5. 4, Virgil. 3. eclog. 13,
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Floridior prato. Ouid 13, Metam. 170.
Inſtar triginta iugera prati. Catul. epig. 110, 1.
Aſia prata. Virg. 1, Georg. 77.
Crocea. Claud. 5. Paneg. 54.
Mollia. Virg 2, Georg. 77.
Nouella. Ouid. 2. de Arte, 140.
Viride pratum. Ouid. 1, Metam 60.
Nec prata canis albicant pruinis. Horat. 1. Carm. ode 4, 1.
Non prata viridi facie lęta germinant. Senec, Herc fur 9, 17.
Aperto prato ludere. Senec Herc fur. 2, 4.
Ouis paſcit pratum. Ouid. 1. Faſt 77.
Rigent prata. Horat 4. Carm. ode 12. 1.
Ante nouis rubeant quàm prata coloribus. Virgilius quarto, Georgic. 61. (to.
Area gramineo ſuberat viridiſſima prato. Ouid, in Fragmẽ-
Subſecare prata tenerrima. Ouid. 1. de Arte, 60.
Verrere pratum pectine. Ouid. 4, Faſt. 140, Hæc modò verrebat cum raro pectine pratum.
¶ Pratulum. Plin. Iun. lib 5. epiſt. 6. ad Apollinarem.
¶ Pratenſis. Colum. lib. 6. cap. 3, 3, Pratenſe fœnum. Plin. lib. 21, cap. 8 5, Pratenſes flores.
Fungi Pratenſes Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 4.
PRAVVS] Talis prauis fultus. Horat. 1. Serm. Satyr. 3, 10.
Prauo naſo viuere. Hora. in Arte, 8.
Regula praua Lucret lib. 4, 105.
¶ Prauus: *ad animum refertur* Terent. Adelph 5. 8. 22,
Etſi hoc mihi prauum, ineptum, abſurdum atq; alienũ à vita mea Videatur.
Malus, prauusq;. Plin. epiſt. 9, lib 3.
Ambitio praua. Horat. 1. Serm. Satyr. 6, 12.
Stultitia. Horat. 2. Serm Satyr. 3, 44.
Prauus homo: *præfractus.* Senec. lib. 1. de Ira. Cn. Piſo vir fuit memoria noſtra integer: ſed prauus, & cui placebat pro conſtantia rigor.
Tenax praui Virgil. 4, Aeneid. 38.
Praua iubens ardor ciuium. Horat. 3 Carm. ode 3, 1.
Obnoxius prauis Horat. 2. Serm. Satyr. 7, 2.
¶ Prauiſſimus. Tacit lib. 15, Præualuerat ea tempeſtate prauiſſimus mos.
¶ Prauè. Horat in Arte, 18.
Prauè colere religiones. Liu. 1. ab Vrbe, 130.
¶ Prauitas. Colum. lib. 4, cap. 20, Prauitas ſtaminum.
Inemendabilis prauitas. Quintil. lib. 1, cap. 1, 27.
PRACTICVS] Artes dictæ ſunt quędã practicę quę in exercitatione & ipſa actione conſiſtunt. Quint. lib. 2. cap. 18, 2.
PRECIAE] vuæ apud Virgilium legitur, 2. Georg. 20,
Purpureæ, preciæque, & quo te carmine dicam
Rhetica?
PRECIVM] Vide PRETIVM.
PRECOR] Plin. in Paneg 124. Atque hoc magis incenſi ſumus vt precaremur; nequando tibi non eadem cauſa lachrymarum.
Numen cœleſte præcari. Ouid. 1, Metam 78.
Numina Palladis. Virg 3, Aen. 109.
Bonas preces. Cato cap. 134, 1.
Parce, precor. Horat. 4 Carm. ode 1, 1.
Pro aliquo precari. Ouid. 3. Metam. 123.
Ad deos. Liu. 8. bell. Maced. 187, Quos adorent, ad quos precentur & ſupplicent, Ambracienſibus ſupereſſe.

Animo & voce. Ouid.lib.2. de Ponto,eleg 6,4.
Sonis blandis.Ouid.1.de Remed.Amor.67.
Voce grata,Senec. Agamem.6,12.
Voce timida. Ouid.epiſt.18,11.
Vultu pro verbis. Ouid.2.Faſt.123.
Veniam.Virg 3,Aen.29.
Mortem.Ouid.1.de Ponto,eleg.2,12,
Sæpe|precor mortem, mortem quoq; deprecor idem.
Precari alicui bonam vel malam fortunam. Quintil.in epiſtola ad Triphonem.Et oram ſoluentibus bene precemur. Horat.2.Serm.Satyr.7,8.
Dira precari alicui. Tibull.lib.2.eleg.7,4.
Tentare iterum precando. Virg.4,Aen.83.
¶ Precans Mitis precanti. Stat.1. Theb.38.
Dextera precans.Virg 12,Aen.186.
Verba precantia.Ouid.7,Metam.120.
¶ Precandus. Modeſtia precanda. Tacit.lib.4.
¶ Precaturus.Ouid.ad Liuiam,39.
Larga precaturi ſumite vina manu. Ouid.2.Faſt.128.
¶ Precatio. Liu.1.bell,Maced.16. Secundùm rem diuinam precationemque, vt de Repub. deque prouincijs Senatum conſulerent.
Vti noua precatione.Quint.in Procem.lib.4,3.
Precatione rem tranſigere.Liu 9 ab Vrbe,22.
¶ Precator. Terent.Heaut.5.2.23,
Nemo accuſat,Scyre,te; nec tu aram tibi neq; precatorem pararis. Ibidem,49.
¶ Precatrix. Aſconius in 3.Verr. de nominibus Sabinarum plures tribus factæ,quibus precatricibus bellum parentum maritorumq; finitum.
¶ Precis. Quint.lib.3, cap.10, Hac illi opus eſt occaſione,ne eum talium precum pudeat.
Nullus locus preci Terent. Phorm.3.3.14. Idem And.34,22.
Nihil eſt preci loci relictum: iam perturbaui omnia.
Tempus aptum precibus. Ouid.2.de Ponto,eleg.2,14.
Blande iuuenum preces. Horat.4.Carm.ode 1,2.
Docta prece blandus. Horat.2.epiſt.1,28.
Exiguæ preces.Ouid 1.de Arte,89.
Graues.Propert.lib.1.eleg.6,2.
Humiles.Claud.3.de rapt.Proſer.59.
Pudicæ.Ouid.epiſt.1,17.
Sacrificæ.Senec.Medea,2.8.
Spretæ.Ouid.1,Metam.141.
Accipere ſuperbiùs alicuius preces. Tacit.lib.2.
Addere precibus lachrymas. Ouid.epiſt.4,35.
Addere minas precibus.Ouid.2,Metam.80.
Caſtis precibus adire templa. Senec.Hippol.2,5.
Agitare animum precibus. Quint.lib.4,cap.1,23.
Sollicitâ prece ambire aliquem.Horat.1.Carm.ode 35,1.
Annuere precibus.Ouid.8,Metam.71.
Iuſtis precibus aſſentire. Ouid 3,Metam.82.
Blandiri alicui precibus.Ouid.2. de Arte,106.
Vanæ preces ſine carent.Ouid.2.de Ponto,eleg.7,1.
Cogere aliquem prece.Horat.1.epiſt.9,1.
Complecti preces.Ouid.10,Metam.96.
Concipit illa preces,& verba precantia dicit. Ouid.14, Metamorph.73.
Concipere preces per noua vota. Ouid.3.Amor.eleg.6,9.
Caducas preces concipere.Ouid.1.Faſt.37.
Conſumptis precibus violentam tranſit in iram. Ouidius 8. Metamorph.22.
Decurrere ad miſeras preces.Horat.3.Carm.ode 29,12.
Demittere ſe in preces humiles. Claud.de rapt. Proſerp.59.
Deſcendere ad preces.Senec.Hippol.5,16.
Deſcendere in preces. Virg.5,Aen.157.
Deſpuere preces alicuius. Catull.ad Licinium,47.4.
Hoſtili prece deteſtari aliquem. Ouid.15,Metam.101.
Dare preces. Valer.2.Argon.67,
—date vina precesq;.
Dare preces alicui.Quint.lib.6,cap.1,21.
Dare manus precibus.Ouid.3 Faſt.138.
Erubeſcere preces.Claud.1.de raptu Proſerp.14.
Excipere preces blandas molliter.Ouid.1,de Arte,17.
Pacem precibus expoſcere.Virg.3,Aen.53.
Fallere preces voce.Ouid.5.Faſt.136.
Fatigare aliquem prece. Horat.1.Carm.ode 2,6.
Ferre preces alicui. Virg.8,Aen.12.
Supplici prece flectere.Senec. Herc.fur.7,10.
Flecti precibus.Virg.2,Aend.138.
Frangi precibus.Ouid epiſt.1,18.
Fundere preces.Virg.5.Aen.47.& lib.6,11.
Immiſcere preces. Virg.10.Aen.31.
Implorata prece Pollucis. Catul ad Mallium,epigr.63,13.
Solennes ſatis eſt voce mouere preces.Ouid.6.Faſt.125.
Moueri prece.Ouid.epiſt.7,1.
Obliquare preces. Stat,3,Thebaid.76.

Per precem orare.Plaut.Capt.5,50.
Tacita prece petere aliquid. Horat.1.epiſt.14,3.
Placare prece cælites.Senec.Agamem.7,22.
Emaci prece poſcere aliquid.Perſ.Satyr.2.3.
Proſequi aliquem prece. Horat.4. Carm.ode 5,7.
Repugnare precibus.Ouid.11,Metam.48.
Reſiſtere precibus. Senec.Hippol.8.6,
Tentata precibus reſtiti.
Retentare preces. Ouid.14,Metam.76.
Succumbere precibus.Ouid.epiſt.3,19.
Totus eſt in prece.Ouid.6.Faſt.51.
Tentare precibus.Ouid.2.Amor.eleg.3,3.
Tollere preces. Ouid 3.Faſt.40.
Vinci precibus.Senec.Hippol.2,32.
Vocare aliquem precibus. Virg.7,Aen.27.
Iratis precibus vrgere Horat.2 Serm.Satyr.6,6.
¶ Precarius. Anima precaria. Tacit.lib.1, Meq; precariam animam inter infenſos trahere.
Auxilium precarium,non iuſtum ferre.Liu.8.ab Vrbe.
Imperium precarium. Tacit.lib.17.
Ius.Tacit.de Germanis.
Libertas precaria.Liu.lib.9 bell.Maced.
Opem orare precariam.Liu.3.ab Vrbe,194.
Vita precaria.Tacit.lib.20.
¶ Precariò. Plaulus Iureconſultus: Precariò habere videtur, qui poſſeſſionem corporis vel iuris adeptus , ex hac ſolummodò cauſa, quòd adhibuit preces , & impetrauit, quod ſibi poſſidere aut vti liceat:veluti, ſi me precariò rogaueris, per fundum meum ire, vel agere liceat. Plinius de Viris illuſtr. 7.2, Seruius Tullius quaſi precariò regnare cœpit.
¶ Precatiuus. Vlpian.titulo 24.eius libri,qui inſcribitur,Tituli ex corpore Vlpiani. Ea quæ precatiuo modo relinquũntur,fideicommiſſa vocantur.
¶ Precatiuè.Vlpian.titulo 25. eiuſdem libri Fideicõmiſſum. eſt,quod non ciuilibus verbis, ſed precatiuè relinquitur.
PREHENDO,& PRENDO]
Prehendere tribus digitis. Plin.lib.20, cap.17,16.
Fugientia prehendere poma.Ouid.epiſt.17,37.
Oras prendimus fugientis Italiæ. Virg 6,Aen.11.
Prendo amicos,ſupplico,ambio domos. Plin.epiſt.9.lib.2.
¶ Prendendus. Ouid.2. de Ponto,eleg.6,
Brachia da laſſa potiùs prendenda natanti.
¶ Prenſus,ſiue Prehenſus. Senec. Troade,12,9.
Sic illa dextera prenſus hoſtiii puer ferox.
Prehenſus manifeſto furto Gellius lib.11,cap.18.
Prehenſus furti manifeſti.Gellius ibid.
Corpora prenſa manu. Virg.3,Aen.125.
¶ Prenſurus.Ouid.epiſt.10.2,
Incertum vigilans,an ſomnò languida moui,
Theſea prenſurus ſemiſopita manus.
¶ Prehenſio Varro apud Gellium:In magiſtratu,inquit, habent alij vocationem,alij prehenſionem , alij neutrum.
¶ Prehẽſo,ſiue Prenſo.Liu.ab Vrbe,li.1.207,His muheribus inſtinctus furijs Tarquinius, circumire, & prehenſare minorũ maximè gentiũm patres admonere paterni beneficij.
Manu prenſare brachia.Horat.1.Serm.Satyr.9,13.
Genua circumſtantium prenſare.Tacit.lib.1.
Prenſant faſtigia dextris.Virg.2,Aen.89.
Prenſare conſilium.Liuius 2.bell,Pun,212.
¶ Prenſans.Virg.4.Georg.101,
Prenſantem nequicquam vmbras.
Tumulos prenſans. Ouid.13,Metam.85.
Lubrica prenſantes effugit vmbra manus.Ouid.5.Faſt.95.
PRELVM]trabs qua vua vel oliua pmitur.Virg.2,Georg.49.
—tu ſpiſſo vimine quallos,
Collaq; prelorum. Mrtial.lib.1.110,
Non hæc pelignis agitur vindemia prelis.
¶ Prela:*inſtrumenta preſſoria*. Plin.lib.13,cap.12.3, de chartis loquens:Premitur deinde prelis, & ſiccantur ſole plagulæ, atq; inter ſe iunguntur.
PREMELLERE]litem promouere.Paulus, apud Feſtum.
PREMO]Virgil.10,Aeneid.100,
— & læuo preſſit pede talia fatus,
Exanimum rapiens immania pondera baltei. Plinius libro 21,cap.2.14,Pollices,quum faueamus, premere etiam prouerbio iubemur.Columel.lib.12,cap.39.2,Prelo premere.
Arctè premere.Lucret.lib.4,217.
Premo,& Defendo,*contraria*. Quintil.Ex aduerſo vnum eſt, quo defendimur; reliquum eſt,quo premimur.
¶ Premere:*Aduerſari*.Virg.10,Aen.73,
Numina nulla premũt, mortali vrgemur ab hoſte Mortales.
Premere:*Vitiari*.Cato lib.de Re militari: Quum magiſtratus nihil audeat imperare; nequid Conſul auſpicij premat.
Premere:

Premere: *Inſtare, & dicendo immorari.* Plin. epiſt. 9, lib. 3.
Premere: *Inſequi, fugare.* Virg. 1, Aen 95,
Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus.
Premere: *Reprehendere, maledicere.* Quint. lib. 12. de Cicerone: Præcipue vero preſſerunt eum, qui videri Atticorum imitatores concupiebant.
Preſſa eſt inſignis gloria facti. Virg. 12, Aen. 65.
Premere aliquid in annum nonum vel decimum. Horat. de Arte, 79.
Aliquem ab ædibus premere. Varro: Inuitamq; preſſit ab ædibus.
Facta premunt annos. Ouid. 7, Metam 90.
Anguſtijs premi. Cæſar 3. bel Gal. 420.
Arte ſuâ premi. Ouid. 2. Triſt. 90. Tibul. lib. 1. eleg. 6, 2.
Arua aliena iugo premere. Virg. 10, Aen 16.
Arua premere, dicitur pelagus. Virg 1, Aen. 50.
Caſeus pinguis premitur vrbi ingratæ. Virg. eclog. 1, 7.
Cauſam ipſa facie premi. Quint. lib. 4, cap. 1, 29.
Ceruum ad retia premere. Virg. 3, Georg. 83.
Collum laqueo. Horat. 1. epiſt. 17, 8.
Confeſſionem. Quint. lib. 7, cap. 2, 20.
Corticem Plin lib. 2, cap. 21, 3.
Crimen eleuare. & Premere, *contraria.* Quint. lib. 7, cap. 3.
Fronde crimen premere. Virg. 4, Aen. 30.
Curſum apri clamore premens. Virg 1, Aen. 66.
Dentes in vite premere. Ouid. 1. Faſt. 72.
Dolorem. Virg. 1, Aen. 43,
Spem vultu ſimulat; premit altum corde dolorem.
Famam alicuius, Tacit. lib. 15.
Fame premi & tempeſtate. Plin lib. 37, cap. 8, 1.
Lingua aſpera premit fauces obſeſſas. Virg. 3, Georg. 102.
Frigoribus premimur. Ouid. 2. de Arte, 64.
Gradum preſsêre attoniti. Valer. 2. Argon. 91.
Grana preſſerat ore. Ouid. 5, Metam. 108.
Haſtâ aliquem premere. Virg. 2, Aen. 106.
Imperio ventos. Virg. 1, Aen. 12.
Impetu hoſtium premi. Liu. 2. bel. Maced. 105.
Inopiâ premi. Colum. lib. 5, cap. 12, 1.
Iras premere. Tacit. lib 20, Cerialis à metu infamiæ, ſi licentia ſæuitiaq; imbuere militem crederetur, preſſit iras.
Iras graues. Lucan lib. 2, 105.
Fauniq; premunt te iuſſa parentis. Virg 7, Aen. 73.
Luxuriem premere Ouid. 14. Metam 126.
Mammam. Plin lib. 11, cap. 40, 2.
Manu. Lucret lib. 4, 125.
Nec ſinis ingenium nobilitate premi. Ouidius 2. de Ponto, eleg 2, 1.
Nocte premi, Virg. 6, Aen. 166.
Obſidione. Ouid. 6. Faſt 74.
Vrbem obſidione premebat. Virg. 8, Aen. 130.
Oppugnationibus premere. Cæſ. 3 bel. Ciuil. 31.
Oculos. Virg 9, Aen. 101,
—preſsíve oculos, aut vulnera laui
Veſte tegens.
Quies preſſit oculos. Virg. 12, Aen. 182.
Odium premere. Plin. in Paneg. 106.
Pedem. Liuius 8. ab Vrbe, 39.
Propoſitum Ouid. Metam. 21.
Sedilia. Ouid. 5, Metam. 64.
Seruitio vrbem Virg. 1, Aen. 58.
Silentia preſsêre Sil. lib. 12, 129.
Sonus remorum premitur clamore. Lucan. lib. 3, 109.
Sulcum premere, dicitur carina. Virg. 10, Aen. 60.
—ſulcumq; ſibi premat ipſa carina.
Tumentia premere. Quint. lib. 10, cap. 4.
Veſtigia premere. Virg. 4, Aen. 40.
—ſic effatus veſtigia preſſit.
Veſtigia premere: *Proximè ſequi.* Tacit. lib. 2.
Virgulta per agros. Virg. 2, Georg.
Quod ſupereſt, quæcunq; premes virgulta per agros.
Vi premi. Lucret lib. 6, 142.
Vitem premere falce. Horat. 1. Carm. ode 31, 2.
Vmbras premere falce. Virg. 1, Georg. 32.
Vocem premere. Virg. 9, Aen. 65.
¶ Preſſus. Preſſus manu caſeus. Colum. lib. 7, cap. 8, 6.
Humi preſſus vtroq; genu. Stat. 5, Theb. 136.
Grauitate ſoporis Ouid. 15, Metam. 5.
Mentem formidine. Virg. 3, Aen. 10.
Bello iniquo. Valer. 5. Argon. 111.
Preſſa & tenuia. Quint lib. 10, cap. 1.
Preſſus ac lætus. Quintil. lib. 10. cap. 1, de Homero. Lætus ac preſſus, iucundus & grauis, tum copia, tum breuitate mirabilis.
Boues preſſi detrectant iuga Ouid. 1. Amor eleg. 2, 3.
Clamor preſſus ſubſtitit. Ouid. 1, Metam. 42.
Comâ preſsâ ſuſtinere galeam. Ouid epiſt. 3, 24.
Cubito preſſo remanere. Horat. 1. Carm. ode 27, 2.

Preſſus vultus orationis. Quint. lib. 4, cap. 2.
Dolor preſſus ſub corde. Stat. 9, Theb 165.
Plenum eloquentiæ genus, & Preſſum; *contraria.* Quint. lib. 11, cap. 1.
Preſſo gradu incedere. Liu. 8. bel. Pun. 76.
Lactis preſſi copia. Virg. eclog 1, 17.
Mammis preſſi manabunt flumina. Virg. 3, Georg 62.
Preſſa narratio. Quint. lib 9, cap 4.
Preſſa narrationis gracilitas Quint lib 4, cap. 3.
Ornatus preſſus & ſeuerus. Quint. lib. 8, cap. 3.
Ore preſſo obmutuit. Virg 6, Aen. 31.
Oſcula preſſa iungere. Ouid. epiſt. 2, 19.
Ponere veſtigia preſſis ſignis. Lucret. lib. 3, 2.
Solo preſſo tenuit veſtigia. Virg. 5, Aen. 67.
Verba preſſa. Plin. epiſt. 19, lib. 2.
Vina preſſa Torquato Conſule. Hor. Epod. 13, 2.
¶ Preſſus: *ſignatus.* Ouid. lib. 6. Faſt. 121,
(Certa fides facti eſt) dictus ſceleratus ab illa
Vicus, & æterna res ea preſſa notâ eſt.
¶ Preſſior. Vis preſſior. Plin. iun. lib. 2. epiſt. 16, Nam in concionibus eadem, quæ in orationibus vis eſt: preſſior tamẽ, & circumſcriptior, & adductior.
¶ Preſſura. Plin. lib. 18, cap. 31. 7, Preſſura vna culeos viginti implere debet. Colum. lib. 12, cap. 36.
¶ Preſsè. Quint. lib 8, cap. 3, abundanter, an preſsè.
¶ Preſſo. Virgil eclog. 3. 18,
—fruſtra preſſabimus vbera palmis.
Propert. lib. 3, eleg. 17. 4.
Et noua preſſantes inquinet vua pedes.
Ora dentibus preſſare. Lucret. lib. 4, 223.
Parcè preſſare. Plautus Perſa, 9, 11.
¶ Preſſans Lucret. lib 4,
—& inſpirant preſſantes dentibus ora.
¶ Preſſatus. Plautus Aſin. 12. 71,
Quin tradis hac crumena preſſatum herum?
¶ Preſſorius Preſſorium vas. Colum. lib. 12, cap. 18, 2.
PRENDO] Vide PREHENDO.
¶ Prendidi Silius libro 15,
—hine lancea turbine nigro
Fert lethum, cuicunq; vino quem prendidit ictus.
¶ Prenſare: Vide in PREHENDO.
PRESTER] ſerpentis venenati genus. Plin. lib. 20, cap 20. 1, Sagittarum venena & ſerpentium hæmorrhoidum & preſterum reſtringi. Lucan. lib. 9 145,
Oraq; diſtendens auidus ſpumantia preſter.
¶ Preſter: *genus vorticis.* Plin. lib. 2, cap. 48, Lucret. lib. 6. 85,
—πρηστῆρας Graij, quos ab re nominitarunt:
In mare qua miſſi veniant ratione ſupernè.
Et paulò pòſt:
Et quaſi demiſſum cœlo preſtera imitetur.
PRETIVM] Terent. Heaut. 1. 1. 12,
—agrum in his regionibus
Meliorem, neq; pretij maioris, nemo habet.
Pretium in libras ſex. Sub. denariorum. Plin. lib 12, cap. 7. 3, Ibidem, li. 12, cap. 24. 1, & lib. 12, cap. 12. & 13. Emitur X. L X. id eſt, denarijs L X. Et pretium vitæ in libras X L X.
Pretia ei à X X X V. ad X. C C C. Plin. lib. 13, cap. 1. 11.
¶ Pretium: *merces, præmium* Terent. And 3. 5. 4,
Ego pretium ob ſtultitiã fero: ſed inultum id nunquã auferet. ibidem, 1. 1. 12, Quod habui ſummum pretium, perſolui tibi.
Mors pretium tardis. Ouid, 10, Metam. 114.
Deforme pretium moræ. Stat 11, Theb. 16.
Iniquum pretium pietatis. Ouid. epiſt. 14, 26.
Pugnæ pretium; coniunx. Ouid 9, Metam. 10.
Sceleris pretium; crux Iuuenal. Satyr. 13, 11.
Grande pretium. Ouid. 2. Amor. eleg. 5, 13.
Leuius Ouid. 3. de Arte, 35.
Pretij magni homo. Terent. Adelph. 5. 6. 4.
Par pretium Senec. Thyeſte, 6. 8.
Pretium non vile. Martial. lib. 1. 72. ad Flaccum.
¶ Pretium: *pro periculo.* Terent. in Prolog Hecyr. 57,
Vt libeat ſcribere alijs, mihiq; vt diſcere
Nouas expediat poſthac, pretio emptas meo.
Auellere pretium antè, quàm mercedem oſtendere. Horat. 1. Serm. Satyr. 2, 21.
Nefandum pretium augere. Claud. 1. in Eutropium, 10.
Capi pretio. Tibul. lib. 3. eleg. 1, 2.
Dicere pretium muneri Horat. 4 Carm. ode 8. 3.
Emere aliquid pretio. Propert. lib. 3. eleg. 16, 5.
Pretium facere alicui rei. Plin. lib. 9, cap. 35, 21.
Flagitari pretium. Tibul. lib. 2 eleg. 4, 3.
Inſitiari pretium Ouid. 11, Metam 42.
Largiri pretium alicui. Ouid. ad Piſon. 25.
Metiri pretio. Iuuen. Satyr. 9, 2.
Poſci pretium. Ouid. 1. Amor. eleg. 10, 13.

Vrbem exiguam pretio poſuit. Virg. 4, Aen. 41.
Proſtare pretio. Ouid. 1 Amor. eleg. 10, 4.
Redemptus pretio. Virg 9, Aen. 43.
Sarcire pretium. Claud. 2, in Eutropium, 118.
Pretium ſtatuere arti ſuæ Terent in Prolog. Hecyr. 49.
Magno pretio ſtare. Horat 1 Serm. Satyr. 2, 25.
In pretio pretium nunc eſt. Ouid. 1. Faſt. 44.
Pretium eſt Plin. lib. 12, cap. 25. 5, Corticis ad medicamenta pretium eſt.
Pretium: *pro, Operæpretium.* Tacit. lib. 1, Germanico pretium fuit, conuertere agmen.
Pretium curæ. Plinius epiſtol. 159. libro 8 ad Moranum: Poſtea mihi viſum eſt pretium curæ, ipſum Senatuſconſultum quærere.
Operæpretium. Iuuenal Satyr. 9, 3.
Exitus pretium. Tibul. lib. 20.
Conſcientiæ pretium. Tacit. in vita Agricolæ.
¶ Pretioſus. Plaut. Bacch. 1. 41,
Equidem tibi dabo hanc operam. P. at nimiùm pretioſa operaria es.
Aera pretioſa Corinthi. Seneca Medea, 10. 12.
Dona pretioſa. Idem, Ibidem.
Emptor pretioſus. Horat. 3. Carm. ode 6, 7.
Ingenium quondam fuerat pretioſius auro. Ouid. 3. Amor. eleg. 7, 1.
Pretioſo linteo veſtes. Plin. lib. 51, cap. 10, 2.
Loca pretioſa metallo. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 8, 1.
Nox pretioſa. Propert lib 3. eleg. 13, 1.
Pretioſus ſapor. Colum. lib. 3, cap. 7, 2.
Texta pretioſa. Ouid. epiſt. 16, 45.
Veſtis pretioſa Lucan. lib. 2, 78.
Veſtimenta pretioſa. Horat. 1. epiſt. 19, 7.
¶ Pretioſior Ouid 1, Metam. 24,
—ſubijtq; argentea proles
Auro deterior, fuluo pretioſior ære.
PRIDEM] Plautus Pſeud. 5. 207,
Non ædepol habeo profectò: nam eam pridē vendidi.
Non pridem. Terent Heaut. 2. 1. 17,
Hoc ego mali nō pridē inueni; neq; etiamdū ſcit pater.
PRIDIE] Cato de Re ruſtica: Si quem purgare voles, pridie ne cœnet.
Ad pridie Idus Septembres gignitur. Plin. lib. 11, cap. 16, 1.
Pridie quàm. Plaut. Milit. 14, 90.
¶ Pridianus. Suetonius in Caligula, cap. 58, Marcente adhuc ſtomacho pridiani cibi onere.
PRIMARIVS, PRIMITIAE, PRIMIPILVS] Vide PRIMVS.
PRIMNESIVS] Palus, ad quem funis nauticus religatur. Paulus.
PRIMVS] Terent. Phorm. 2. 3. 47,
—primus eſſes, memoriter
Progeniem veſtram vſq; ab auo atq; atauo proferens.
Idem Adelph. 5. 9. 18,
—& quidem tuo nepoti huius filio
Hodie primam mammam dedit hæc. Terentius Adelph. 4. 2. 8,
Primus ſentio mala noſtra: primus reſciſco omnia.
Extremi primorum. Horat. 2. epiſt. 2, 41.
Primus ante omnes. Virg. 2, Aen. 8.
Primus ad extremum ſimilis ſibi. Horat. in Arte, 52.
¶ Primus: *Princeps.* Virg. 1, Aen. 6,
Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis.
Primus: *Optimus.* Virgil.
—primos iuuenum tot miſerit Orco.
Terent. Adelph. 5. 4. 4,
Et quæ tibi putaris prima, in experiūndo repudies.
Idem Eunuch. 5. 9. 51.
Primus apud te eſt. Terent. Eunuch. 1. 2. 10. Ibidem. 2. 2. 17,
Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt, nec ſunt.
Primam dices, ſcio, ſi videris. Terent. Eunuch. 3. 5. 19.
Laus prima. Plin. lib. 12, cap. 23. 2, Laus prima candidiſſimis ſpagnis atq; altiſſimis; ſecunda rutilis, nulla nigris.
Honos primus virtutis. Horat. 1. Serm. Satyr. 6, 17.
¶ Prima: *pro principijs.* Liuius lib. 8, Quod bellum, ſi prima ſatis proſpera fuiſſent, haud dubiè perueniſſet ad Romanos. Curtius lib. 4.
Prima conſiliorum. Tacit. lib. 18.
¶ Primus: *pro eo ante quem nullus eſt.* Virg. 1. eclog 9, Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti. Salluſt in Iugurtha.
Primo acceſſu Liu 8 bell. Punic 238. Tanquam M. Attilius primo acceſſu ad Africam offenderit.
Aditus primi difficiles, Horat. 1. Serm. Satyr. 9, 12.
Primo ſtatim aduentu. Liuius 4. ab Vrbe, 230, Impigrè primo ſtatim aduentu, deiectis qui in præſidio erant, arcem recepit.
Aeſtas prima inceperat. Virg 3, Aen. 2.
Aetas prima. Virg. 2 Georg. 73.
Anni primi. Virg. 2, Aen. 18.
Aſpectu primo. Liu. 5. bell. Maced. 37. Nihil primo aſpectu contemptius; equi hominesq; paululi & graciles.
Aſpectu primo obſtupuit. Virg. 1, Aen. 124.
Barba prima. Seneca Hippol. 5, 12.
Corpora prima, & ſemina rerum, vocat Lucretius elementa lib. 1, 11.
Primo quôq; die. Col. lib. 8, cap. 5, Pompeius ad L. Domitiū; Vt primo quòq, die Luceriam aduenires.
Primo diluculo Suetonius in Vitellio, cap. 15.
Prima ab infantia. Tacit. lib. 1.
Prima facie. Caius in l. aliquando. ff. ad S. C. Velleianum.
Primo introitu. Plin. lib. 12, cap. 8, 2.
Prima iuuenta. Plin. lib. 10, cap. 55, 1.
Labes prima mali. Virg 2, Aen. 20.
Primâ luce. Cæſar 1, bell. Gall. 86. Et Liu. 9. ab Vrbe, 190. Tacit. lib. 19.
Primo manè cum familia prodeundum eſt. Columel. libro 12, cap. 13.
Prima quâque occaſione. Plin. Iunior: Proinde prima quâq; occaſione mitte.
Primo quôq; tempore. Cæſar 6 bell. Ciuil. 22.
Primis tenebris mouit. Liu 1 bel Maced.
Prima veſperâ Liu. lib. 4. bell. Maced. Tabellas conſcriptas celeberrimo loco, ſupra ſedem quotidianam magiſtratuū, prima veſpera ſuſpendit.
Primo veſpere. Tacit lib. 6. Primo veſpere, vt lumina in caſtro hoſtium conſpexêre.
Primus aduentu. Plin. lib. 15, cap. 14, ad finem: Dacis fermè viliſſimis nomen, quanquam primis aduentu, decerpique properantibus.
À primo. Terentius Phorm. 4. 3. 37, À primo homo inſanibat.
¶ Primùm. Terent. Adelph. 4. 2. 1,
Næ ego homo ſum infœlix? primùm fratrem nuſquàm inuenio gentium:
Præterea autem, dum illū quæro, à villa mercenarium
Vidi. Idem in Prologo Heaut. 3,
Id primùm dicam: deinde, quòd veni, eloquar.
Plautus Capt. 7. 100,
Sequere, te vt amittam: ei rei primùm præuorti volo.
Primùm omnium. Terent Heaut 2. 3. 33,
Mane hoc, quod cœpi primùm, enarrem, ô Clitipho:
Pòſt iſtuc veniam. CL. propera. S. iam primùm omniū,
Vbi ventum ad ædes eſt, Dromo pultat fores.
Vt primùm illam vidi, nunquā vidi poſtea. Plaut. Epid 12. 30.
Primùm: *pro Præcipuè.* Plin lib. 15, cap. 18. 7, Quid primùm in eo miremur? curam ingenij, an occaſionem fortuitam?
¶ Primò. Terent Eunuch 5. 7. 10,
At etiam primò callidum & diſertum credidi hominē.
Ouid. 2, Metam. 89,
Et timuit primò, ne Iuppiter eſſet in illa.
Primò, & mox. Plin. lib. 19, cap. 3. 6, Veſci pecora ſolita, primoq, purgare, mox pingueſcere.
¶ Primulus. Plautus Amph. 8. 104, Primulo diluculo abiiſti ad legiones.
¶ Primulùm. Terent. Adelph. 5. 6. 10,
Paulatim plebem primulùm facio meam. Ibid. 3. 1. 2.
Modò dolores, mea tu, occipiunt primulùm.
¶ Primarius. Bellatór primarius. Plin lib. 7, cap. 43, 5.
Conditio primaria. Plaut. Stich. 3, 81.
Fœmina primaria. Terent Phorm. 5. 8. 78.
Senator vir primarius. Cic pro Flacco. 40.
Primario loco eſſe, & Secundum locum obtinere, contraria. Cicer 3. de Finibus, 81.
¶ Primatus. Plin lib. 13, cap. 12. 4, Primatum mutauit Cæſar.
Primatum dare alicui rei. Varro 1. de Re ruſt. cap. 7.
¶ Primanus: Tribunus qui primæ legioni tributum ſcribebat. Tacit. li. 18, Primani ſtratis vnà & viceſimanorum principibus Aquilam abſtulêre.
¶ Primores: ſummæ quæq; res. Lucilius: Quum gallus digitos, primoresq; erigit vngues. Cato cap. 51, Pullos in terrā deprimito, extollitoq; primorem partem.
Naſi primoris acumen. Lucret. lib. 6, 240.
Primores, *pro Primis.* Primores imbres. Varro 2. de re Ruſt. cap 2. 11.
Anni. Silius lib. 15, 130.
Primores dentes. Plin lib. 11, cap. 37, 7.
Partem domus primorem eſſe atrium. Gell. lib. 16, cap. 5.
Primori in acie verſabantur Tacit. lib. 19.
¶ Primores: *pro Optimatibus.* Virg 9, Aen. 65,
—quos omnis euntes
Primorum manus ad portas; iuuenumque, ſenumq;
Proſequitur votis.

Populi primores. Horat. 2. Serm. Sat. 1, 14.
Sociûm primores. Silius libro 13, 2.

¶ Primæuus. Virg, 9, Aen. 109.

— vix vnus Helenor
Et Lycus elapſi: quorum primæuus Helenor, &c.

Idem libro 10, 69,

— primæuo corpore Lauſus.

Coniux primæuus. Stat. 5, Syl. 3, 14.
Natus. Catul Argon epig. 59 80.
Primæuo flore iuuentus. Virg. 7, Aen 33.

¶ Primicerius: Notarius Principis dicitur, & honore inter notarios primus. Vegetius libro ſecundo: Primicerius, inquit, in officio præfectorum Prætorio, ad honeſtum quæſtuoſumque militiæ peruenit finem. Ammianus Marcell. libro 18, Inter quos etiam Valentinus, ex primicerio protectorum, Tribunus.

¶ Primigenius. Primigenius ſulcus (inquit Feſtus) dicitur, qui in condenda noua vrbe, tauro & vacca, deſignationis cauſa imprimitur.

Semina primigenia. Varro 1, de Re ruſt. cap. 40, 1, Dicam de primigenia pecuaria.

¶ Primigenus. Lucretius libro 2, 221,

Multaq. poſt mundi tempus genitale, diemq;
Primigenum maris & terræ, ſolisq; coortum.

¶ Primitiuus, Primitiui anni. Colum. de Arboribus, cap. 21. Ea res & fertilem arborem reddet, & primitiuos annos, fructum vinoſum: poſtea verò etiã dulcem & apyrenum.

¶ Primipara, Plinius libro 8, cap. 40, 10, Et ab ea, quæ fœmina ſit ex primipara genita, citiùs cerni. Ibidem, cap. 47, 1.

¶ Primipilus: Centurio primæ cohortis. Liuius libro 7. Id propter P. Solonium poſtulatum eſt à coniuratis, qui alternis propè annis, & Tribunus militum, & primus Centurio erat: quem nunc primipilum appellant.

Aquila primipili. Cic. 12, Philip. 332.
Primipilum ducere Cæſar 5, bel Gal. 133.

¶ Primipilaris. Quint. libro 6, cap. 3, 63. An primipilaris ei teſtamento ſuaderet ordinare ſuprema iudicia.

¶ Primiter. Pomponius Macchis geminis: Quin bono animo es, video; eripis primiter dapes.

¶ Primitùs. Lucilius libro 5. Sicuti quum primiter ficos populare ſentis, item precio ingenti ad primitiùs paucos. Varro 2. de Re ruſt. cap. 2, 11. Primitùs oritur herba imbribus primoribus euocata.

Inſinuari primitùs. Lucretius libro 4, 207.

¶ Primitius. Ouidius 12, Metam. 55.

Ecce rapit medijs flagrantem Rhetus ab aris
Primitium torrem.

¶ Primitiæ: Primi fructus. Plinius libro 18, cap. 3, Idem lib. 4, cap. 12. 48, Frugum primitias ſolitos Delon mittere Apollini.

Frugum primitiæ. Ouidius 10, Metam. 86.
Operum. Stat. 2, Theb. 249.
Primitias vitis reſecare cenſuerunt. Colum. libro 4, cap. 10.
Armorum primitiæ. Stat. 11, Theb. 57.
Lachrymarum. Stat 6. 30.

¶ Primodum Plaut. Capt. 45, 7.

Primodum opus eſt piſtorienſibus.

¶ Primogenitus. Plinius libro 11, cap. 40, 2, Primogeniti in quacunque parte ſues primas premunt.

¶ Primordium Belli primordia. Stat. 2, Achil. 67.

Dicendi. Quint. lib. 1, cap. 9 1.
Gentis. Ouidius 5, Metam. 38.
Mundi. Ouidius 15, Metam 14.
Operum primordium. Curtius libro 9.
Principiorum primordia. Lucretius libro 3, 52.
Prima primordia rerum, Lucretius libro 2, 27.
Ducere primordia generis ex alijs. Ouidius 15, Metam. 99.
Princeps tragici cothurni. Plinius libro 7, cap 29, 3.
Dearum princeps Iuno. Ouidius 6, Faſt. 8.
Nunc iuuenum princeps; deinde future ſenum. Ouidius 1, de Arte, 39.
Princeps Latini nominis. Liuius 1, ab Vrbe, 218.
Princeps ſceleris & concitator belli Cæſar 8, bel. Gal. 134.
Princeps terrarum populi Rom. Plinius libro 22, cap. 3, 1.

¶ Princeps: *Vir primarius.* Plinius epiſtol. 7, lib 3, Fuit inter principes ciuitatis ſine potentiâ, ſine inuidiâ.

Altiſſimus princeps. Claud. de muneribus Honorio imperatori à Stilicone miſſis, 20, 3.
Egregius. Claud. 3. Paneg. 23.
Immenſus. Claud. 7, Paneg. 5.
Iuſtus. Ouidius 4, Triſt. eleg. 4, 3.
Nefandus. Seneca Octauia, 5. 2.
Venerandus. Claud. 4, Paneg. 11.
Exercere principem & præſtare. Suet. in Tiberio, cap. 33.
Principibus placuiſſe viris, non vltima laus eſt. Horat. 1, epiſt. 18, 7.



¶ Princeps, *f. g.* Plin. lib. 8, cap. 32. 9, Quaſdam nos principes fœminas ſcimus, omnibus diebus matutinis carnẽ incam deguſtare ſolitas & longo æuo caruiſſe febribus.

¶ Princeps: *Adiectiuum; Primus, præcipuus.* Terent. Adelph. 2, 3, 6,

Itaque vnam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror;
Fratrem homini neminem eſſe primarum artium magis principem.

Dies imperij princeps, vitæ ſupremus. Tacitus libro 1.
¶ Profanatus.Funus profanatum acerbo vulnere. Statius 9, Thebaidos,2.

Chaos profanatum.Stat.8,Thebaid.11.

Manus profanatæ.Ouid.2,Metam.152.

Terræ Stat.3,Sylu.3,1.

¶ Profanatum : *Subſtantiuè* Varro de Lingua Lat. libro 5, Hinc profanatum,quod in ſacrario pollutum.

¶ Profanatio. Plinius libro 16, cap.4,1, Poſtquam ciuilium bellorum profanatione meritum cœpit videri, ciuem non occidere.

Profari] Vlpianus de Aedilitio edicto, l. prima.§. exempli. Apud Viuianum quæritur, ſi ſeruus inter fanaticos nõ ſemper caput iactaret, & aliqua profatus eſſet, an nihilominus ſanus videretur?

Breuiter profari. Virg.1,Aeneid.114.

Clamore magno profatur. Silius lib.11,42.

Voce ſacrâ profari.Ouid.2,Metam.56.

Mente læta profatur. Silius lib.3,137.

Demiſſa vultum Dido profatur Virg.1,Aeneid.114.

¶ Profatus. Gell.lib.18,cap.11,Quæ voces mihi quidem neque abhorrere à poetica facultate viſæ ſunt, neque dictu profatuq; ipſo tetræ aut inſuaues eſſe.

Eff.enus profatus.Stat.5,Sylu.3,21.

Profectio] Vide Proficiscor.

Profectò] Terent.Adelph.1,1,3,

Profectò hoc verè dicunt,ſi abſis vſpiam,&c.

Profectvs] Vide Proficio,& Proficiscor.

Profero] Plaut.Aſin,14,50,

—ne ſic tuſſiat,

Vt cuiquam linguam in tuſſiendo proferat.

Caput proferre.Ouid.6Metam.75.

Imaginem. Quint.lib.6,cap.1,30.

Libellos Tacit lib 2.

Dolum Plaut.Caſina,16,48.

Gaudium oculis.Plin.in Paneg.127.

Verba Ouid.4,de Ponto,eleg 4,10.

¶ Proferre : *Extrà portare* Cæſar 2, bell. Ciuil 95, Arma tormentaq; ex oppido,vt eſt imperatum,proferant.

In ſolem proferre.Plin.lib.21,cap.17,7.

Gradum.Stat.12,Thebaid.2,

Vix primò proferre gradum,& munimina valli Soluere.

Gradum proferre : *Feſtinare.* Plaut.Menæch.17,1.

Paſſus viæ Lucret.lib.4,166.

Pedem.Horat.in Arte,28.

¶ Profere : *palàm facere,vulgare.* Terent.Hecyra,1,2,78,

Hoc ego proferre incommodum eſſe mihi arbitror.

Ibidem,2,2,11,

Siquid eſt peccatum à nobis,profer.

Proferre palàm.Terent.Adelph.3,2,41.

In auras aeris proferri.Lucret.lib.1,42.

In conſpectum proferre. Cæſar 7,bell.Gall.195.

In lucem.Horat 2,epiſt.2,24

Dolores.Propert.lib.1,eleg.17,1.

Sua ſtudia Plin.epiſt.145.

¶ Proferre : *Protendere,& prolatare.*

Munitiones proferre.Cæſar 1,bel. Ciuil.307.

Imperium.Tacit lib.12.

Imperium protulit in terras nouas. Ouid.ad Liuiam,4.

Imperium proferet ſuper & Garamanthas & Indos.Virg.6, Aeneid.159.

Dies proferre.Terent.Andr.2,1,31,

Saltem aliquot dies profer,dum proficiſcor aliquò.

Honorem.Tacit.lib.3.

Probationem apud iudicem.Quint.lib.6,cap.4,17.

¶ Prolatus.Lucan.lib.4,99.

Auro prolato non deeſt venditor.Lucan.lib.4,20.

¶ Prolatio.Plaut Milit.5,98,

Quantum vis prolationum,dummodo,&c.

Prolatio : *Protenſio.* Liuius 1,bel. Maced.18, Lætaq; exta fuiſſe : & prolationem finium , victoriamque & triumphum portendi.

Profestvs] Afranius: Quæ feſti nos facere ſolemus, de quotidiano opere promiſcuè , atque profeſto concelebras focum. Plautus Aulul.13,11,

—feſto die ſiquid prodegeris,

Profeſto egere liceat ; niſi peperceris. Plinius lib.18, cap.6,8, Peiorem, qui profeſtis diebus ageret,quod feriatis deberet.

Dies profeſti.Horat.2,Serm.Satyr.3,29.

Lucibus profeſtis deos adprecari. Horat.4,Carm.ode 15,5.

Proficio] Celeritate proficere Cæſar 6,bell.Gall.104.

Nihil teſtibus illis profeci.Virg.8,eclog.4.

Gazæ non proficiunt in noſtro corpore. Lucret lib.2,8.

Vſq; ad mores proficere. Quint.lib.1,cap.1,26.

In ſummam,Quintil.lib 1,cap.1,14.

In ſummam ſpei.Liu 3.ab Vrbe,261.

¶ Proficere : *Prodeſſe.* Vlpian.in l.ait prætor,& iuretur ex eo pregnans non eſſe, de iureiurando. Matris igitur iuſiurandum partui non proficiet,nec nocebit; etſi mater detulerit. Plinius libro 28,capite 17, Adeps è lupis illitus,in his, quæ rumpere opus eſt, plurimum proficit. Et capite 18, Similiter proficit ad cacoethe, hœdi feminum cinis è lacte mulieris.

¶ Proficitur. Plinius libro 17, capite 23,1, Adeò excelſitate proficitur.

¶ Proficiens. Fræna non proficientia equo rigidæ ceruicis remittere. Ouid.1,Triſt.eleg.3,23.

Herba nihil proficiente curari. Horat.2,epiſt.2,31.

Verba miſer fruſtra non proficientia perdo. Ouidius 1,Triſt. eleg.2,3.

¶ Profecturus. Ouid.3,de Ponto,eleg.1,2,

Profectura aliquid tunc tua verba putes. Idem epiſtol. 5, 24,

Non profecturis littora bobus aras. Idē de Nuce, 32,

Non profecturâ dextra lauatur aquâ.

¶ Profectus: Vtilitas. Plinius Iunior : Nec minorem ſub eo præceptore profectum fecit. Quintil. lib. 10, cap.2, profectus non à ſummo petitus , ſtudiorum fructus effundit vberiùs,& fideliùs continet.

Magni profectus puer in eâ arte obijt.Plin lib.35,cap.4,3.

Teneri profectus. Quintil.lib.2,cap.3,8.

Stat profectus: admiratio decreſcit.Quint.lib.1,cap.3,4.

Proficiscor] Terent. Adelph.2,2,16,

Præterea autem te aiunt proficiſci Cyprum.

Proficiſcor quæſitum. Plaut.Merc.12,98.

Quò profectus ſum,ibo Plaut.Aulul.5,40.

Profecta eſt illinc grandiuſcula. Terent.And 4,6,19.

Ad doctas Athenas proficiſci. Propert lib.3,eleg.21,1.

Populus profectus ad bella Ouid.1,Faſt.56.

Proficiſci ciuitates.Cæſar 8,bel Gall.111, C.Fabius cum reliquo exercitu Carnutes,reliquaſq; proficiſcitur ciuitates.

Proficiſci obuiàm. Cæſar 7,bel.Gall,42.

Proficiſcitur ius cinnamomi à.Plin.lib.12,cap.19,7.

¶ Proficiſcens. Horat.1,epiſt 13,1,

Vt proficiſcentem docui te ſæpe. Ibidem,lib.2,2,4.

¶ Profectio. Ducere lentum profectionis ordinem. Quintil. lib.4,cap 2,42.

Profindo] Stat.10,Thebaid.101,

—quanta pariter ceruice gementes

Profindunt inarata diu Pangea iuuenci.

Profiteor] Ducem profitetur primis in annis.Ouid.1,de Arte,36.

Studia ſua profiteri. Curtius lib. 7, Tum verò neq; lachrymis , neq; acclamationibus , quibus ſtudia ſua multitudo profitetur,temperauerunt.

Verum. Ouid.9,Metam.148.

Nomen. Liu.6,bel.Pun.95, Primò exſpectauerant,vt, qui ſe tanto imperio dignos crederent nomina profiterentur.

Aes alienum, Seneca de Benefic.libro 6, Siquis patriæ meæ pecuniam

pecuniam credat, non dicam me illius eſſe debitorem, nec ex hoc æs alienum profitebor Curtius lib. 10.

Amores furtiuos timidè profiteri. Ouid.6,Faſt.115.

¶ Profiteri : *inſinuare quantum quilibet habeat.* Varro libro 2, de re Ruſt. capite 1,13, Itaq; greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium, æſtiuatum: atque ad publicanum profitentur.

Profiteri : *publicè & apud acta aliquid vltrò denuntiare.* Capitolinus in Marco philoſopho : Inter hæc liberales cauſas ita muniuit, vt primus iuberet apud præfectos ærarij Saturni, vnumquenq; ciuium natos profiteri, intra tertium diem nomine impoſito.

Profiteri : *Loqui* Plaut.Capt.8,20,

Quis agit hoc, aut quis profitetur, inquam? quaſi muti ſilent.

Profiteri indicium.Plin.epiſt.60.

Diſciplinam Liu.9.bel.Maced.29.

Ius.Ouid.3,de Arte,106.

Partes teneri profitemur amoris. Ouid.2, Amor.eleg.18,4.

¶ Profeſſus.Ouid. 2,Faſt.40,

Sumunt gentiles arma profeſſa manus.

Incepta grauia & magna profeſſa. Horat.de Arte,3,Ouidius 5,Faſtor.71,

Non eſt de tetricis, non eſt de magna profeſſis.

Culpa profeſſa.Ouid.3,Amor.eleg.13,2.

Vota aperta & profeſſa. Seneca epiſt.68.

¶ Profeſſio. Vices profeſſionum diuidere. Quintilianus in Procem.lib.1,4.

¶ Profeſſor. Suet. de claris Grammat.9. Reliquit filium Orbilium ; & ipſum grammaticum profeſſorem. Plin.epiſtol. 76,2, Quos tibi Fortuna ludos facis? facis enim ex profeſſoribus Senatores : ex Senatoribus profeſſores.

Sapientiæ profeſſores. Quintil.in Procem.lib.12.

Magni nominis. Quintil.lib.2,cap.11,2.

Conſummati. Quintil.lib.1,cap.9,2.

¶ Profeſſorius. Lingua profeſſoria : quæ meritoriam exercet eloquentiam. Tacit.lib.13.

PROFLIGO] Abſoluo. Tacitus lib.18, Profligauerat bellum Iudaicum Veſpaſianus.

¶ Profligandus. Acies profliganda.Silius lib.11,80.

¶ Profligatus. Quæſtio profligata: *Diſſoluta.* Seneca de Benefic.7.

¶ Profligator. Tacitus: Habebaturq; non ganeo & profligator, vt pleriq; ſua haurientium, ſed erudito luxu.

PROFLO] Plinius lib.34,cap.9,1, Maſſa proflatur in primis: mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei.

Taurus immani proflauit turbine flammas. Valerius 7, Argonaut.115.

Riuos ſanguineos proflans pectore.Stat.11,Thebaid.53.

Proflare pectore ſomnum. Virg.9,Aeneid.66.

Noctem tartaream proflantes pectore tauri. Valerius 6,Argonaut.87.

Proflare iras. Plin.lib.8,cap.1.

¶ Proflatus. Col.lib.5,cap.9. Aeſtiuo proflatu refrigerentur.

PROFLVO] Plaut.Aſin.13,51,

Quod illa autem ſimulet, quaſi grauedo profluat.

Humor profluit.Virg.4,Georg.5.

Profluunt lachrymæ ab oculis. Colum.lib.6,cap.7,4.

Profluit ſanguis ex vulnere.Plin.lib.8,cap.16,9.

Græcia profluit ore Romano Ouid ad Piſonem,18.

¶ Profluentiùs. Gellius lib.14,cap.1,Latiùs ea,& amœniùs, & ſplendidiùs,& profluentiùs exſequebatur.

¶ Profluus. Profluus amnis Plin.lib.19,cap.4,11, Columel. libro 8, capite 17,9, Humilis in duos pedes piſcina deprimitur in eâ parte litoris, quæ profluo receſſu nunquam deſtituitur.

Flumina proflua in altas ſyluas. Ouid.1,de Ponto,eleg.1,8.

¶ Profluuium. Profluuium alui. Colum.lib.9,cap.12,2.

Sanguinis. Colum.lib.6.cap.26,3.

Acre profluuium tetri ſanguinis. Lucret.lib.6,243.

Profluuium genitale. Plin.lib.7,cap.14,1.

Profluuium mulierum. Plin.lib.7, cap.15,1, Et lib.34,cap. 12,7,Fœminarum profluuium ſiſtit.

Genituræ.Plin.lib.22,cap.22,16.

Marium. Plin.lib.32,cap.10,11.

PROFORE] Horat.1,epiſt.8,3,

Quæ nocuere ſequar, fugiam quæ profore credam;

PROFVGIO] Pedibus profugere.Cæſar 2,bell.Ciuil.99.

Curtius libro decimo, Nec ſerui quidem vno grege profugiunt dominos.

¶ Profugus. Salluſtius in bel.Catil.Troiani, qui Aenea duce profugi ſedibus incertis vagabantur.

Caſtra profuga. Claud.de bel.Getico,60.

Claſſis profuga.Ouid.13,Metam.127.

Currus profugus.Ouid 15,Metam.102.

Pedem profugum referre. Ouid.epiſt.21,38.

Pudor profugus. Ouid.epiſt.4,31.

Puppis profuga. Ouid.5,Triſt.eleg.3,4.

Stirps.Ouid.2,Faſt.109.

Profugus : *cum genitiuo.* Plin.lib.7,cap.28,4,Bis ab Annibale captus ; bis vinculorum eius profugus.

Profugus : *Qui diuerſa petit loca.* Horat.1, Carm.ode 35,29, Profugos Scythas appellat.

PROFVNDO] Plautus Aulul.9,29,

Aquam herclè plorat, quum lauat, profundere.

Ignes profundere. Lucret.lib 6,42

Lachrymas oculis profundere. Virg.12,Aeneid 32.

Palmites profundere, dicitur vinea, quum vbertim fruticat. Colum lib 5,cap.5,16.

Verba profundere ventis Lucret.lib 4,188.

Voces profudit pectore.Catul Argon.epigr.59,42.

¶ Profundere : inſumere. Terent.Adelph.1,2,54,

—tibi ſi iſtuc placet,
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.

¶ Profuſus. Plinius lib.11,cap.41,1, Mulieri ante ſeptimum menſem profuſum lac inutile.

Sin ea quæ fructus cunque es, periêre profuſa. Lucretius libro 3,191.

Fletus ſuper ora profuſus Ouid.11,Metam.132.

Lachrymis vultum lauere profuſis Ouid.9,Metam.137.

Profuſus Nilus.Plin.lib.5,cap.9,7.

Clauſtris profuſi Caſpiadæ. Valer.6,Argon.21.

Profuſus vſq; ad. Varro 2,de re Ruſt.cap.5,7, Bonis clunibus, coda profuſa vſq, ad calces.

Profuſus ſui.Salluſt.in bello Catil. Alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus.

Mens profuſa Stat.3,Sylu.1,19.

¶ Profuſus: Abiectus.Pacuuius: Profuſus gemitum murmu(ro:

¶ Profuſè. Liuius 10,ab Vrbe,176.Hæc ipſa minitans obſiſtit profuſè tendentibus ſuis in caſtra.

PROFVNDVS] Fornax profunda. Ouid.2,Metam.46.

Fretum profundum.Senec.Hippol.12,1.

Inane profundum.Lucret lib.1,218.

Pontus profundus.Virg.5,Aeneid.123.

Sinus.Senec.Troade.6,21.

Stagna profunda. Ouid ad Liuiam,48.

Tartara. Senec Hipp.8,18.

Valles profundæ.Stat.10,Thebaid.19.

¶ Profundus : *Altus.* Virg.1,Aeneid.13,

—cælumq; profundum. Liuius,lib.8,bel.Macedon. 101, Profunda altitudo.

Cæli profundi latus.Valerg.7,Argon.96.

Syluæ profundæ.Lucret lib.5,9.

¶ Profundus, *per tranſlationem.* Profunda auaritia.Salluſt.in Iugurtha.

Cædes profunda. Stat.10,Thebaid.167.

Cupido profunda imperij & diuitiarum. Salluſt.in Iugurth.

Gula.Suet.in Vitellio,cap 7.

Libido.Salluſt.de Rep. ordinanda.

Mero profundo caluêre nubigenæ.Stat.5,Thebaid.53.

Nox profunda. Virg.4,Aeneid.6.

Os profundum. Horat 4,Carm.ode 2,2.

Tempeſtas profunda.Stat.1,Achil.10.

Venter profundus. Curtius lib.10.

¶ Profundum : *Subſtantiuè: Mare.*

Pater Profundi : Neptunus. Valer.2,Argon.122.

Gelidum profundum.Ouid.epiſt.17,18.

Latum.Senec.Herc.fur.11,12.

Penetrale.Claud 2,Paneg.89.

Rubrum Lucan.lib.8,168.

Sæuum.Silius lib.13,97.

Summum.Ouid.1,Metam.54.

Indomito profundo iactari. Ouid.1,Triſt.eleg.10,8.

Mergere multos profundo. Senec.Octau 6,11.

PROGEMMO] Gemmas trudo. Colum.lib 4.cap.27,1, Si, palmis incipientibus progemmantibusq; foſſorem immiſeris, magnam partem vindemiæ decuſſeris.

PROGENER] Generi pater Suetonius in Auguſto,cap.19, Lucilijq; Pauli, progeneri ſui.

¶ Progenero. Plinius libro 11, capite 16,5, Fœtus quonammodo progenerarent, magna inter eruditos & ſubtilis fuit quæſtio.

Aquilæ non progenerant columbam. Horatius 4, Carm. ode 4,7.

¶ Progeneratio. Plin.lib 8,cap.43,1, Opera ſine dubio geruli mirifica ; arando quoq;, ſed mularum maximè progeneratione. De aſinis.

¶ Progenies. Certa progenies Senec.Troade,6,11.

Digniſſima cæli.Stat.2,Achil.75.

Egregia virtute.Virg.7,Aeneid,52.

Ferrea Virg.2,Georg.69.

Impia Tantali. Senec.Thyeſte,2,4.

Progenies Phaëthon haud infitienda parenti. Ouid.2, Metamorph.7.
Magna progenies Iouis. Catul. in Carm. ſeculari, epigr. 32,2.
Parua. Virg 1, Georg. 83, De coruis.
Priſca. Claud. 1, in Ruff. 22.
Regia Ouid. 11, Metam. 151.
Veſana. Claud. de bel. Gild 67.
Viua. Lucret. lib 2, 125.
Vitioſiorem progeniem dare. Horat. 3, Carm. ode 6, 10.
Progenies vitis Colum, lib. 3, cap 9, 6.
PROGERMINO] Columel. lib 4, cap. 10, 1, Putandi autem duo ſunt tempora: melius autem (vt ait Mago) vernum, antè quàm ſurculus progerminet.
PROGERO] Plin. lib. 11, cap. 18, 4, Quum defunctas progerunt, funerantiumq; more comitantur exſequias. Colum. lib. 12, cap. 50, 7, Vrcei quibus oleum progeritur.
¶ Progerens. Plinius lib. 18, cap. vlt. ad finem: Formicæ vel concurſantes aut oua progerentes.
PROGIGNO] Lucret lib. 2, 110.
Feræ te progenuêre. Ouid. epiſt 78.
Terra parens illam progenuit. Virg 4, Aeneid. 36.
¶ Progenitor: Auus. Ouid. 11, Metam 64,
Quid peperiſſe duos, & dis placuiſſe duobus,
Et forti genitore, & progenitore Tonante
Eſſe ſatam prodeſt?
PROGNARE] Apertè: authore Feſto.
¶ Prognariter: Audacter, ſtrenuè. Plaut. Pœn 16, 30,
Ego ſcio herclè vtrunque velle. D. age, indica prognariter.
PROGNATVS] Terent. Phorm 1, 2, 65,
Bonam bonis prognatam.
A' ſe prognatus. Horat 1, Serm Satyr. 6, 16,
Artes, quas doceat quiuis Eques atq; Senator.
A' ſe prognatos
Ouo prognatus eodem Horat. 2, Serm. Satyr. 1, 6.
Pinus prognatæ vertice Peliaco. Catul. Argon. epigr. 59.
Prognati: *Liberi*. Plaut. Amph. 8, 18,
Res, parentes, patria & prognati, tutantur, ſeruantur.
PROGREDIOR] Plaut. Caſin. 19, 17,
Sed eccum progreditur cum corona & lampade
Meus ſocer. Cæſar 4, bell. Gall. 554, Quum illi aut ex arido, aut paululùm in aquam progreſſi, omnibus membris expediti.
Pedetentim progredi. Lucret. lib. 5, 92.
Inceſſu tacito Virg. 12, Aeneid. 44.
Magnis itineribus Cæſar 2, bel Ciuil. 76.
Tridui viam progreſſi, rurſus reuerterunt. Cæſar 4, bell. Gall. 477.
Progredi obuiam Liu. 7, ab Vrbe, 41.
In adulationem. Tacit lib. 3.
Progredi aliquid. Liu. 1, bel. Maced. 2, Iam prouideo animo, velut qui proximis litori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur; quicquid progredior, in vaſtiorem me altitudinem ac velut profundum inuehi.
Suis viribus, ſinè adminiculo progredi. Quint. lib. 2, cap 6, 4.
Vltra primas literas paulum aliquid progredi. Quintilian. lib 1, cap. 1, 7.
Vix vltrà, quò iam progrediatur, habet. Ouidius 1, Faſt. 40, de Amore.
PROGYMNASIVS] Seneca epiſt 84, Progymnaſios meos quæris: vnus mihi ſufficit, Earinus, puer (vt ſcis) amabilis.
PROH] Proh Iuppiter. Virgilius 4, Aeneid. 118.
Proh ſcelus. Virg 5, Aeneid. 159.
PROHIBEO] Virg. 1, Aeneid. 109,
—hoſpitio prohibemur arenæ. Terentius Heaut. 3, 3, 12,
Multa fert libido: ea prohibet facere tua præſentia.
Lachrymæ dolorq; prohibent loqui Ouid. 9, Metam. 66.
Prohibere, quò minùs Colum lib. 2, cap. 4, 3, Nihil prohibet, quò minùs menſe Iulio veruacta ſubigantur.
Prohibere & vetare, quin. Plaut. Curcul. 2, 33.
*Cum Accuſatiuo & ablatiuo*. Cæſar 1, bell. Gall. 42, Cæſarem certiorem faciunt, ſeſe depopulatis agris non facilè ab oppidis vim hoſtium prohibere Virg. 1, Aeneid 107,
—prohibe infandos à nauibus ignes.
Acceſſus prohibet refugitq; viriles. Ouid 14, Metam. 127.
Agricultura prohiberi. Cæſar 4, bel. Gal. 464.
Prohibere à conuiuijs. Cæſar 1, bel. Ciuil. 89.
Dolorem dentium prohibet. Plin. lib. 20, cap. 7, 1.
Domo prohibere Terent Phorm. 2, 3, 78.
Aliquem ab iniuria Salluſt. in Iugurtha.
Itinere Cæſar bel. Gal. 35.
Ludo inani prohibere animos inſtabiles. Virg. 4, Georg 22.
Nefas prohibete. Virg. 5, Aeneid. 40.
Potione per triduum Colum. lib. 6, cap. 7, 2.
A' pugna. Cæſar 4, bel. Gal. 587.
Bacchum ritis. Horat. 1, Carm. ode 27, 1.
Siruitio. Liu. 1, ab Vrbe, 174.
A' ſe vim. Plaut Capt. 13, 35.
Vrbe aliquem Ouid. 15, Metam. 120.
Prohibere: *datiuo & accuſatiuo iunctum*. Plautus Curc 14, 7, Obſecro, parentesne meos mihi prohibeas? Idem Mil. 10, 105.
¶ Prohibeſſis: pro Prohibueris. Plautus Pſeud. 3, 12,
—id te Iuppiter
Prohibeſſit. Cato capite 141, 2, Vti in morbo viſos, inuiſosq;, viduertatem, vaſtitudinemque, calamitates, intemperiasq; prohibeſſis.
¶ Prohibens Egredi deo prohibente. Tibul. lib. 1, eleg. 3, 5.
Vento prohibente reuerti. Ouid epiſt. 26.
¶ Prohibitorius. Auis prohibitoria. Plin lib. 10, cap 14.
Edictum prohibitorium. Paulus in l. mutus & ſurdus. ff. de procur. Quia hoc edictum prohibitorium eſt.
PROIICIO] Virg. 6, Aeneid. 167,
—proijce tela manu. Ouid. epiſt. 20, 33,
Proijcit ipſe ſuas deducta fronte coronas.
Ante pedes proijcere aliquid Virg. 5, Aeneid 235.
Arma proijcere. Cæſar. 3, bel Ciuil 384.
Ampullas proijcere, & ſeſquipedalia verba Horatius in Arte, 20.
Animas proijcere. Virg 6, Aeneid. 88.
Strato proiecerat artus. Valer 7, Argon. 29.
Aurum proijcere Horat. 2, Serm. Satyr. 3, 20.
Diem Stat. 1, Thebaid. 47,
Proiecitq; diem, nec iam ampliùs æthere noſtro
Veſcitur. Ibidem, lib 2, 132.
Fructus amoris. Catul in Camerium, epigr. 51, 5.
Lachrymas. Hirt. 4, bel. Alex 98.
Se ad pedes. Cæſ. 1, bel Gal. 105.
Se ex naui. Cæſar 5, bel. Gal. 559.
Se in forum Liu. 2, ab Vrbe, 95.
Se in muliebres fletus Liu. 5 bel. Pun. 204.
Super amicum exanimem ſeſe proijcere. Virg. 9, Aeneid. 89
Virtutem patriam. Cæſar 2, bel Gal 287.
¶ Proiectus: Participium. Colum. lib 11, cap 22, Quia ignoretur, vbi proiectum iaceat, quod deſideratur.
Cibum proiectum odorari. Horat. Epod. 6, 2.
In puluere proiectus. Valer 4, Argon. 54.
Sternitur & toto proiectus corpore terræ. Virgilius 12, Aeneidos, 18.
Amor lucis proiectus. Silius lib. 10, 9.
Corpus proiectum. Lucret. lib. 3, 181.
Enſes proiectos reddidit. Lucan. lib. 9, 6.
Pudore proiecto loquar tua facta. Ouid. 6, Metam. 109.
Proiectus puer. Plaut. Ciſtel. 3, 5,
Paruulam puellam proiectam ex angiportu ſuſtuli.
In antro viridi proiectus. Virg eclog 2, 15.
In æquor. Ouid. 2, de Ponto, eleg. 7, 12.
Proiectæ humi vineæ. Colum. lib. de Arboribus cap 4, 1.
Ad libidinem gens proiectiſſima. Tacit. lib. 21, de Iudæis.
Proiectæ ac proditæ ad inconſultam atq; improuidam pugnam legiones. Liuius.
¶ Proiectum: *pro Contempto & vili*. Tacit. lib. 1, An ciues, quibus iam proiecta Senatus authoritas? Idem lib. 3.
¶ Proiectus: Verbale. Plin. lib. 17, cap. 12, 4, Omnium, quæ proiectu frontis ita diffunduntur, vt per ipſas non defluant imbres, ſtilla ſæua eſt.
Corporis proiectus immanis. Lucret lib. 3, 201.
¶ Proiecto. Proiectare aliquem probris. Plaut. Bacch 11, 18.
¶ Proiectura. Vitruuius lib 2, cap. 8, Summis parietibus ſtructura teſtacea ſub tegula ſubijciatur; altitudine circiter ſeſquipedali: habeatq; proiecturas coronarum.
¶ Proiectitius. Plautus Ciſtel. 1, 8, Lemniq; natam deſpondit adoleſcentulo, amore capto illius proiectitiæ.
PROIN] Terent. Eunuch 1, 1, 11.
Proin tu, dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita.
Idem And. 2, 4, 5,
—orationem ſperat inueniſſe ſe,
Qua differat te: proin face, apud te vt ſies.
¶ Proinde Terent. And. 4, 2, 24.
—ne vacuum eſſe me nunc ad narrandum credas.
Proinde hinc vos amolimini. Liu. lib. 1, Satis ſcire, origini Romanæ & deos affuiſſe, & non defuturam virtutem proinde ne grauarentur.
¶ Proinde: *aduerbium ſimilitudinis*. Terent. Phorm. 2, 3, 35,
Proinde expiſcare, quaſi non noſſes. Colum. libro 11, capite 52, 1, Itaque nonnulli guſtu explorare maturitatem tentauerunt: vt, ſiue dulcis eſſet ſapor vuæ, ſiue acidus, proinde æſtimarent. Tacitus libro 12, Decreta que eorum proinde haberi iuſſerat, ac ſi magiſtratus Romani conſtituiſſent.
PROLABOR] Prolapſus cecidit. Liu. 5, ab Vrbe, 101.
Prolabi

Prolabi in caput. Liu 7,bel.Pun.178.
Prolabi ex arbore. Plin.lib.27,cap 8,12,Et apud Liuium,lib. 7,bel Pun.152,Prolabi ex equo.
Matris prolapſus ab aluo Ouid,in Ibin,45.
Prolabi in miſericordiam Liu.10.bel.Pun.54.
¶ Prolapſus.Equus prolapſus.Propert.lib.4,eleg.1,19.
Pergama prolapſa. Virg 2,Aeneid.111.
PROLATIO] Vide PROFERO.
PROLATO] Liuius 1,bell. Punic.16, Nihil prolatandum ratus.
Agros prolatare. Tacit.lib.18.
Diem prolatare. Silius libro 3,29. Salluſt.in Catilin. Cethegus ſemper querebatur de ignauia ſociorum : illos, dubitando & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere.
Diem ex die prolatare. Tacit.lib.5.
Vitam prolatare. Tacit lib.11.
¶ Prolatatus. Tacit.lib 13, Prolatatum inter Parthos Romanosq; de obtinenda Armenia bellum acriter ſumitur.
¶ Prolatatio Tacitus lib 19. Sed omnem prolatationem, vt inimicam victoriæ ſuſpectabant.
PROLECTIBILE] Quod alliciendi incitandiq; vim habet. Sidon. ad Vectionem : Nemo ita naturæ firmæ eſt, vt prolectibilibus careat occultis.
PROLES] Columell.libro ſeptimo, de caprino pecore: Paſcit autem, ſi eſt generoſa proles, frequenter duos; nonnunquam trigeminos. Quintil lib.8, cap.3, Proles ducenda, tragicum.
Tuta diu volucrum proles, tum denique cæſa eſt. Ouidius 1,Faſt 90.
Oliuæ proles Virg.2,Georg.1.
Fœlix vrbs prole virum. Virg 6,Aeneid.157.
Degener proles. Senec. Agamemn.6,15.
Duellica proles equorum. Lucret.lib.2,133.
Effera Lucret l b.2,122.
Fœda Senec.Medea,7,17.
Fœlix. Claud.2, de rapt.Proſ 75.
Ignara parentis. Ouid.2,Metam.110.
Incerta. Seneca Thyeſte.4,31.
Inclyta. Seneca Medea,7,17.
Maſcula ruſticorum militum. Horat.3,Carm.ode 6,8.
Noua. Lucret.lib.1,5.
Poſthuma. Virg.6,Aeneid.153.
Præclara. Valer.2,Argon 30.
Pulcherrima Virg.6,Aeneid.130.
Scelerata. Ouid.1,Metam.26.
Virilis. Virg.7,Aeneid.10.
Ambiguam prolem agnoſcere. Virg.3,Aeneid.36.
Proles ſinè matre creata. Ouid.2,Metam 111.
Geminam prolem dare. Virg. ,Aeneid.56.
Gemellam prolem eniti. Ouid 9,Metam.91.
Procudere prolem. Lucret.lib.5,171.
Pulchrâ prole parentem facere. Virg 1,Aeneid.16.
Producere prolem teneram a nido in aera. Ouidius 8, Metamorph 43.
Propagare prolem. Lucret.lib.2,199.
¶ Proletarius. Ennius Annalibus : Proletarij, vt publicitus, ſcutaq. ferriq, ornatus. Gellius libro 16, capite 10, Feſtus, Proletarium, capite cenſum dictum ait: quòd his ciuitas conſtet: quaſi proles progenie.
Proletarius ſermo. Plaut. Milite,10,156.
PROLIBO] Plinius libro 35, capite 12, In ſacris quidem étiam inter has opes, non myrrhinis cryſtalliníſue, ſed fictilibus prolibatur ſympulis. Idem libro 28, capite 4,13, Alij è tribus puteis pari menſura aquas miſcent, & prolibant nouo fictili.
PROLICIO] Plaut.Curcul 3,2,

Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit.

PROLIXVS] Terent Heaut.2,3,49,

Capillus paſſus, prolixus, circùm caput
Reiectus negligenter.

Varro 1,de Re ruſt.capite 9,5, Licet videre fructuoſas ſegetes ac reſtibiles, & arbores prolixas.
Barba prolixa. Virg.eclog.8,7.
Comæ prolixæ. Ouid.4,Triſt eleg.2,7.
Ictu prolixo prouolat. Lucret lib.4,251.
¶ Prolixe. Terent.Adelph.5,8,21,

—vis eſt hæc quidem. D. age prolixè, Mitio.

Prolixè aliquem accipere. Terent Eunuch.5.9,52, Accipit, hominem nemo meliùs prorſus, neq; prolixius.
¶ Prolixitudo. Pacuuius Duloreſte : Oro, mi ne flectas fandi prolixitudinem
¶ Prolixo. Columella libro quarto, capite 24, ad finem: Magnopere monendus putator eſt, vt prolixet aciem ferramenti.
PROLOGVS] Terent.in Prologo Phorm.15,

Nullum inuenire prologum potuiſſet nouus,
Quem diceret.

¶ Prologus : *aliquando ipſum hominem, prologum referentem, ſignificat* Terent.in Prologo Heaut.11,

Oratorem voluit eſſe me; non prologum.

¶ Prologium. Pacuuius:

Quid eſt? nam exanimaſti me prologio tuo.

PROLONGO] Plin.lib.19,cap.3,1, Veſtes prolongant tempus Seneca lib.5.de Benefic. Vt prolongetur tibi dies mortis, nihil proficiet ad fœlicitatem.
PROLOQVOR] Terent.And 1,5,21,

Cenſen' ullum me verbum potuiſſe proloqui? Idem Phorm.2,1,53,
—poſtquam ad iudices
Ventum eſt, non potuit cogitata proloqui.

Proloqui : *plus loqui quam par eſt* Plaut Epid.10,28,

—nam, quid ego apud te proloqui parem?

¶ Proloquium diſiunctiuum. Gellius lib.5,cap.11, non neceſſum eſt, alterum ex duobus, quæ diſiunguntur, verum eſſe : quòd in proloquio diſiunctiuo neceſſarium eſt.
PROLVBIVM] Cupiditas & voluptas. Gellius libro 16, capite 19, Feros & immanes nauitas prolubium tamen audiendi ſubit.
PROLVCEO] Seneca De vita beata.cap.32, Sena per diem ſena per noctem ſigna prolucent.
PROLVDO] Virg.3,Georg.47,

—ventoſq; laceſſit
Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.

Iurgia proludere. Iuuen.Satyr.5,2.
In armis leuibus proludit. Ouid ad Piſonem,18.
Dolor proludit per ſcelera Seneca Medea,12,6.
¶ Proludium. Gellius lib.5,cap.10, Sed maius mihi in iſta victoria proludium eſt : quum te non in cauſa tantùm; ſed in argumento quoq; iſto vinco.
¶ Proluſorius. Vlpian in l.ſi proluſorio indicio. ff de appellation.
PROLVGEO] Feſtus: Prolugere dicuntur, qui ſolito diutiùs lugent.
PROLVO] Perſius in Prologo,1,

Nec fonte labra prolui Caballino.

Columel libro 2, cap.18,5, Quoniam impetus aquarum proluit terram, nudatisq; radicibus germina non patitur coaleſcere. Virgil.1, Aeneidos,149,

—& pleno ſe proluit auro.

Cruor ſaucia proluit pectora. Stat.8,Thebaid.139.
Præcordia melius prolueris leni mulſo. Horat.2, Serm.Satyra 4,6.
Eridanus proluit ſyluas inſano contorquens vortice. Virgilius 1,Georg.97.
¶ Prolutus. Multâ prolutus vappâ nauta, atq; viator. Horat.1,Serm Satyr.5,4.
¶ Proluuies. Virg.3,Aeneid.44,

—fœdiſſima ventris.

Proluuies. Col.lib 12,ca.38,1, Et ad alui proluuiem,
Largâ proluuie lauere ſaxa. Lucret lib.5,90.
¶ Proluuium. Terentius Adelph.5.9,28,

Quod proluuium? quæ iſtæc ſubita eſt largitas?

PROLITAE] à Triboniano appellantur, qui quintum iam in annum iuri ciuili operam dederant. Iuſtinian.in Proœmio Pandectarum iuris Ciuilis.
PROMATERTERA] Proauiæ meæ ſoror. Caius in l.2. ff. de gradibus.
PROMELLERE] Litem promouere. Feſtus.
PROMERCALIS] Colum.lib.1, cap.8,9, Néue negotietur ſibi, pecuniamque domini aut animalibus, aut rebus alijs promercalibus occupet. Suet. de claris Grammat.23 Qui & officinas promecalium veſtium exerceret Gellius lib 4, cap 1, Ex ijs autem, quæ promercalia & vſuaria in locis hiſdem eſſent, ea ſola eſſe penoris putet, quæ ſint vſu annuo. Suet in Cæſare, cap.54, Aurum promercale vocat id, quod Cæſar vendidit ſuperans ſibi, reſeruata tanta auri copia, quanta ſuo vſui ſatis eſſet.
PROMERCIVM] Paulus in l.cætera. ff. de legat. 1, eos qui Reipublicæ ad opus promiſerunt, poſſe quid detrahere ex ædibus ſuis vrbanis atq; ruſticis, eoq; ad id opus vti : quia hi quoq; non promercij cauſa id haberent.
PROMEREO, & PROMEREOR] Terent. Phorm.3,2,31, Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris; conduplicauerit, Terent.Adelph.4,1,45,

Verùm enim, quando bene promeruit, fiat.

Vota tua promeruere deos dextros marito. Stat.5,Sylu.1,15.
Pœnam promerui. Ouid.1,Triſt.eleg.2,13.
Curæ teſtimonium promeruiſſe contentus, Quintil.libro 3, cap.1,16.
Promereri de aliquo. Plaut.Menæch.24,8.
Promereri malum. Plaut.Amph.7,14.

Principem

Principem. Plin.in Paneg.107, Quiſquis probatos Senatui viros ſuſcipit.hic maximè principem promeretur.

¶ Promereri: *beneficium præſtare, prodeſſe*, Virg.4, Aeneid.67,

—nunquam, regina, negabo
Promeritam. Terent.And.2,1,33,
Ego, Charine, neutiquam officium eſſe liberi puto,
Cùm is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi.

Promereri de aliquo. Plautus Capt.16,11.

¶ Promerens. Plaut. Aſin.4,2, Promerenti optimè hoccine pretij redditur?

¶ Promeritum. Plaut.Perſa,15,27.

PROMICO] Næuius: Si quidem loqui vis, non perdocere; multa longe promicanda oratio eſt.

PROMINEO] Plin.lib.11, cap.37, 38, Simiæ dentes, vt homini. Elephanto, intus ad mandendum quatuor, præterquàm eos qui prominent. Horat.Epod.5,7.

Vulgus prominet excelſis tectis. Stat 11, Thebaid.81.

Prominere ante. Plin lib.8, cap.32 6, Aut enim paucos, aut nullos habent, nec in cornibus im s ramos: alioquin ante frontem prominere ſolitos iunioribus.

Prominere à cætera acie. Liu.2.bel Pun.196.

Collis prominet in Pontum. Ouid.13, Metam.167.

Prominere in memoriam ac poſteritatem. Liuius 8, bel.Punic.234.

¶ Prominens. Liu.7, bel.Punic.255, Gallos prominens collis tegebat. Mart.lib.5,4.

¶ Prominens: *ſubſtantiuè*. Littoris prominens. Tacit lib 1.

¶ Promontorium. Plin. Promontoria aperiuntur mari, & rerum natura agitur in planum.

PROMISCAM] dicebant Veteres, pro Promiſcuè. Feſtus.

PROMISCVVS] Salluſtius: Diuina atque humana habere promiſcua, nihil penſi atq; moderati habere. Liu.2, ab Vrbe, 130, Plusq; ibi ſanguinis, promiſcua omnium generum cæde, quàm in ipſa dimicatione, factum.

Connubia promiſcua. Liu.4, ab Vrbe,5, Quam enim aliam vim connubia promiſcua habere, niſi vt ferarum propè ritu vulgentur concubitus plebis patrumq;?

Victus promiſcuus. Plin.lib.5, cap.1,15.

In promiſcuo aliquid habere. Plin.lib.33, cap.1,21.

In vſum promiſcuum venire. Plin.lib.9, cap.35,20.

Operam promiſcuam dare. Plaut Rud.24,138.

Promiſcuum genus. Quint.lib.1, cap.4,18.

¶ Promiſcuè. Plin.auunculus, lib.11, cap.37,8, In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus, iam quidem promiſcuè maribus ac fœminis. Liu.ab Vrbe, libro 3,197, Placet pecudum ferarumque ritu promiſcuè in concubitus ruere?

PROMITTO] Terent.Adelph 5,8,18, Fac: promiſi ego illis.

Promittere ad cœnam. Plaut.Menæch 17,35.

Promittere foràs ad cœnam. Plaut.Sticho.10,16.

De re aliqua Quint.lib.3.cap.9,6, Nec eſſe vtilis poteſt, niſi conſtiterit, quid debeat de probatione promittere.

Bene promittere Ouid.3.de Arte 92.

Difficulter. Seneca epiſtol.1, Aut timidè negauit, aut promiſit; ſed difficulter.

Timidè. Ouid.1, de Arte, 127.

Verè. Catul.ad Lesbiam, epig.104,1.

Auxilium promittere alicui. Ouid.13, Metam.66.

Auidi promittere bellum. Stat.3, Thebaid.78.

Promiſi meâ fide. Plaut.Menæch.19,6.

Promittere ſe facturum aliquid. Plaut.Aſin.16,80.

Promitto fore. Plaut.Aulul.7,42.

Magna promittere. Silius lib.8,47.

Opem. Ouid.5, Faſt.50.

Torum promiſit illi. Ouid.7, Metam.18.

Vana promittere. Ouid epiſt.15,60.

¶ Promittere: *Producere*. Plin lib.16, cap.26,3, Nec vlla arborum auidiùs ſe promittit. De pinu. Cæſar 8, bell.Gal 36, Quò tutiùs altitudine eſſet; hoc audaciùs longiusque tela promitteret.

Promittere barbam. Liu 6, ab Vrbe,73, Tacit.lib.2, Donec crinem barbamq; promitteret.

¶ Promiſſus Corpus mihi promiſſum. Ouid, epiſt.19,29.

Dies promiſſa aderat. Virg.9, Aeneid 22.

Dona promiſſa reddere Ouid.4, Triſt.eleg.2,2.

Fides promiſſa. Virg 6. Aeneid.70.

Fœdera promiſſa Ouid.2, Faſt.32.

Munus promiſſum. Ouid 3 Faſt 73.

Nox promiſſa. Tibull.lib 3, eleg 7,10.

Soluere promiſſa præmia alicui. Ouid.14, Metam.165.

Salus promiſſa tibi eſt Lucan.lib.4,48.

Promiſſa barba: *Prolixa & longa*. Virg eclog.8,7, Plin.epiſt. 147 l b. -, ad Suram: Mox apparebat idolum ſenex macie & ſqualore confectus, promiſſâ barbâ, horrenti capillo. Liu.2, ab Vrbe,96.

Capillus promiſſus. Liu.lib.4, Decad.5.

Comæ promiſſæ. Liu.lib.8, bel.Maced.4, Procera corpora, promiſſæ & rutilatæ comæ, vaſta ſcuta, prælongi gladij. De Gallis.

Promiſſo ventre arietes. Colum lib.7, cap.3,3.

¶ Promiſſum. Plin.lib.12, cap.1 3, Elico ex Heluetijs Romæ commoratus, olei ac vini promiſſa remeans ſecum tulit.

Infida promiſſa. Valer.2, Argon.116.

Superba. Valer 4, Argon.130.

Admouere promiſſis ſpem recurſus. Ouid.11, Metam.91.

Ditibus promiſſis commoueri. Silius lib.3,104.

Dignum promiſſis dicere aliquid. Horat.2, Serm. Satyr.3,1.

Dare blanda promiſſa. Catul Argon.59,28.

Exſuere promiſſa. Tacit lib.13.

Ferre munera vberiora promiſſis. Ouid.3, Amor.eleg.5,14.

Firmare promiſſa. Ouid.10, Metam.86.

Implere promiſſum. Plin epiſt,12, lib.2.

Inani promiſſo ludere aliquem. Ouid.3, Faſt.137.

Manere promiſſis, & ſeruare fidem. Virg.2, Aeneid.32.

Morari aliquem plura in promiſſis Lucret.lib.5,19.

Largis promiſſis onerare pectora alicuius. Silius lib.17,116.

Parère promiſſis. Ouid.5, Faſt.101.

Reddere promiſſa. Virg.5, Aeneid.78.

Referre. Ouid.14. Metam 4.

Trahunt promiſſa puellas. Ouid.1, de Arte, 127.

PROMO] Virg 2, Aeneid.52,

—illos patefactus ad auras
Reddit equus, lætiq; cauo ſe robore promunt.

Vina horna promere dolio. Horat Epod.2,10.

Promere è ſacrario. Plin.lib 33, cap.1,19.

Spicula promit de pharetrâ. Ouid.3, de Arte, 103.

Promere in vſus. Colum.lib.2, cap.10,13.

Aeſtus promit Titan. Senec Herc. Oetheo, 12,10.

Diem promit & celat ſol. Horat in Carm ſecul 2.

Gemitus de pectore promere. Mart.lib.10,85.

¶ Promere: *Eloqui*. Plin.in Paneg.112, Iubes, quæ ſentimus, promere in medium. Plaut.Aſin.3,11.

In publicum aliquid promere. Quint lib.1, cap.1,17.

Obſcura promere Horat.1, Carm ode 34,3.

Orationem de ſe. Tacit lib.18.

¶ Prompto. Plaut. Bacchid. 8,61, Quia malum, ſi promptet, indicies faciat minus. Idem Pſeud 9,35.

¶ Promptus Clauſum, & Promptum, *contraria*. Salluſtius in bel. Catil Aliud clauſum in pectore, aliud in linguâ promptum habere. Idē: Naturâ ferox, vehemens, manu promptus erat, maximum bonum in celeritate putabat.

Promptus ingenio. Liu.5, ab Vrbe,9, Is tum iam non promptus ingenio tantùm, ſed vſu etiam exercitatus, talem orationem habuit.

Promptus linguâ Liu.2, ab Vrbe,199.

Promptior manu. Liu.2, ab Vrbe,245.

Promptus ſeruitio. Tacit.lib.1.

Promptus ad. Liu.1, bel.Maced.134, Quod promptiores ad ſubeundam omnem dimicationem videbatur factum, id metum pigritiamq; incuſſit.

Ad arma promptior. Ouid 1, Metam,26.

Quirites prompti ad bella Ouid.3, Faſt.56.

Ad diſcendum promptus. Quint.lib.1, cap.1,2.

Aditus ad honores capeſſendos prompti. Tacit.lib.3.

Ingenium promptum ad aſperiora Druſo erat. Tacit.lib.1.

Promptum in adulationes ingenium. Tacit.lib.15.

Lingua prompta ad ſonos rigidos. Ouid.4, Faſt.62.

Manus promptas in fata alicuius continere. Ouid.1, de Ponto, eleg.10,5.

Pectus promptum ad vulnera Lucan.lib.5,64.

Rabies in ferrum promptiſſima. Lucan lib.7,49.

Studia prompta. Tacit.lib.2, Prompta illi legionum ſtudia.

Loca prompta. Lucret.lib.6,255.

Cognita in promptu. Lucret.lib 2,174.

Promptum eſt. Quintil.lib.9, cap.1, Neq; enim me mouent nomina illa, quæ fingere vtiq; Græcis promptiſſimum eſt. Idem libro 10, cap.7, Promptum hoc, & in expedito poſitum, exercitatione ſola continetur.

Non eſt promptum cognoſcere. Ouid.3, Metam.20.

Haud promptum. Plin lib.9, cap.35,8.

Promptus, *cum genitiuo*. Gel.libro 10, cap.22, Plato veritatis homo amiciſſimus, eiusque omnibus exhibendæ promptiſſimus.

¶ Promptum: *Subſtantiuè*. Lucret lib.6,164, Exſpiratq; foràs in aperta promptaq; cæli.

¶ Promptiſſimè. Plin. epiſt.12,c. Quare ego verò Corelliæ adero promptiſſimè; nec ſubire offenſas recuſabo.

¶ Promptuarius. Plaut. Amphit.4,4, Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum?

¶ Promptuariū. Cato cap.11,3, Armarium promptuarium vnum, ſcamna longa ſex.

¶ Promus:

¶ Promus: Cellarius. Plaut. Pœn. 1c,5, Aedepol feciſti prodigum promum tibi. Colum. lib. 12, cap. 3,7, Promis quoque & cellarijs aliquid attendentibus aut metuentibus interuenire.

*Per translationem.* Plautus in Trin. 4,35,

—ne admittam Culpam, ego meo ſum promus pectori.

PROMONSTRA] Prodigia: inquit Feſtus.

PROMONTORIVM] Vide PROMINEO.

PROMOVEO] Terent. Eunuch. 5,2,4, Moue verò ocyùs te nutrix. s. moueo. c. video; at nihil promoues.

Promouere onera & portare. Colum. lib. 11, cap. 1,7.

Scalas & machinamenta promouere. Tacit. lib. 15.

Gradum ab aliquo loco. Stat. 12, Thebaid. 109.

Promouere loco aliquid. Horat. Epod. 11,3.

¶ Promouere: *Extendere* Plinius epiſt. 171, lib. 8, ad Gallum: Rurſus omnes in eundem locum depulſæ, quâ ſteterunt, promouent terram: & modò hâc, modò illâc lacum reddunt, auferuntq;.

Cornua aciei vtrinq; promouere. Quintil. lib. 2, cap. 13,3.

Imperium. Ouid. 2, de Ponto, eleg. 2,14.

¶ Promôſſe: pro promouiſſe. Ouid. 2, Amor. eleg. 9,4,

Roma, niſi immenſum vires promôſſet in orbem.

¶ Promouere: *Prolongare.* Terent. And. 4,2,28,

Eho tu impudens, nō ſatis habes; quòd tibi dieculā addo,
Quantum huic promoueo nuptias?

Promouere: *Proficere.* Terent. Hecyr. 4,4,81.

Abibo hinc, præſens quando promoueo parùm.

¶ Promotus. Claſſis promota attollit fluctus. Stat. 1, Achil.

Promotus ad dignitates. Plin. epiſt. 151. (89.

¶ Promotio. Firmicus lib. 3, cap. 7, In palatijs regum, vel potentum virorum domibus, perſeuerant, & promotionibus aliquibus adornantur.

PROMVLCO] agi, nauis dicitur, quum ſcaphæ ducitur fune. Paulus.

PROMVLGO] Rogationem promulgare. Quintilian. libro 2, capite 4,26.

PROMVLSIDARIA] vaſa dicuntur, quibus promulſis continetur. Pomponius: Legatis vaſis. ſcutellas, & promulſidaria contineri in titul. de auro & argento legat. in P.

PROMVS] Vide PROMO.

PROMVSCIS] proboſcis elephantorum Plin. lib. 8, cap. 7,1, Promuſcidem elephantorum facilimè amputari, Pyrrhi præliorum experimentis patuit.

PROMVTVVM] mutua pecunia. Scæuola. l. 40, § 3, de ſtatulib. in P. quod neque à conductoribus prædiorum, neque à villicis penſiones exegerit; & inſuper etiam promutuum eis dederit.

PRONAVS] quaſi ante templum. Vitruuius libro 3, capite 1, Dipteros autem octaſtychos, & pronao, & poſtico. Rurſus cap. 3, Spicis perfectis & collocatis, columnæ ſunt medianæ in pronao & poſtico, ad perpendiculum medij centri collocandæ.

PRONECTO] Stat. 4, Sylu. 3,30,

Vidi, quam ſeriem morantis æui
Pronectant tibi candidæ ſorores.

PRONEPOS] Iouis pronepos, Aiax. Ouid. 13, Metam. 29.

PRONVBA] quæ nuptijs celebrandis præeſt, & ea ex parte vxoris: Pronuba Iuno dicitur. Virg. 4, Aeneid. 33.

Flamma pronuba. Claud. 1, de raptu Proſerp. 27,

—tenerum iam pronuba flamma pudorem
Sollicitat.

¶ Pronubo: Nuptijs præſum. Feſtus.

PRONVNTIO] Plinius auunculus, lib. 7, cap. 48,6, Luccia mima centum annis in ſcena pronuntiauit.

Ad comicum morem aliquid pronuntiare. Quintilian. lib. 1, cap. 8,3.

Pronuntiare: *Nominare.* Liuius 4, bell. Punic. 123, Poſtremo victi conſenſu, & ſeditionem metuentes, pronuntiant eos Prætores.

Pronuntiatum & ſtatutum (inquit Vlpianus in l. pronuntiatum. ff. de verb. ſignific.) idem dici poteſt.

Pronuntiare per præconem. Plin. de Viris illuſt. 51.

Pronuntiare de. Plin. epiſtol. 15, lib. 3, Non temere iam nunc de vniuerſitate pronuntio.

¶ Pronuntiare: *Dicere.* Plin. epiſt. 113, lib. 5, ad Macrum: Nec tamen adhuc poſſum pronuntiare, vtrū ſit difficilius: capere aliquid, an ſcribere.

Seorſum de re aliqua pronuntiare. Quintil. lib. 7, cap. 3,16.

¶ Pronuntiare: *Iudicare.* Quint. lib. 2, Sed ij qui ſint, non cuiuſuis eſt pronuntiare.

Pronuntiare: *Palàm & claſſico nuntiare.* Curtius lib. 4, Immineńsq; Dario, iter ad Euphratem pronuntiauit.

Pronuntiare prælium in poſterum diem. Liu. 4, bel. Pun. 63.

Pronuntiare aduerſus aliquem. Plin. lib. 17, cap. 9,6.

¶ Pronuntiatur. Plin. lib. 7, cap. 4,2, Patriam ab eo coronari, pronuntiatur.



¶ Pronuntiatus. Gellius libro 4, capite 17, Ratio in pronuntiatu manet.

¶ Pronuntiatio. Indecora, vel voce, vel geſtu, pronuntiatio. Quintil. libro 3, capite 3,2.

PRONVPER] Plaut. Trinum. 8,20,

—qua ſponſione pronuper tu exactus es
Pro illo adoleſcente.

PRONVRVS] Nepotis vxor. Ouid. epiſt. 16,42,

Pronurus & magni Laomedontis ero.

PRONVS] Ouid. 1, Metam. 18,

Pronaq; cùm ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit.

Supinus, & Pronus; *contraria.* Plin. lib. 7, cap. 17, Virorum cadauera ſupina fluitare; fœminarum prona.

Proni decurrere monte parabant. Silius lib. 7,44.

Pronus ad Meridiem locus. Varr. 3, de Re ruſt. cap. 16,29.

Pronus ſoli: & ad ſolem. Colum lib. 2, cap. 9. Idem libro 3, capite 2, Aquiloni prona.

Pronus in ventrem. Varr. 2, de Re ruſt. cap. 7,11.

Pronus bibis aquam. Mart. lib. 1,88.

Aurigæ pendent proni in verbera. Virg. 5, Aeneid. 30.

Mittere aliquem pronum. Catul. ad Coloniam, epig. 17,5.

¶ Pronus: *Facilis.* Plin. epiſt. 163, Quibus video à meo, tuoq; latere pronum ad honores iter, & audita latiùs nomina, & non ſubitas imagines relicturus. Salluſt. in Iugurtha.

Pronus, *pro Vicino.* Virg. 5, Aeneid. 43,

—ventiſq; vocatis
Prona petit maria.

¶ Pronus: *per translationē.* Plin. in Paneg. 138, Nihil eſt tā pronum ad ſimultates, quàm æmulatio: in fœminis præſertim.

Pronior huic rei. Suetonius in Nerone, cap. 40, Cui ſpei pronior, Britannia Armeniaque amiſſa, ac rurſus recepta, defunctum ſe fatalibus malis exiſtimabat. Idem in Galba, cap. 12.

Honori alicuius pronior. Stat. 3, Sylu. 3,31.

Proniores paci. Valer. lib. 7, cap. 3.

Pronus ad hæc. Sueton. in Vitellio, cap. 7.

Ad omne nefas Lucan. lib. 6,30.

Proniores ad iracundiam. Plin. lib. 22, cap. 24,5.

Pronus ad fidem. Liu. 1, bel. Pun. 102.

In aliquid pronior. Quint. lib. 2, cap. 8,8.

In bellum pronus. Lucan. lib. 1,60.

In obſequium plùs æquo pronus. Horat. 1, epiſt. 19,2.

Aër pronus. Ouid. 14, Metam. 165.

Aetas ad vitia maximè prona. Quint. lib. 1, cap. 2,2.

Et pronus ſaturæ lac bibit agnus ouis. Ouid. 5, Faſt. 99.

Atq; illum in præceps prono rapit alueus amne. Virgilius 1, Georg. 51.

Anni proni. Horat in Arte, 13.

Aqua prona. Virg. 8, Aeneid. 110.

Aures pronas accommodare. Claud. de bel. Gildon. 86.

Auribus pronis aliquid accipere. Tacit. lib. 17.

Aures ſuperbæ, & offenſioni proniores. Tacit. lib. 4.

Crateres proni. Stat. 5, Thebaid. 51.

Currus. Stat. 10, Thebaid. 73.

Decurſu prono agitur malum Catul. ad Ortalū, epigr. 60,3.

Dies prona. Stat. 2, Thebaid 9.

Fides prona venit. Ouid. 3, de Arte, 134.

Iuuentus Satyrorum prona in Venerem. Ouid. 1, Faſt. 80.

Lapſus pronus. Claud in Ruff. 1,32.

Pronus lapſus fidei. Plin lib. 5, cap. 1,11.

Largitor pronus. Claud. 7, Paneg. 24.

Manu pronà fundere falerna. Tibul lib. 3, eleg. 6,2.

Mens prona in ferrum. Lucan. lib. 1,92.

Menſes pronos voluere. Horat 4, Carm ode 6,8.

Sententia prona. Valer. 8, Argon. 68.

Via. Ouid. 2, Metam. 14.

¶ Pronitas Senec. in Præfat. declam. Neſcio quâ iniquitate, & ad malum pronitate naturæ, eloquentia ſe retrotulerit.

PROOEMIVM] Libera procemia Quint. lib. 3, cap. 8,6.

Vitioſum procemium. Quint lib. 4, cap. 1,43.

Dicere procemium. Quint. lib. 2, cap. 20,8.

Scribere. Quint. lib. 3, cap. 9,6.

Rixæ procemia. Iuuen. Satyr. 3,28.

¶ Procemior. Plin. epiſt. 27.2, Procemiatur aptè, narrat apertè, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelſe.

PROPAGO] Vitis vetula, & ſuppreſſa, vt ex vna plures fiant. Virg. 2, Georg. 6,

—preſſos propaginis arcus.

Vites meliùs reſpondent propagine. Virg. 2, Georg. 13.

Vitium propago Horat. Epod. 2,2.

¶ Propago: *Genus.* Virg. 12, Aeneid. 166,

Si Romana potens Itala virtute propago.

Author propaginis. Ouid. 3, Faſt. 32.

Auidiſſima cædis propago. Ouid. 1, Metam. 26.

Blanda propago catulorum. Lucret. lib. 4,202.

Clara propago. Lucret. lib. 1, 9.
Verſuta. Ouid. 11 Metam. 63.
Propago librorum. Plin lib. 7, cap. 14, 1, Qua de cauſa aliorũ eius librorum propago, Liciniani ſunt cognominati.
¶ Propages. Pacuuius: Saluete gemina mea propages ſanguinis. Ennius:
Vnde florent fructus, vitæq; propaginem.
¶ Propago: Verbum. Cato cap. 32, Vites propages in ſulcos.
Arbitria propagare: Paulus de arbitriis, vocat, quando arbiter pronuntiat ad alium arbitrum rem reijciendam.
Commeatum propagare. Suet. in Caligul. cap. 29.
Animantum genus. Lucret. lib. 1, 39.
Imperium in annum. Liu. lib. 3, bel. Pun. 117.
Prolem. Lucret. lib. 2, 199.
Secla. Lucret. lib. 1, 4.
Vrbis terminos. Tacit lib. 12.
Procudere ſecla propagando. Lucret. lib. 5, 170.
¶ Propagatio. Colum. de Arboribus, cap. 7, 1, Propagationum genera tria ſunt in vſu maximè.
PROPALA] qui merces propalàm venales habet. Plautus:
Panis & vinum à propala, & de cupa. Varro: Denique ipſæ exruminantes ad propalam vitam diu producunt. Lucilius:
Vt cum primitijs ficos propala recentes
Protulit, & pretio ingenti dat primitus paucos.
PROPALA'M] Liu. 4, bel. Maced. 135.
Ponere libellos propalàm. Tacit lib 4.
Reſpondere propalàm. Tacit. lib. 12.
¶ Propalo. Colum lib. 13, cap. 7, Per quos vti quæque virga poſtulauerit, propaletur.
PROPATRVVS] frater proaui Caius in l. 1. ff. de gradibus.
PROPATVLVS] In propatulo. Columel. libro duodecimo, in Procem. 2, Quum victus & cultus humanus, non vti feris in propatulo, ac ſylueſtribus locis; ſed domi ſub tecto accurandus erat.
In propatulo habere aliquid Salluſtius.
PROPE] præpoſitio. Curtius: Quum prope id oppidum copias conſtituiſſent.
Vbi non modò prope me; ſed planè mecum habitares. Liu. 1, ab Vrbe, 106, Eò maiore cum gaudio, quò prope metum res fuerat.
Cubat is prope Cæſaris hortos. Horat. 1, Serm. Satyr. 9, 4.
Prope montes conſiſtere. Liu. 1, ab Vrbe. 116.
Prope ſeditionem ventum. Tacit lib. 19.
Prope ab. Plinius libro 4, capite 4, 3, tam prope ab origine rerum ſumus.
Prope ab inceſto Quint, in Infami in matrem, 1.
¶ Propè: *aduerbium*. Terent. Adelph 4. 1. 8,
Et illud rus nullâ aliâ cauſâ tam malè odi, niſi quia
Propè eſt.
Propè adeſt, quum alieno more viuendum eſt mihi. Terent. And. 1, 1, 125
Propè adeſt vt. Plaut. Aulul. 8, 9.
Propè aduentat Plaut. Trucul. 8, 15.
Propè eit, quando. Plaut. Menæch. 21, 19.
Prope eſt vt omnes ſint. Senec epiſt. 121.
Propè: *Quaſi ferè*. Terent. Heaut. 1, 1, 46,
Eius filiam ille amare cœpit perditè,
Propèiam vt pro vxore haberet.
Funeratus propè ictu arboris. Horat. 3. Carm. ode 8, 2.
Propè eſt factum, vt iniuſſu Prætoris ſignis conuulſis in aciem exirent. Liu. 5. bel. Pun 112.
Iam propè erat, vt ſiniſtrum cornu pelleretur Romanis; ni ſeptima legio ſucceſſiſſet. Liu. 10, bel. Macerd. 129.
¶ Propior, & Propius. Terent Heaut. 5, 2, 34,
Dum iſtis fuiſti ſolus, dum nulla alia delectatio,
Quæ propior eſſet te, indulgebant.
Funeri propior. Horat. 3, Carm. ode 15, 1.
Gradu ſanguinis propior. Ouid. epiſt. 3, 6.
Propior vero. Liu. 3, bel. Pun. 49.
Quod propius vero eſt. Liu. 4, ab Vrbe, 159, Capuamq; ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero eſt) à Campeſtri agro appellatam.
Propius fidem eſt. Liu. 2, ab Vrbe, 178.
Vocari ad propiora. Ouid 6, Faſt. 17.
Cura propior deam angit. Ouid. 13, Metam. 117.
Exemplo tangi non propiore potes. Ouid. epiſt. 15, 66.
Fides ad fallendum propior. Tacit. lib. 18.
Mors propior venit. Tibul. lib. 2, eleg. 3, 9.
Aetas aliquem inſequitur propioribus ſpacijs. Virgil. 9, Aeneidos, 56.
¶ Propiùs: aduerbium. Terentius Adelph. 3, 2, 11, Propiùs, obſecro, accedamus.
Accedere propius. Ouid. 2, Metam. 9.
Aſpicere res alicuius propiùs. Virg. 1, Aeneid. 107.
Conſiſtere propius. Ouid. 3, de Arte, 93.
Propiùs petas licebit, quod petis. Martial. lib 1, 88.
Propiùs ab aliquo loco ſtare. Seneca epiſt 121.
Quò propiùs nunc es, flammâ propiore caleſco. Ouidius epiſtol. 17, 37.
Vt propiùs ventum eſt. Ouid. 4, de Ponto, eleg 7, 9.
¶ Proximus. Terent Eunuch. 2, 3, 40.
Proximæ fundo ædes. Terent. Heaut 4, 4, 10.
Sedere proximum ad aliquem. Ouid. 1, de Arte, 28.
Cura proxima. Ouid. 2, de Arte, 150.
Proximus huic labor eſt, placidam exorare puellam. Ouid. 1, de Artè, 8.
Proximis menſibus illum non vidi. Terent. Eunuch. 2, 3, 40.
Optimus, proximus, tertius. Plinius libro 12. capite 13, 1, Aſarum optimum in Ponto; proximum in Phrygia; tertium in Illyrico.
Proximus ab eo. Quint. lib. 3, cap. 10, circa finem.
Ab aliquo proximus. Quint lib. 3, cap. 8 43.
Proxima ab Aegypto Campania eſt copia roſæ. Plinius lib. 13, cap. 3, 5.
Proximus à vino ſomnus. Plin. lib. 10, cap. 75, 3.
Genere mihi proximus. Terent. Adelph. 4, 5, 17.
Proximum vino guſtu ſemen Plin. lib. 12, cap. 25, 3.
Interuallo longo proximus Virg. 5, Aeneid 64.
Titulus proximus Ouid 4, Faſt. 9.
Vſu longo alicui proximus. Ouid. 3, de Ponto, eleg. 6, 11.
Proximus optimis. Plaut. Trin. 8, 67.
Carmina proxima Phœbi verſibus. Virg. 7, eclog. 5.
Vero proximum Horat. in Arte. 69.
Veritati proximum Quintil. lib. 2, cap. 10, 2.
Quà cuiq; proximum erat. Liu. 10, bel. Pun. 22,
Seruorum proximi. Tacit lib. 15.
Proximus mihi ſum. Terent Andr. 4, 1, 12.
Proximus te ſum. Plautus in Pœn 17, 1.
¶ Proximum: *Subſtantiuè*. Terent Eunuch. 3, 5, 53, Eamus ad me: ibi proximum eſt, vbi mutes.
¶ Proximus, *Maximè propitius*. Martial.
Nec propior quem Phœbus amet.
¶ Proximior. Senec epiſt.: 09, Ita tamen, vt modum ſeruem; & quidem continentiæ proximiorem
¶ Proximè. Proximè ianuam. Varro de Re ruſt. Villici proximè ianuam cellam eſſe oportet.
Proximè morem Liu 4. bel. Pun. 219.
Proximè, mox, tertio. Plinius lib 12, cap. 12, 3, In noſtro orbe proximè laudatur Syriacum; mox Gallicum; tertio loco Creticum.
Proximè: *quàm propè fieri poteſt*. Quintil. lib. 6, Et vt proximè vtriuſq; differentiam ſignem.
¶ Proximitas. Ouid. 2, de Arte, 133,
Et lateat vitium proximitate boni.
Meq; ream nimiæ proximitatis agi. Ouid. de Nuce, 12.
Damno eſt ipſa proximitas. Ouid. 10, Metam 67.
Requirere proximitatem, aut primum hæredem. Ouid. 13, Metamorph 31.
¶ Proximo Solinus cap. 70, non procul à fine: Tertia huic proximat eodem nomine. Idem capite 65, Indo flumini proximantes, verſa ad Meridiem plaga vltra alios torrentur calore.
PROPECTO, vnde PROPEXVS] Propexa barba. Ouidius 1, Faſt. 52.
Barba propexa in pectore. Virg. 10, Aeneid. 166.
Canities mento propexa. Stat. 2, Thebaid. 20.
Crinis propexus ac rutilatus. Tacit. lib. 20.
PROPEDIEM] Terent Heaut. 1, 1, 108,
—at porrò rectè ſpero illum tibi
Saluum affuturum eſſe hìc, confido propediem.
PROPELLO] Plin. lib. 9, cap. 6, 3, Dum ſaginam perſequitur, in litus fluctibus propulſa.
Propellere à caſtris. Liu 7, ab Vrbe, 106.
Agmina voce Silius. lib 7, 107.
Amnem cædibus Stat. 1, Thebaid. 10.
Claſſem. Lucan lib. 3, 1.
Haſtam vicinam metæ. Silius lib. 16, 114.
Inimicos. Cæſar 5, bel. Gal 167.
Iniurias hominum Colum lib. 7, cap. 12, 2.
Anima propellit membra Lucret. lib 3, 33.
Pactione propellere. Salluſt. in Catilinam: Collegam ſuum Antonium pactione prouinciæ propulerat, ne cõtra Rempublicam diſſentiret.
Pecus paſtum Liu 5, bel. Pun. 40.
¶ Propellere: Vltrà ducere. Columell. libro 2, capite 2, 23, Quum ventum erit ad verſuram, in priorem partem iugum propellat.
¶ Propellens. Lucret. lib. 4.
Atq; alium præ ſe propellens aëra voluit.
¶ Propulſus: Participium Flumina propulſa cruore. Lucan. lib. 7, 160.

¶ Propul-

¶ Propulſus: Verbale. Seneca 6, Natur. quæſt. Ventum propulſu ſuo concitare.
¶ Propulſo. Bellum mœnibus propulſare. Liu. 1, ab Vrbe, 9.
Hoſtem. Cæſar 1, bel. Gal. 214.
Iniurias. Cæſar. 6, bel. Gal. 61.
¶ Propulſator. Valer. libro 7, cap. 9, Authorem harum rerum beneuolentiâ; propulſatorem odio inſecutus.
PROPEMODVM] Terent. Adelph. 1,2,51,
—nam ambos curare, propemodum
Repoſcere illum eſt, quem dediſti. Idem And. 3,4,7,
Propemodum habeo iam tibi fidem.
PROPENDEO, vnde PROPENDENS] Columel. libro ſeptimo, capite 12,4, Probatur quadratus potiùs, quàm longus aut breuis: capite tam magno, vt corporis videatur pars maxima, deiectis, aut propendentibus auribus. De cane villatico.
¶ Propendulus. Propenduli crines. Apuleius libro primo, Floridorum.
¶ Propenſus. Plaut. Bacchid. 9,23,
Sed antè quàm illa vnquam meis opulentijs
Ramenta fiat grauior aut propenſior,
Mori me malim.
Propenſa munera: *id eſt, multa & magna.* Plaut. Truc. 1,8.
In aliquid propenſior. Quint. lib. 4, cap. 1, 13.
Propenſo animo aliquid facere. Liu. 7, bel. Maced. 225.
Dei propenſi ad vota Ouid. 1, Faſt. 145.
Fauor propenſus Ouid. 3, de Ponto, eleg. 4,3.
Fauorem propenſum petijt voce ſollicitâ. Ouidius 14, Metamorph. 142.
PROPERO] Terent. Andr. 1,5,64,
—obſtetricem acceſſo. P. propera.
In Cyprum properare. Terent. Adelph. 2,4,14.
Ad metam vnam. Ouid. ad Liuiam, 72.
Sedem properamus ad vnam. Ouid. 10. Metam. 7.
Propera ocyus. Plautus Ciſtell. 8,8, Et Curc. 7,33, Properatiſne ocyus?
Quò properas? Plaut. Aſin. 12,16.
Properare, *cum infinitiuo.* Virg. 7, Aeneid. 12,
—quem regia coniux
Adiungi generum miro properabat amore.
Properabat adire. Ouid. 4, Metam 64.
Properare hominem inuenire. Terent. Phorm. 5,6,5.
Properare proficiſci. Cæſar 2, bel. Ciuil. 186.
Properare propero domum Plaut. Aulul. 7,4.
Properare aliquid. Virg. 1, Georg. 52,
Multa forent, quæ mox cælo properanda ſereno,
Maturare datur.
Deditionem properare. Tacit lib. 2.
Iter. Tacit. lib. 1.
Laborem. Propert. lib. 3, eleg. 21,5.
Mortem. Tacit lib. 2.
Mortem per vulnera. Virg. 9, Aeneid. 81.
Pecuniam indignè hæredi properare. Horat. 3, Carm. ode 24,11.
¶ Properantur. Plin. in Paneg. 8, At quàm magnificus in publicum es? hinc porticus, hinc delubra occulta celeritate properantur.
Lanæ cui properabantur? Horat. Epod. 12,5.
Amores teneri properentur. Ouid. 3, Amor. eleg 1,14.
¶ Properans Terent. Eunuch. 2,2,60, Non temerè eſt; & properans venit.
Properantes aquæ. Plin. lib. 5, cap 9,10.
Properantis aquæ per amœnos ambitus agros. Horatius in Arte, 4.
Bellum properans. Lucan lib. 1,94.
Vix operi cunctæ dextra properante ſorores Sufficiunt. Lucan. lib. 3,4.
Falce operanti dolatus acernus ſtirpis. Propert. lib. 4, eleg. 4,2,12.
Gradum properantem ſiſte. Senec Herc. fur. 9,32.
Legere aliquid linguâ properante. Ouidius 3, de Ponto, eleg. 5,2.
Oculus properans. Ouid. 3, Triſt. eleg. 3,15.
Pede properante adire locum aliquem. Catul. de Berecyn. 58,6.
Remis properantibus æquora impellere. Ouidius 3, Metamorph. 131.
¶ Properandus. Virgil. 1, Georg. 52, Multa forent, quæ mox cælo properanda ſereno.
Fuga properanda. Valer. 4, Argon. 115.
Veneris non eſt properanda voluptas. Ouid. 2, de Arte, 144.
¶ Properatus. Ouid. 5, Metam. 80, Vſque adeò eſt properatus amor.
Accuſatio properata. Tacit lib. 4.
Carmina proparata. Ouid. 3, de Ponto, eleg. 4,12.
Fata properata retexere. Ouid. 10, Metam. 7.
Gloria rerum properata. Ouid. 15, Metam. 150.
Greſſu properato mœnia repetere. Silius lib. 3,33.
Mors properata. Ouid. 3, Triſt. eleg. 7.
Opus properatū breui tempore. Ouid. 1, de Ponto, eleg. 11,1.
Oſcula congerimus properata ſine ordine raptim. Ouid. epiſtol 17,23.
Stylus properatus. Quint. lib. 10, cap. 3.
Tela agreſtia ad ſubitum vſum properata. Tacit. lib. 2.
Voluptas properata. Ouid. 1, Amor. eleg 4,10.
Vox Ouid. 3. Metam 60.
¶ Properantia. Salluſtius in Iugurtha: Neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum, ſocordia magis, quàm dolo crederent.
¶ Properatò. Tacitus lib. 13, Neq; nimis properatò Narciſſus Claudij libertus ad mortem agitur.
¶ Properatim. Cæcilius: Properatim in tenebris iſtuc confectum eſt opus.
¶ Properiter. Catullus: Animula miſerula properiter abit.
¶ Properanter. Accius: Remiſq; nixi properanter nauim in fugam vertunt. Lucret lib. 5 66.
¶ Properus. Ire properus. Tacit. lib. 11.
Oblatæ occaſionis propera. Tacit lib. 12, de Agrippina.
Pergit properus. Tacit. lib. 5.
Curſus properus. Ouid epiſt. 16,54.
Greſſus properi. Valer. 4, Argon 36.
Pede propero ſequuntur ducem. Catul. de Berecynth. 58,7.
¶ Properè. Terent Heaut 2,3,9,
—vbi dum tu Dromo illis obuiam
Properè: quid ſtas?
Subitò, Properè. Plaut. Amphit. 17,10.
Vt ſubitò, vt properè, vt tonuit validè.
Properè celeriter. Plaut Rud. 30,35,
Eloquere properè celeriter.
Properè exſequi præcepta alicuius. Virg. 6, Aeneid. 48.
PROPES] Funis, quo imum veli tenditur. Turpilius:
Reliquam ventus fert nauem in mare ſecundus,
Si quis propedem miſit in veli ſiniſtrum.
PROPETRARE] mandare quod perficiatur. Paulus apud Feſtum.
PROPEXVS] Vide PROPECTO.
PROPINGO] Lucret. lib. 4,
Quæ penetrata queunt ſenſum propingere acerbum.
PROPINO] Martial. lib. 5, 119,
Non deerunt tibi, ſi ſoles προπίνειν,
Vides cappadocæ, graueq; porri. Martialis lib. 6,44,
Nemo propinabit Calliodore tibi. Idem libro 1,64, Cœnat, propinat, poſcit, negat, innuit.
Multa propinare. Ouid. 1, de Arte, 118.
¶ Propinare: *Porrigere.* Terent. Eun. 5,9,57, Hunc comedendum & deridendum vobis propino. Plin. lib. 20, cap. 10,2.
Salutem propinare. Plaut. Stich. 8,16.
¶ Propinator. Ouid. 1, de Arte, 118, Indè propinator nimirum multa propinet.
¶ Propinatio. Senec. epiſt. 94, Quum penes te palma fuerit, & propinationes tuas ſtrati & vacuitates recuſauerint, tamen à dolio vinceris. Gellius lib. 10, ca. 17, Eſt enim perſona, quæ hoc apud Laberiū dicit, diuitis auari & parci ſumptum plurimum, ἀσωτίαν, & propinationem adoleſcētis filij deplorantis. Senec lib. 2, de Beneficijs, cap. 21, Ego ab eo beneficium accipiam; à quo propinationem accepturus non ſim?
PROPINQVVS] Terent. Heaut. 1,1,5, Quod ego in propinquâ parte amicitiæ puto.
Clamor propinquus. Silius lib. 13,30.
Exſilium propinquius orare. Ouid. 4, Triſt. eleg. 4,11.
Regio propinqua. Ouid. 3, Triſt. eleg. 12,7.
Signa propinqua. Ouid. 2, Faſt. 38
Spem alicuius rei propinquam facere. Liu 8, bel. Pun. 132.
Veſpera propinqua. Tacit. lib. 15.
In propinquo ſunt caſtra. Liu. 4, bel. Pun. 174.
Conſanguinitate propinquus. Virg 2, Aeneid. 18.
Chari propinqui. Horat 1, Serm. Satyr. 11,17.
Tutela abeat ad ſanos propinquos. Horatius 2, Serm. Satyr. 3,44.
¶ Propinquitas. Liu. 8, bel Maced. 119, Ipſe (iam enim mediū Autumni erat) locis gelidis propinquitate Tauri montis excedere properans.
Propinquitas, & affinitas. Cæſar 2, bel. Gal. 244.
¶ Propinquè. Plaut Truc. 11,20, Atat, eccam adeſt propinquè: credo audiuiſſe hæc me loqui.
¶ Propinquo Virg. 2, Aeneid. 1
— heu fuge nate, propinquant.
Foribus propinquare. Virg. 5, Aeneid. 127.
Scopulo. Virg 5, Aeneid. 32.
Supplicium propinquat. Stat. 5, Thebaid. 99.
Animis propinquare alicui. Stat. 10, Thebaid. 75.
PROPIOR] Vide PROPE.

PROPITIVS] Terent. Adelph. 1,1,6, Euenire ea ſatius eſt,
Quæ in te vxor dicit, & quæ in animo cogitat
Irata, quàm illa, quæ parentes propitij.
Dei propitij; ſed lenti. Seneca Agamemn. 6,5.
¶ Propitio. Plaut. Pœn. 110, Quò te agis? AD. egóne? in Veneris. AG. Quid eò tu? AG. vt Venerem propitiem.
Propitiare aliquid. Curtius lib 4.
Propitiare ſolicitudinem animi. Plin. lib. 28, cap. 2, 14.
¶ Propitiabilis. Ennius Capeduncul. Huic eſt animus propitiabilis.
PROPIV'S] Vide PROPE'.
PROPLASTICE] Ars faciendi typos, quibus, formandis figulinis operibus figuli vtuntur. Plin. lib. 35, cap. 12, 6.
PROPNIGEON] præfurnium. Plinius epiſt. 41, lib. 2, ad Gallum: Adiacet vnctorium hypocauſton: adiacet propnigeon balinei.
PROPOLA] Plautus Aulul. 19.40, Propolæ, linteones calceolarij.
PROPOLIS] quod apes ante alueum faciunt. Varro 3, de Re ruſt. cap. 16, 18, Plin lib. 11, cap. 7, 1, Ceræ initium plerunque è mitiore gummi. Propolis craſſioris iam materiæ, additis floribus, nondum tamen cera, ſed fauorum ſtabilimentum.
PROPONO] Plinius lib. 35, cap. 10, 18, Idem perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus.
Animo proponere. Liu. 10, bel. Pun. 142, Cùm tuas vires, tu vim fortunæ, Martemq; belli communem propone animo.
Animo ſuo multa ferenda proponere. Ouid. 2, de Arte, 104.
Animis proponere. Liu. 1, bel. Maced 157.
Auctionem. Quint. lib. 6, cap. 4.
Conditionem alicui. Cæſar, 8, bel. 10.
Exemplum propoſitum. Quint lib 10, cap. 1.
In exemplum aliquid propone, Quintil. lib 7, cap. 2, 29.
Honorem geminum pugnæ. Virg. 5, Aeneid. 73.
Propoſuit ſua in illos merita. Cæſar 7, bel Gal. 281.
Pœnam amori proponere Catul ad Iuuentium, epigr. 94, 3.
Præmium. Cæſar 1, bel. Ciuil. 64.
Sententiam alicuius. Plin. lib 18, cap. 10, 7.
Signum pugnæ. Liu 7, bel. Pun 223.
Spem. Cæſ 3, bel. Ciuil. 199, Quibus quotidie melius ſuccedere tempus, maioremque ſpem maturitate frumentorum proponi videbant
Voluntatem alicuius proponere alteri Cæſar 1, bel. Ciuil. 12.
¶ Proponere: *Promulgare.* Sueton. in Caligula, cap 41, Tandem flagitante Pop Rom propoſuit quidem legem: ſed & minutiſſimis literis & anguſtiſſimo loco; vt ne cui deſcribere liceret.
¶ Propoſitus. Iter propoſitum peragere. Horatius 2, Serm. Satyr. 6, 20.
Officium propoſitum. Propert. lib. 1, eleg. 19, 8.
Opus propoſitum perficere. Ouid. 1, de Remed. amor. 8.
¶ Propoſitum. Plinius: Hoc ei propoſitum erat; vel ſuperare, vel cedere.
Tenax propoſiti Ouid. 10, Metam. 81.
Graue propoſitum. Iuuen. Satyr. 10, 33.
Auerti à propoſito. Liu. 2, ab Vrbe, 37.
Conducit hoc propoſito. Horat in Arte, 40.
Deſtituere propoſitum. Ouid. 3, Amor. eleg. 6, 3.
Lumina propoſiti facta miniſtra tui. Ouid. epiſt. 20, 23.
Fugare à propoſito. Quint lib. 2, cap. 2.
Pertinet ad propoſitum. Quint. lib. 9 cap. 1.
Premere propoſitum ſuum Ouid. 2. Metam. 21.
Reuerti ad propoſitum. Senec. de Benefic. lib. 1, cap. 14.
Propoſito rapinæ aliquid facere. Plin. lib. 11, cap. 17, 6.
In propoſito. Africanus in l. Stichus habet. ff. de peculio leg. At in propoſito, quia Stichus nil debeat,
Superare aliquem propoſito. Quint. lib. 2, cap 5, 15.
¶ Propoſitio Confeſſa propoſitio. Quint. lib. 5, cap. 14, 11.
Dura. Quint. lib 4, cap. 5, 4.
Nuda. Quint lib. 4, cap. 4 6.
PROPONTIS] Aequor patens & diffuſum.
Vndæ propontidis Ouid 3, Triſt. eleg. 12, 9.
Læua propontidos. Ouid. 5 Faſt. 52.
Longa propontis. Ouid 4, de Ponto, eleg 9, 24.
¶ Propontiacus. Ouid. 1, Triſt. eleg. 9, 6,
Hincq; propontiacis hærentem Cyzicon oris.
Aqua propontiaca. Propert. lib. 3, eleg. 22, 1.
PROPORRO] Lucret. lib 2 195, Et ſibi proporrò quæ ſint primordia quærunt Idem lib. 3, 56.
PROPOSITIO] Vide PROPONO.
PROPRIVS] Virg. 7, Aeneid 67,
Hunc mihi da proprium, virgo ſata nocte, laborem.
Terent. Phorm. 5, 1, 2,
Curaui propria eā vt potiretur
Connubio iungā ſtabili, propriamq; dicabo, Virg. 1, Aen. 16.
Proprium & peculiare. Plin. lib. 7, cap. 25, 2.

Amor proprius. Lucret. lib. 4 230.
Conſilium propriū auferre alicui. Horat. 1, Serm. Satyr. 4, 27.
Excuri proprijs negotijs. Horat 2, Serm. Satyr. 3, 4.
In propriā pelle non quieſcere. Horat. 1, Serm. Satyr. 6, 5.
Ritus proprius. Plin. lib. 10, cap. 58, 1.
Vi propriā nituntur. Virg. 2, Georg. 86.
*Cum datiuo.* Quintil lib. 1, Propria eſt nobis mentis agitatio, atq; ſolertia: vnde origo animi cæleſtis creditur.
¶ Proprium: *Perpetuum.* Terent. And. 4, 3, 1,
Nihílne eſſe proprium cuiquam? dij veſtram fidem?
Virgil. 6, Aeneidos, 175,
—propria hæc ſi dona fuiſſent. Terent Andr. 5, 5, 4.
Ego vitam deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror,
Quòd voluptates eorum propriæ ſunt.
¶ Propriaſcit: Proprium fecerit. Feſtus.
¶ Proprietas. Plin. lib. 13 cap. 1, 10, Huius proprietas; vt ventilitur in coquendo, donec deſinat olere.
Proprietas terræ & cæli. Liu. lib. 8, bel Maced. 72.
Habere proprietatem Plin. lib. 13, cap 22, 3.
¶ Proprietarius. Pomponius in l diuus Hadrianus ff. de vſu & habitat. Licet tam auguſtus eſt legatarius, cui domus vſus legatus eſt, vt non poſſit occupare totius domus vſum: tamen eis quæ vacabunt, proprietarius non vtetur.
¶ Propritim. Lucret. lib. 2, 194,
Quid genus humanum propritim de quibus auctum'ſt.
PROPTER] Terent. Phorm. 2, 1, 46, Qui ſæpe propter inuidiam adimunt diuiti.
Indicere ventri bellum, propter aquam. Horat. 1, Serm. Satyr. 5, 2.
¶ Propter: *Propè, iuxta.* Terent. Adelph 4, 2, 38, —poſtea
Eſt ad hanc manum ſacellum: ibi angiportum propter eſt.
*Iungitur & accuſatiuo, in eadem ſignificatione.* Terent. Adelph. 2, 1, 15,
Nimiùm iſtoc abiſti: hîc propter hunc aſſiſte.
Propter ædem Saturni. Tacit. lib 2.
Propter quod. Paulus in l. qui in. ff. de adopt. Vxor mea illi matris loco non eſt; nec enim agnoſcitur ni: propter quod nec ei cognatus fit
¶ Propterea. Terent. Hecyra, 4, 4, 88,
Amaræ mulieres ſunt; non facilè hæc ferunt:
Propterea hæc ira eſt.
Propterea quòd Terent. Andr. 1, 1, 11,
—feci è ſeruo vt eſſes libertus mihi;
Propterea quòd ſeruiebas liberaliter.
PROPVDIVM] A' quo pudor & pudicitia procul ſint: inquit Feſtus. Plautus Curcul 4, 35, Iam huic voluptati hoc adinuentum odium eſt. PA. quid ais propudium? Plin. lib. 28, cap. 8, 34, Hoc cinere poto, propudia virorum, eiuſdem aſperſu fœminarum libidines inhiberi.
¶ Propudianus porcus, dictus eſt (vt ait Capito Atrius) qui in ſacrificio gentis Claudiæ, velut piamentum & exſolutio omnis contractæ religionis eſt. Feſtus.
¶ Propudioſus Plaut Trucul. 6, 16,
Quia tibi inſuaſo infeciſti propudioſa pallulam. Gell. lib. 2, cap. 7, Sed enim, ſi imperet vxorem ducere infamem, propudioſam, criminoſam.
PROPVGNO] Plinius libro 12, capite 19, 1, Caſiā circa paludes propugnante vnguibus, diro veſpertilionum genere, aligeriſque ſerpentibus, his commentis augentes rerum pretia.
Armatus nugis propugnat. Horat. 1, epiſt. 19, 4.
¶ Propugnator. Cæſar 7, bell. Gall. 107, Nec ille priùs eſt à propugnatoribus vacuus relictus locus.
¶ Propugnaculum. Virg. 4, Aeneid. 18,
—& propugnacula bello
Tuta parant.
Pontesq; & propugnacula iungit. Virg 9, Aeneid. 35.
Aequoris propugnacula. Stat. 3. Sylu. 3, 21.
Propugnaculum firmiſſimum. Liu lib. 4, bel. Maced.
PROPVLSO] Vide PROPELLO.
PROPYLAEVM] Veſtibulum ante domum. Plin. lib. 35, cap. 10, 34, Protogenes, quum Athenis, celeberrimo loco, Mineruæ delubro propylaeon pingeret
PROQVIRITATA] Promulgata Verbum ll. 12, tab. Sidon. Apollinar. lib. 8, epiſtola ad Nammatium: Per ipſum ferè tempus, vt decemuiraliter loquar, lex de præſcriptione tricennij fuerat proquiritata.
PRORA] Liu. 4, bel Pun. 156, Ferrea manus firmæ catenæ illigata, quum iniecta proræ eſſet, grauiq; libramento plumbi recelleret ad ſolum: ſuſpenſa prora, nauim in puppim ſtatuebat. Ibidem, lib. 2, 87.
Aerata prora. Stat. 5, Thebaid 67.
Roſtra Plin. lib. 9, cap. 30.
Terris aduertere proram, Virg 3, Georg 24.
Contorſit læuas proram Palinurus ad vndas, Virgilius 3, Aeneid 113.

Detor-

Detorquet proram ad vndas. Virg.5, Aeneid.33.
Obtorquet proram in vndas dextras. Stat.5, Thebaid.33.
Obuertunt pelago proras. Virg.6, Aeneid.1.
Illisâ prorâ pependit. Virg.5, Aeneid.43.
Aeratæ ſteterant ad littora proræ. Virg 9, Aeneid.25.
Torquent proras ad littora. Virg.3, Aeneid.107.
Vertere proras à littore. Lucan. lib.9, 118.
¶ Proreta. Plaut. Rud.23,74,
Si tu proreta iſti naui es: ego gubernator ero.
PROREPO] Colum.lib.3, cap.5, Vt mota æqualiter humus, nouelli ſeminis radicibus, quamcunq; in partem prorepſerint, molliter cedat.
Quum prorepſerunt primis animalia terris. Horat.1, Serm. Satyr.3,20.
Prorepere è cauis. Plin. lib.8, cap.39,1.
Prorepere in luxuriem, dicuntur radices vitium. Colum. lib. 5, cap.5,11.
Prorepentes oculi vitium. Colum lib.11, cap.2,28.
PRORETA] Vide PRORA.
PRORIPIO] Proripere ſeſe domo. Liu.9, bell. Pun.44, Virg. eclog.3.4,
Et quum clamarem; quò nunc ſe proripit ille?
Tityre coge pecus: tu poſt carecta latebas.
Vſquam proripere. Horat.1, Serm. Satyr.1,8.
Proripere ſe ſubitò. Cæſar 1, bel. Ciuil.303.
Seſe portâ foràs vniuerſi proripiunt. Cæſar 2, bel. Ciuil.46.
Solio ſe proripit alto. Valer.5, Argon.54.
Proripere ſeſe ab veſtibulo templi. Liu.8, ab Vrbe, 24.
Ex curia. Liu. ab Vrbe, 70, & lib.8, 152.
In publicum. Liu 8, ab Vrbe, 141.
In cœtus. Plin. lib.8, cap.46,2.
Cateruas proripere in cædem Horat.1, Carm. ode 8,3.
PRORITO] Colum. lib.10, 2,
Vt Peluſiaci proritet pocula zythi. Plin. lib.26, cap.8, 43, Anagallis cærulea procedentia ſedis retro agit: ediuerſò rubens proritat. Colum. lib.2, cap.10,13, Lini ſemen, niſi magnus eſt eius in ea regione, quam colis, prouentus, & pretium proritat; ſerendum non eſt.
PROROGO] Per ſingulos annos aliquid prorogare. Quint. lib.1, cap.1,13.
Aetatem. Plin. lib.15, cap 13,2.
Aeuum. Horat. in Carm. ſecul.14, Et in Arte, 70.
Prorogat æternam feritas tibi Punica famam. Claud.7, Paneg.82.
Horam prorogare rectè viuendi. Horat.1, epiſt.2,9.
Moras. Plin lib.16, cap.22,1.
¶ Prorogatio Liu.4, bel. Maced.20, Tum L. Valerius, prorogatione ab ſe promulgata, ita diſſeruit.
PRORSVS, vel PRORSVM] Aduerbium. Terentius Eunuch. 2, 3, 14,
Ego neſcio herculè, neq; vnde eam, neq; quorſum eam: Ita prorſus oblitus ſum mei.
Prorſus iocundè. Horat.1, Serm. Satyr.5,15.
Prorſus omnino omnia obſequor. Terent. Adelph.5,9,33.
Nam penitus prorſum latet hæc natura, ſubeſtque. Luc. libro 3,55.
Prorſus, *cum negatione*. Terent. Hecyr 4 4,51, Enimuero prorſus iam tacere non queo. Idem, And.2,6,4, Nihilne? hem. D. nihil prorſus. Item, Adelph.4,1,4.
¶ Prorſum: *Rectà ad locum aliquem*. Plaut. Milit.16,56,
—ego adeò, vt tu ſcias,
Prorſum Athenas protinus abibo tecum. Idē Perſa.17,5,
Simulato, quaſi eas prorſum in nauem.
Rurſum prorſum. Terent. Hecyr.3,1,35,
Trepidari ſentio; curſari rurſum prorſum.
¶ Prorſum: *Certè, rectè*. Terentius Adelph.5,3,58, Eo pacto prorſum illic alligaris filium.
¶ Prorſus: *Nomen*. Prorſi limites dicuntur in agrorum menſuris, qui ad orientem directi ſunt: vt ait Feſtus.
PRORVMPO] Virg.1, Georg.20,
Rurſus in obliquum verſo prorumpit aratro. Cæſar 5, bel. Gall.60, Nouo genere pugnæ, perterritis noſtris, per medios audaciſſimè proruperunt Virg 10, Aeneid.76,
Hæc ait: & medius denſos prorumpit in hoſtes.
Vox prorumpit in auras. Silius lib.3,142.
¶ Prorumpere: *Vltrà emittere, euomere*. Virgil.1, Aeneid. 50, Et 3, Aeneid.154,
—horrificis iuxtà tonat Aetna ruinis,
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem. Terent. in Eunuch. Iamne erumpere licet hoc mihi gaudiũ.
Prorumpit fons ab vna parte. Cæſar 8, bel. Gal 142
¶ Proruptus. Proruptæ munitiones. Cæſar 3, bell Gall. non procul à fine.
Mare proruptum Virg.1, Aeneid.50.
PRORVO] Liu. Mare fluminibus inuexit: montes lapſu ingenti proruit. Idem 6, bel. Pun.70, Albam, vnde ipſi oriundi erant, à fundamentis proruerunt: ne ſtirpis, ne memoria originum ſuarum exſtaret. Colum lib 12, cap.43,10, Tum vinaceorum pes bene prælo expreſſus, proruitur.
In caput proruit. Valer 7, Argon.121.
Proruere ſe foras. Terent Eunuch 2,5,51.
¶ Prorutus. Liu 4, ab Vrbe, 124, Dictator, proruto vallo, iam in caſtra prælium intulerat.
Gramina proruta. Stat.4, Thebaid.264.
PROSA] oratio ſoluta Gell. lib.10, cap.18, Exſtat nunc quoque Theodori tragœdia, quæ inſcribitur Mauſolus: in qua eum magis, quàm in proſa placuiſſe Higinus refert Quintilian. lib.1, cap.10, Sed in proſa quoque quædam iam recepta immutatio.
Proſâ oratione prioribus ſubnectentur exordijs. Colum. libro 10, in Præfat.
¶ Proſaicus. Plinius libro 7, capite 56,15, Proſaicam orationem condere, Pherecydes Syrius inſtituit. Idem libro 5, capite 29, 8, Cadmus primus proſaicam orationem condere inſtituit.
PROSAPIA] Cato: Veteres proſapiæ. Plaut. Curcul.8,23, De Coclitum proſapia te eſſe arbitror. Idem Merc.12,49. Quintil lib.1, cap 11, & lib 8, cap 3.
PROSCENIVM] Plaut. Amphit.3,91,
Etiam hiſtriones Nannico in proſcenio hic Iouem inuocarunt. Liu 0, bel. Maced.202, Theatrum, vt proſcenium ad Apollinis ædem, Iouis in Capitolium, &c.
Ineunt proſcenia ludi. Virg.2, Georg.77.
PROSCINDO] Proſcindere terram. Varro de Re ruſt. lib.1, cap.29, Columel. lib.2, cap.2,17, Antiquiſſimi ferè omnes formam huius operis conſcripſêre, quam velut ſcita legemq; in proſcindendis agris ſequantur agricolæ.
Aequor roſtro carina proſcindit. Catul. Argon.59,3.
Campum ferro proſcindere. Ouid.7, Metam.24.
Litus aratro. Ouid. epiſt.16,28.
Quercum ferro. Lucan. lib.3,87.
Terram aratris. Lucret. lib.5,42.
Iuuencis validis terram. Virg.2, Georg.48.
¶ Proſcindere aliquem, *per tranſlationem, pro Infamare*. Suet. in Auguſt. cap.13, Hunc fœdiſſimo conuitio coram proſciderunt. Plin. lib.36, cap.6,4.
Summotum aliquem patria proſcindere. Ouid.4, de Ponto, eleg.16.
¶ Proſciſſus. Aequor proſciſſum. Virg.1, Georg 20.
Armi proſciſſi natant palearibus. Stat.5, Thebaid.67.
Pectus proſciſſum vulnere. Stat.10, Thebaid.87.
¶ Proſciſſum: *Subſtantiuè, pro Terra proſciſſa*. Columel libro ſecundo, capite 2,21, Bubulcum autem per proſciſſum ingredi oportet.
¶ Proſciſſio. Colum. lib 6, cap.26, Néue adhuc tenera colla dura proſciſſione terræ contundant.
PROSCRIBO] Vlpian. in l. ſed etſi pupillus ff de inſtitoria actione. Proſcribere palàm, ſic accipimus claris literis vt de plano rectè legi poſſint.
¶ Proſcriptus. Rex proſcriptus Horat.1, Serm. Satyr 7,1.
¶ Proſcriptor. Plinius libro 7, capite 12,7, Adeoque tempeſtiuam admirationem intulit, vt ille proſcriptor animus, mero & contumelia furens, non aliud in cenſu maius, & in fortuna ſuâ duceret.
PROSECO] Plaut. Pœnul.6,8,
—vetuiq; exta proſecarier. Liu.5, ab Vrbe, 98, Qui eius hoſtiæ exta proſecuiſſet.
¶ Proſecta, dicta ſunt ab antiquis viſcera, quæ in ſacrificijs proſecuiſſent. Lucan. lib.6,142,
—ſi pectora plena
Sæpè dedi, & laui calido proſecta cerebro. Licinius Macer, Ornithogonia:
—vulgari toſta vapore
Cum virgis proſecta ferunt.
*Fœmininum*. Lucilius lib.14.
Cœnam inquit nullam, neq; diuo proſectam vllam.
Imponere proſecta aris calentibus. Ouid.12, Metam.31.
PROSEDA] Meretrix, authore Feſto: quòd ante ſtabula ſedeat. Plaut. Pœn 4,44,
—an ibi vis inter iſtas verſarier
Proſedas piſtorum amicas reliquias alicarias?
PROSEDAMVM] Plin lib.26, cap.10,5, Et à Sarmatis equis, ob aſſiduum laborem pigrioribus in coitu: quod vitium proſedamum vocant.
PROSEQVOR] Cæſar bell. Gall. lib 5,192, Longiùs proſequi veritus, quòd ſyluæ paludesq; intercedebant.
Proſequi decedentem domum. Liu.2, ab Vrbe, 134.
Proſequi, & domum reducere. Martial. lib 11,25.
Dictis proſequi aliquem. Virg.6, Aeneid.180.
Proſequi cum donis. Liu.9, bel. Maced.224.
Abeuntia vela proſequi oculis, Ouid. epiſt 5,11.

Odore proſequitur. Plin. lib. 11, cap. 17, 3.
Viſu proſequimur illos Stat. 5, Thebaid. 97.
Ventus proſequitur euntes à tergo. Virg. 3, Aeneid. 26.
Exſequias alicuius proſequi Ouid. 1, Triſt. eleg. 6, 3.
Proſequi exſequias funeris alicuius. Liuius 8, bell. Macedon. 241.
Latiùs, quæ cuiuſq; affectus natura ſit, proſequamur. Quintilian. lib. 5, cap 8, 3.
Proſequi vſq; ad extremum. Senec. de Benef. lib. 2, cap. 11.
Proſequuntur cibos, voluptate carentes, blandioribus alloquijs Medici. Plin. epiſt 8, c.
Dicto improbum factum alicuius proſequi. Columel. lib 8, cap. 16, 3.
Fletibus natos, lætitiâ defunctos proſequuntur. Quint. lib. 5, cap. 11, 29.
Lachrymis proſequi mortuos. Liu 5, bel Pun 152.
Proſequi lamentis lachrymiſq; aliquos, tanquam extinctos. Liu 5, bel Pun. 152.
Laudibus proſequi. Colum lib. 12 cap 3, 9, Horum erat officium, eos, qui legibus parérent, laudibus proſequi.
Laureatis geſta proſequi. Tacit. in vita Agricolæ.
Libello proſequi memoriam alicuius. Plin epiſt. 10, lib. 3.
Memoria proſequi aliquid Quint. lib. 10, cap 7.
Mentionem alicuius cum honore ſummo. Plin. epiſt 159. b.
Facta alicuius ſuo officio Ouid. 4, Faſt. 146.
Liberaliter aliquem proſequi oratione. Cæſ. 2, bel. Gal 238.
Ac rurſus præmio proſequuntur eos, qui ſtrenuè atq; induſtrie ſe geſſerunt Colum lib 8, cap 14.
Stylo proſequi rationem munificentiæ. Plin. epiſt. 8, c.
Verſu paſcua. Virg 3, Georg 68.
Voto & ſuffragio aliquem Plin. epiſt 307.
PROSERPO] Plautus Aſin. 12 105,

> Fac proſerpentem beſtiam duplicem vt habeam linguâ.

Idem Pœnulo. 6 71.
Proſerpit herba. Plin Hæc herba, niſi ſata ſit, mirè proſerpit.
PROSERPINACA] herba, eximij aduersùs ſcorpiones remedij. Plin lib. 27, cap. 12, & lib. 26, cap. 4.
PROSERO] Lucan lib 4,

> —non proſerit vllam,
> Flaue, Ceres ſegetem.

PROSEVCHA] locus orationis. Iuuenalis Satyra 3, 29.

> Ede, vbi conſiſtas, in qua te quæro proſeucha.

PROSFERARI] Impetrari. Luc lib. 26, Nec minimo & proſferatur pax, quo d Caſſandram ſigno deripuit.
PROSICIVM] Quod proſectum proijcitur: inquit Feſtus.
PROSILIO] Terent. Eunuch. 5, 8, 6,

> Hunc ego nunquam videram: & iam hic quidnam properans proſilit.

Proſilire à ſede. Liuius lib 2.
Ad certamen. Senec de Benefic. lib. 1, cap. 25.
Ex tabernaculo Liu. 8, bel. Pun 74.
In campos proſilit. Stat. 10, Thebaid 49.
In apertos campos hoſtes proſiliunt Ouid. 2, Faſt. 46.
In freta proſilit attonito pede. Valer 8, Argon. 5.
In concionem proſilire. Liu. 5, ab Vrbe, 4.
In altitudinem proſilire, dicuntur frutices. Columel. libro 7, capite 6, 1.
Stratis proſiluit. Valer. lib 6, Argon 62.
Toris altis proſilit. Valer lib 6 Argon. 91.
Acies proſiliunt. Lucan lib. 2, 6,

> —ipſæ tua ſigna reuellent;
> Proſilientq; acies. Et lib. 7, 16.

Lachrymæ. Martial l b 1, 117,

> Amiſſum non flet, quum ſola eſt Gellia, patrem:
> Siquis adeſt, iuſſæ proſiliunt lachrymæ.

Natura vaga proſiliet frænis remotis. Horatius 2, Sermon. Satyr. 7, 1.
Scintillam ſubitò proſiliuiſſe ferunt. Ouid. 4, Faſt. 160.
Proſilijt inde ſpuma pinguis. Plinius libro duodecimo, capite. 14, 6.
PROSIMVRIVM, aut POSTMVRIVM] Pontificale pomœriu, vbi Pontifices auſpicabantur. Paulus apud Feſtum.
PROSITA] Propoſita. Paulus apud Feſtum.
PROSOCER] Plinius epiſtol. 110, c. libro quinto, Eram cum proſocero meo: eram cum amica vxoris: eram cum amicis diu deſideratis Ouid epiſt. 3, 15,

> Curq; ſenex Nereus proſocer eſſe velit.

PROSOCRVS] Modeſt. l. 4 ff de gradibus. Proſocrus mihi vxoris meæ auia eſt: ego illius ſum progener.
PROSPECTO. PROSPECTVS] Vide PROSPICIO.
PROSPECVLOR] Liu. Decad. 1. lib 3, L Siccium, proſpeculatum ad locum caſtris capiendum, mittunt.
PROSPER] Acies proſpera. Tacit lib 20.
Fama Tacit lib. 17.
Fatum proſperius Ouid. 3, Faſt. 123.
Proſpera fortuna Horat 4, Carm ode 14, 8.
Proſpera ſic maneat vobis fortuna: nec vnquam, &c. Ouid. 3, Triſt. eleg. 5, 16.
Inô proſpera populo adeſt. Ouid. 6, Faſt. 109.
Frugum proſpera Luna. Horat. 4, Carm. ode 6, 8.
Lux proſpera. Ouid. 1, Faſt. 15.
Sors. Catull. Argon. 59, 48.
Succeſſus proſperos dare. Liuius 1, ab Vrbe, 8.
Tempora proſpera. Claud. 7, Paneg. 124.
Frui terrâ proſperiore Ouid. 3, de Ponto, eleg 7, 6.
Verba proſpera. Ouid. 4, de Ponto, eleg. 4, 8.
Proſper: *pro eo qui proſperitatem recipit.* Sueton. in Claudian. Cæſare, capite 45, Cæſarem ſcribit fuiſſe proſpera valetudine.
¶ Proſpero. Plautus Perſa. 7,

> —nunc & amico meo
> Proſperabo, & genio meo multa bona faciam.

Liu. 8. ab Vrbe, 46, Dij Manes, vos precor, veneror, veniam peto, feroque, vti pop. Roman. Quiritium vim victoriamque proſperetis.
Conſilia Reipub. proſperare Tacit. lib 3.
PROSPERGO] Tacit. lib. 15, Vnde hauſta aqua, templum & ſimulacrum deæ proſperſum eſt.
PROSPICIO] Terent. Phorm. 5, 1, 8,

> Certo ædepol (niſi me animus fallit, aut parum oculi proſpiciunt) Meæ nutricem gnatæ video.

Proſpicit à tergo. Ouid. 6, Faſt 41.
Ab rupe proſpicere. Virg 3, Aeneid. 130
Ad agentem ex turba proſpexit. Quintilian libro ſexto, capite 1, 36.
Proſpicere ex loco aliquo in alium. Cæſar 2, bel. Ciuil. 16.
Per vmbram. Virg 2, Aeneid. 47.
Oculis Plaut Amphit. 1 7 7.
¶ Proſpicere: Ante ſiue à longè videre: hoc eſt, *prouidere & præcauere.* Terent Adelph 3, 3, 14,

> Iſtuc eſt ſapere: non, quod ante pedes modò eſt,
> Videre; ſed etiam illa, quæ futura ſunt, proſpicere.

Proſpiciens in annum fructus. Varro 1, de re Ruſt. cap. 23, 2.
In dextrum proſpicere. Quintil lib 1, cap. 1, 24.
Propè infinitum mihi laborem proſpicio. Quintilianus in Procem lib 4.
Proſpicere ſenectutem: pro, Eſſe propinquum ſenectuti. Seneca epiſtol 33.
Proſpicere ſibi, alicui, ſaluti ſuæ: hoc eſt, ſibi cauere. Terent. Adelph. 4, 2, 51,

> Cteſipho autem in amore eſt totus: ego iam proſpiciam mihi. Idem Eunucho 4, 6, 24,
> Malo ego nos proſpicere; quàm hunc vlciſci accepta iniuria.

Proſpicere bonum alicui. Liu lib. 5, ab Vrbe, 211.
Niſi proſpectum interea aliquid nobis eſt, deſertæ viuimus. Terent. Heaut 2 4, 11.
¶ Proſpecturus. Claud. 7, Paneg 48,

> Mandatricem operum proſpecturamq; labori.

¶ Proſpectus Verbale Plaut Milite, 10, 15,

> Sterilis hinc proſpectus vſq; ad vltimam plateam probe eſt.

Adimere proſpectum. Liu. 10, ab Vrbe 158.
Capere proſpectum: Conſiderando proſpicere. Liuius 1, ab Vrbe, 76.
Corrumpere proſpectum alicui. Silius lib. 5, 8.
Oculis eripere. Virg 8, Aeneid. 51.
Impedire Cæſar 4, bel. Gal. 309.
Petebat proſpectum ex ſummâ arce. Catul. Argon 59, 48.
Petere proſpectum pelago. Virg. , Aeneid. 37.
Arborum proſpectus. Plin. lib. 12, cap. 6, ad finem.
¶ Proſpecto. Liuius 4. bel Punic. 96, Pars in ædium veſtibulis ſtat: pars ex tectis feneſtriſque proſpectant. Virgilius 7, Aeneidos, 16,

> Turbaq; miratur matrum, & proſpectat euntem.

¶ Proſpectans Catul. Argon. 59. 50,

> Qua tum proſpectans cedentem mœſta carinam. &c.

Aſtra proſpectantia. Stat. 5, Sylu. 1, 25.
¶ Proſpicienter Gellius lib 2, cap. 29, Res ſalubriter ac proſpicienter animaduerſas, in mentes animoſq; hominum, cum audiendi quadam illecebra induxit.
¶ Proſpicuus. Senec. epiſt. 111, Hinc proſpicuos puerorum cultu atq; forma greges.
¶ Proſpica: Intenta. Næuius: Ac ſibi proſpica ac deſpica.
PROSPIRO] Cato: Nam venæ eorum, vbi ſufflatæ ſunt ex cibo, non poſſunt proſpirare in toto corpore.
PROSTASIS, ſiue PROSTASIA] Præfectura vel præſidentia, Latinè dicitur. Eſt item proſtaſia, quum quis pro altero liti ſe opponit, & eius defenſionem ſuſcipit, euentumq; præſtat. Budæus in Commentar.
PROSTATES] vicarium, aut defenſorē ſignificat. in lib. poſterioribus C de muneribus patrimon.

PROSTERNO] Terent. Adelph. 3,2 21.
Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, proſternerem. Liu. 8, ab Vrbe, 56.
Humi aliquem proſternere. Ouidius 5, Metam. 40.
Telo proſtrauit virum. Valer. 3, Argon. 37.
Proſternunt acies, proterunt armatos. Plinius libro 8, c. 9, 1.
Corpus proſternere. Silius libro 17, 86.
Corpus leoni. Ouidius 3. Triſt. eleg. 5, 7.
Corpora humi. Liu. 9, ab Vrbe, 28.
Flores. Stat. 5, Syl. 1, 52.
Hoſtem ferio. Silius libro 7, 80.
Legio proſternitur latis aruis. Valer. libro 6, Argon. 102.
Oppida proſternere fragore. Silius libro 3, 53.
Nutantiq; ruens proſtrauit vertice ſyluas Garganus. Silius libro 8, 125.
Syluam pondere aliquo proſternere. Ouid. 8, Metam. 157.
In terram vineas. Colum libro 11, cap. 3, 17.
Viribus ſuis proſterni. Quintil libro 2, cap 12, 2.
Proſternere, *interdum datiuum habet cum accuſatiuo.* Suetonius in Iulio, cap. 2. Non ſinè ſuſpicione proſtratę regi pudicitiæ.
Proſterni materiem & campum gloriæ alicuius. Plinius in Paneg. 50.
Opes regni proſternere. Silius libro 17, 30.
Proſtratus. Humi proſtratus. Lucretius libro 4, 241.
Enſe adacto proſtratus. Silius libro 17, 98.
Mole Ouidius 1, Triſt. eleg 7. 4.
Siti. Lucretius libro 9, 254.
Morte Lucretius libro 6, 241.
PROSTITVO] Sueton. in Nerone, cap 29. Suam pudicitiam vſque adeò proſtituit, vt contaminatis &c.
Toto corpore ſeſe proſtituere. Catul. epigr 105, 2.
Faciem ſuam lucro. Ouidius 1, Amor. eleg. 10, 9.
Voces ingrato foro. Ouidius 1, Amor. eleg. 15 2.
¶ Proſtitutus Plinius libro 30 cap 2, 2. Vtinamque inferos potiùs & quoſcunque de ſuſpicionibus ſuis deos conſuluiſſet Nero; quàm lupanaribus atque proſtitutis mandaſſet inquiſitiones eas.
¶ Proſtibulum Plaut. Aulul 9, 6.
Bellum & pudicum vero proſtibulum populi.
¶ Proſtibula: Meretrix. Plautus Perſa, 23, 58.
— nam hercle ſi abſque me
Fores, & meo præſidio, hic faceret te proſtibulam propediem.
PROSTO] Plaut. Curcul.
Hæ ſaltem in occultis locis proſtant; vos in foro ipſo.
Anguli proſtantes. Lucretius libro 2, 87.
¶ Proſtare: *Precio proſtitui* Iuuen. Satyr. 1, 5.
Cùm populum gregibus comitum premat hic ſpolia- (tor.
Pupilli proſtantis?
Precio proſtare. Ouid. 1, Amor. eleg. 10, 4. Quintilianus in Milite Mariano, 1. Iuberet proſtare gladio cinctum.
Ingenio alicuius proſtare. Ouidius 3, Amor. eleg. 11, 2.
PROSVBIGO] Virg. 3, Georg. 52,
Ipſe ruit, dentesque Sabellicus exacuit ſus:
Et pede proſubigit terram: fricat arbore coſtas.
Fulmina Cyclops proſubigit Valer. 4, Argon., 8.
PROSVM] Terent. Eunuch 5, 5, 23.
— neq; illi proſis; & tu pereas. Idem Hec. 3, 5, 13.
Quicquid eſt id. quod reliquit, profuit.
Aere multum profuit ei Bithynia Catul. de Varo epig. 10, 2.
Aeque pauperibus prodeſt, locupletibus æque Horat. 1. epiſt 1, 5.
Cõſtantia multum prodeſt in amore. Prop l. 2, eleg. 27, 6.
In commune prodeſſe. Quintil. lib 6, cap. 1, 6.
Ad concordiam Liu. 2, ab Vrbe, 6.
Prodeſt contra. Plinius libro 37, cap 10, 2. Putant eam contra araneorum & ſcorpionum ictus prodeſſe. Sic libro 23, cap. 1.
PROSVMIA] Genus nauigij. Plaut. Amph.
De nocte ad portam ſum prouectus proſumia.
Cæcilius Meretrice:
Qui pro gubernatore ſe gerens, propè euertit proſumiam. Gell libro 10, cap. 25.
PROTEGO] Plinius libro 12, cap. 1, 6, Arbor ſe vaſtis protegens ramis.
Protegere ab hyeme. Plinius libro 19, cap 8, 20. Idem libro 10, capite 33, 5, Cameraque ab umbri aut fronde protegere denſa.
Quà vicit, victos protegit ille manu. Ouidius 1, Amor. eleg 2, 11.
Armis protegere aliquem. Ouidius 8, Metam. 79.
Ora equi ſaucia. Propert lib. 4, eleg. 1, 19.
Protegere: *per translationem.* Quint. Declam. 8, Captet licèt crudeliſſimus ſenex parricidij immanitatem metu maiore protegere.

¶ Protectus. Ouidius 12 Metam 55.
— dextrâq; à parte Charaxi
Tempora perfregit ſuluo protecta capillo.
Protectus humeros capillis. Ouidius 2 Metam. 28.
¶ Protectum: *Subſtauimum.* Vlpian. in l. quemadmodum ff. ad leg. Aquil. Si protectum meum, quod ſupra domum tuam & nullo iure habebam, reciſiſſes, poſſe me tecum damni iniuria agere, Proculus ſcribit.
PROTELO] Terent. Phorm. 1, 4, 37.
Nec te ratus ſuis ſæuis dictis protelet.
Plaut Merc. 2, 12,
Vic ni ſcortum inſimulat; protelat virum.
¶ Protelare: *Percutere, perturbare.* Siſenna Hiſt libro 3, Romanos impetu ſuo protelant: prolectos perſequuntur.
Protelare: *Excludere.* Turpilius Lemnijs: Propter peccatum pauxillum indigniſſimè patria protelatum eſſe, ſæuitia patris. Siſenna Hiſtor lib. 4, Duæ cohortes de ſubſidio procedunt, atque equites protelant.
¶ Protelum Tenor pugnandi. Lucretius libro 2, 107,
Vndique protelo plaga um continuato.
PROTENDO] Plinius libro 11, cap. 43 2, Inter digitos medius longiſſimè protenditur. Idem libro 9 cap. 32. In eodem genere cochleæ, aquatiles terreſtresque exerentes ſe domicilio, binaque ceu cornua protendentes contrahentesque.
Aciem protendere in æſtus pelagi Catul. Arg. epigr. 59, 26.
Brachia alterna. Virg. 5, Aen 76.
Dextram precantem. Virg. 12, Aen 186.
Famam alicuius Claud. 1, Paneg. 8.
Iuga protendit Cithræon. Seneca Theb 1, 3.
Lachrymas protendere Claud. 2, in Eutropium, 119.
Nauti manum. Ouidius ad Piſonem, 51.
¶ Protendens Brachia protendens. Catul. epigr. 61, 2.
¶ Protentus. Silius libro 16.
Temo protentus in octo pedes, Virg. libro 1, Georg. 3 5.
Haſtæ protentæ. Tacitus libro 4.
Tela protenta Ouidius 8, Metam. 69.
PROTENVS] Virg. eclog. 1, 3,
— en ipſe capellas
Protenus ęger ago.
PROTERMINO] Apul. libro 9, Fines vſque & vſque proterminauerit.
PROTERO] Plinius libro 8, cap. 9, 1, Proſternunt acies: proſternunt acies: proterunt armatos. De elephantis. Cæſar 8. bel. Gal. 70, Partim in fuga proteruntur: partim intercipiuntur.
Agmina curru proterere. Virg. 12, Aen 66.
Pedibus arua proterit. Claud. 1, de raptu Proſerp. 26.
Vlmus labens proterit vuas. Stat. 8, Theb. 110.
Aeſtas proterit Ver Horat. 4, Carm ode 7, 2.
Vmbram inanem protere. Ouidius 3, Triſt eleg, 11 5.
¶ Protritus. Protritum & corruptum frumentum. Liu 4, bel Maced 99.
¶ Protrimentum. Apuleius libro 8. Aſini aurei, ad finem: Accuratiùs in protrimentis ſapidiſſimè decoctum.
PROTERREO] Plaut. Trin. 10. 55.
Meâ operâ hinc proterritum te, meâque auaritiâ autumant. Terent Heaut. 3, 1, 37.
Proterruiſti hinc me.
Aduerſo equo aliquem proterrere. Virg. 12, Aen. 59.
PROTERVVS] Superbus. Plaut. Bacch 14, 1.
Petulans; proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato Terent. Heaut. 3, 1, 16.
Ne ineptus, ne proteruus videar.
Africus proteruus. Horat. Epod. 16, 5.
Damnaret nati facta proterua pater. Ouidius epiſt. 6, 17.
Frons proterua. Horat. 2, Carm ode 5, 4.
Iuuenes proterui Horat 1, Carm. ode 25, 1.
Lingua proterua Ouidius in Ibin, 105.
Manus proteruæ. Ouidius 12, Metam 47.
Noctis proteruæ luſus Stat 9, Theb. 123.
Oculi proterui Ouidius epiſt. 16. 16.
Ora proterua canum. Ouidius 14, Metam. 13.
Rixa proterua Horat. 1, Carm. Ode 14, 6.
Sales proterui Stat 1, Sylu 6, 2.
Stella proterua Canis Icarij Ouidius 2, Amor. eleg. 16, 1.
Turba proterua Ouidius epiſt. 5, 27.
Venti proterui. Horat. 1, Carm. ode 26, 1.
Verba proterua dicere in aliquem. Ouidius 5, Triſt. eleg. 7, 6
¶ Proteruè. Terent. Heaut 4, 4, 1.
Satis pol proteruè me Syri promiſſa huc induxerunt.
Idem Hecyr. 3, 5, 53.
Ecce autem tu quoque proteruè iracundus es.
Facere & dicere aliquid æquo proteruiùs Ouidius 1, de Arte, 121, (Amor eleg. 4, 9.
Multa miſer timeo: quia feci multa proteruè. Ouidius 1,

¶ Proteruitas. Terent.Heaut.4,6,10,

Quàm pene tua me perdidit proteruitas.!

Grata proteruitas,Horat.1,Carm.ode 19,2.

¶ Proteruia. Lucretius:

Capripedes agitat quum læta proteruia Panas.

Proteruiam facere. Macrobius lib.Saturn. 2.

PROTHYMIA] Promptitudo,alacrtias. Plaut.Sticho,10,35,

Vides benigoitates hominum perire, & prothymias.

Ibidem,12,8,

— proh dij immortales; quot ego
Voluptates fero,quot riſiones,quot iocos,quot ſuauia, ſaltationes.
Blanditias,prothymias?

PROTINVS] Statim.Virg.4,Aen.40.

Protinus ad regem curſum detorquet Hiarbam.

Protinus quàm. Plinius libro 15,cap.17,7, In cinere lixiuio tingunt protinus,quàm detraxére vitibus.

¶ Protinus: *ſimul, ſiue etiam.* Virg.6,Aen.7,

— quin protinus omnem
Perlegerent oculis.

Quint.in Agro redempto: Traxerat ex firmitate mentis magnam protinus & in membra conſtantiam.

Protinus: *Deinceps, exinde.* Virg.4,Georg.1,

Protinus aerij mellis cæleſtia dona. Exſequar.

Protinus: *immediate.* Vlpianus: Etenim parui refert, protinus libertus patrono cogatur dare; an per interpoſitam fideiuſſoris vel rei perſonam.

Protinus: *Statim à principio.* Vlpianus in l. ſed etſi, ad S.C. Macedon. Videri pecuniam à donatore profectam protinus ad creditorem; & fieri nummos accipientis. Celſus, libro 3, capite 3. Aliquæ febres protinus à calore incipiunt.

Protinus: *Iugiter, continuè.* Virg.10,Aen.68,

— traiecto miſſa lacerto
Ptotinus haſta fugit,ſeruatq; cruenta tenorem.

Plinius libro 5, cap. 9,7. Originem in monte inferioris Mauritaniæ,non procul Oceano habet,lacu protinus ſtagnante,quem vocant Nilidem. Virg.7,Aen.121.

Protinus: *Longè porrò.* Virg.7,Aen.103,

— cornuq; recuruo
Tartaream intendit vocem,quâ protinus omne
Contremuit nemus.

*Cum additâ negatione, ſignificat. Non ideo.* Quint.lib.10, cap.1. Non autem, vt quidque præcipuè neceſſarium eſt, ſic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti.

Protinus continuò. Plaut.Pſeud.8,17,

Pòſt ad oppidum hoc vetus continuò mecū exercitū
Protinus abducam.

Protinus: *Vno eodemq; tempore.* Virg 8,Aen.33,

Protinus Arcadiæ gelidos inuiſere fines.

Protinus, *cum accuſatiuo.* Sueton.in Octauio Auguſto,cap. 38. Liberis Senatorum,quò celeriùs Reipub.aſſueſcerent, protinus virilem togam,latum clauum inducere, & curiæ intereſſe permiſit.

¶ Protinam: Idem.Plaut. Caſin.25,12,

Etſi malum merui; hic dabo protinam,& fugiam.

Et apud Terent.in Phorm.4.13,

Atque hinc me conijcerem protinam in pedes.

PROTOGENES] à quo genus incipit, Iuuen. Sat.3,12,

Non eſt Romano cuiquam locus hic,vbi regnat
Protogenes aliquis.

PROTOLLO] Plaut.Pſeud.13,71,

Manum ſi protollet,& pariter proferto manum.

Protollere: *Differre, prolongare.* Plaut. Caſina, 16,43,

Neque viri vitam ſinet in craſtinum protolli.

Gellius libro 3, cap.16, Neque vltra decimum menſem fœtura mulierum protolli poteſt.

PROTONO] Valerian.4,Argon.41,

Deuolat inde furens,nec quà via, curuè profecti,
Nec genus antè rogat: ſed tali protonat ira,
Incipit,ô iuuenes,&c.

PROTOSTASIA] Protoſtaſiæ munus, in l. 8,C. de muneribus patr.l.3,de filijsfam.& quemad.pro his par. tenean. libro 10 C.l.1.& toto tit.de Protoſtaſia, in C. Theodoſ.

PROTOTOMVS] Primus caulis qui ſucciditur. Columella libro 10,35.

Sed iam prototomos tempus decidere caules.

Martialis lib.10,48,

Et faba faborum prototomiq; rudes.

Idem,libro 14,106,

Prototomis pudet heu ſeruio coliculis.

PROTRAHO] Liuius 8,bel.Pun.157,Nudi in medium protrahebantur, & ſimul omnis apparatus ſupplicij expromebatur.

Omnia protrahere in lucem.Lucretius libro 4,239.

Caput alicunde.Propert.lib. 3,eleg.18,6.

Latitantes indicio. Ouidius 3,Triſt.eleg.4,15.

In medio aliquem.Virg.2,Aen.25.

Ad indicium.Liu.3,bel.Maced.45.

Verum alicunde,Lucretius libro 1,83.

¶ Protrahere: *Augere.* Valer.libro 1,cap.5, de Caio Caſſio: Vt rapaciſſimi victoris inſolentiam dicti tumore protraheret.

Protrahere: *Differre,prolongare.* Terent.And 2,1,15.

Credo, impetrabo, vt aliquot ſaltem nuptijs protrahat dies.

Protrahere & differre.Sueton.in Nerone,cap.32.

Mors lenta protrahatur longâ fame. Senec. Herc fur.6,17.

¶ Protractus. Ad arma protractus.Silius lib.16,17.

PROTREPTICVS] Inſtructiuus & exhortatiuus. Symmachus in epiſtol. Indulge ſtylo, aliquidque didaſcalicum ſeu protrepticum ſcribe. Auſonius: Libellum inſtar protreptici luſeram. Capitolinus ait,librum, cui titulus eſt Hortenſius, ſcriptum eſſe à Cicerone, ad exemplar protreptici.

PROTRIMENTVM, PROTRITVS] Vide PROTERO.

PROTROPVM] Genus potus. Plinius libro 34,cap 9,5,Sed inter hæc genera potum ponere debeo & protropum. Idem, libro 30,cap 6,6.

Protropum vinum Colum.libro 12,cap.41.

PROTRVDO] Paulatim moles protruditur atque mouetur.Lucretius libro 4,180.

Protrudere opus apud Vitruuium.

PROTVRBO] Liu,5,ab Vrbe,209,Iamq; & alij congregati telis,miſſilibusque ſaxis,proturbare hoſtes,ruinaque tota prolapſa,acies in præceps deferri. Plinius libro 11,cap.19, 3,Apes pigras & ignauas proturbant.

Proturbare aliquem.Tacitus libro 11.

Hoſtem eminus miſſilibus.Virg.10,Aen.161.

Hinc cominus atque hinc.Virg.9,Aen.89.

A' ſolio aliquem Valer.1,Argon.120.

Extra tecta.Colum.lib 9,cap.15,2.

PROTVTOR] qui aut ſe ingerit in tutelam, aut pro ipſomet tutore occupato tuetur.l.1.§.1. de eo qui protutor.l. vltima,de tutel.& rat.diſtrahen.l.3.§.pen.de contra.iudic. tutel.& multis alijs locis. in P.

¶ Protutelæ actio: quæ in Protutorem datur.l 4.de teſtam. tutel.l.pen.de tut & rat.diſtr. in P.

PROTYPVM] Quod in typi vicem formatum eſt. Plinius libro 35,cap.12,3, Primusque perſonas tegularum extremis imbricibus impoſuit, quæ inter initia protypa vocauit: poſtea idem ectypa fecit.

PROVEHO] Plaut.Rud.20,25,

Quia pol prouexi,auehere non quiui miſer,

Liu.2,bel.Pun.88,Itaq; ad Honeſcam claſſe prouecti, exſcenſu è nauibus in terram facto, quum vrbem vi cepiſſent,&c.

Vltrà prouehi.Virg.3,Aen.96.

Vlteriùs prouehere Propert.lib.2, eleg.16,4.

Ratem per freta.Valer.4,Argon.84.

Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxtà.Virg.5,Aen.102.

Prouehi equo.Liu.3,bel.Pun.216.

Prouehere multis.Plinius libro 21,cap.13,1.

Eò vſq; corruptionis prouectus eſt. Tacitus libro 2.

Vnde & quouſq; iam prducta ſit orandi facultas. Quint. libro 2, cap.16,11.

Vitam in altum prouehere.Lucretius libro 5,288.

In maius.Horat.3,Carm.ode 4,14.

Prouehi in maledicta.Liu.5,bel.Maced.185.

Paulatimq; per altercationem ad continuas & infeſtas orationes prouecti ſunt.Tacitus libro 20.

Prouexit me hæc ſpes.Liu.2,ab Vrbe,220.

Prouehere aliquem ad dignitatem.Plin.epiſt.230.

Prouchere ſtudioſos. Plin.epiſt.165,2. Vir eſt optimus, & inter præcipua ſeculi ornamenta numerandus: colit ſtudia; ſtudioſos amat,fouet,prouehit.

Vltra,quàm homini datum eſt,prouehi. Quintilian.in Procem.lib.6,9.

¶ Prouehens.Liu.10,bel.Maced.58,Illo etiam (prauo forſitan) gaudio prouehente,quod,&c.

¶ Prouectus. Nox erat prouecta.Tacitus libro 13.

Senectus prouecta.Tacitus libro 1.

PROVENIO] Plaut.Pſeud.7,156,

— nam qui in ſcenam prouenit,
Nouo modo aliquid nouū inuentum afferre addecet.

¶ Prouenire: *Creſcere.fructificare.* Plaut Truc.10,37,

Quum tu rectè proueniſti,quumq; es aucta
Liberis gratulor.

Studia hilaritate proueniunt.Plin.epiſt.172.

¶ Prouenire: *Produci,naſci.* Plinius libro 9,cap.105,Neque aliud ibi animal prouenit.

Carmina proueniunt animo deducta ſereno. Ouidius 1, (Triſt.eleg.1.8.

¶ Proue-